A 4650 T.

ACADEMIA R.S.R. - FILIALA CLUJ-NAPOCA

B I B L I O T E C A

Secţia de manuscrise şi carte rară

Ms. u.: 1669.

TOROCKAI KODEX


1558

εἰ τὸ μέλειν διώκεις, μεριμνᾶ καὶ μελέτω σοι
εἰ δὲ μέλει περὶ τοῦ Δαίμονι, σοὶ τί μέλει,
οὔτε μεριμνήσεις δίχα Δαίμονος, οὔτ' ἀμελήσεις,
ἀλλ' ἵνα σοὶ τι μέλῃ, Δαίμονι τοῦτο μέλῃ.

V. X. II

Mss. 1669

Kor 1669

V. X. 11.

Riadeu 1582

57. II. 4

Ecclæ Unitariæ Claudiop.

Index operum hoc volumine contentorum.

Jacobi Palæologi Catechesis Christiana dierum 12: à p. 1. ad. 315.

Joannis Sommeri Pyrnen. refutatio Scripti Petri Carolij de Trinitate. p. 315.

Joannis Sommeri declamatio contra baptismum adultorum. p. 411.

Ejusdem de Justificatione hominis coram Deo. p. 421.

Huic materiæ adjuncta est D. Francisci Davidis quædam responsio p. 427.

Quam responsionem Autor refutat p. 430.

Ejusdem de Fide in Christum. p. 437.

Ejusdem de Justificatione ad M. Casparem Bibes. p. 441.

De peccato p. 448.

De remissione peccatorum p. 450.

Item Quæstiones Georgij Blandratæ cum Rhonibus Joannis Sommeri p. 454.

Jacobi Palæologi Disputatio scholastica p. 459.

Mss. 1669

Iacobus Palæologus Magnifico Dono Christophoro Hagimasio Comiti et Domino S. P. D. Ecclæ Univ. Clarum.

Effudit sese iam longius, omnesq. ferme angulos vniuersitatis peruasit Veritas, quæ emergens in hoc regno, excitante flammulas Ioanne Caluino, qui Georgium Blandratam, quod ab eo olim quæsiuisset, quōdo Deus de Deo dici posset et careret principio Deus, quiescere et vno loco consistere nō sinebat, tibi inter primos illuxit. Meminisse enim potes, quantum numerū hominū ex suis sedibus ad Vnum necandum Blandratam exciuerint literæ Ioannis Caluini. Quo tempore et nullus esse locus, q ferre posse Blandratam, quod quæreret, qui Deus esset de Deo et Deus deo principio careret, videbatur: et hōes, huius Regni inter quos tū postremus nō eras, ad quærendas caussas, ob quas hōi innocenti et q in regno nemini nocuisset, oībus pdesse studuisset, Vitam Sanctissimā et officiosissimā transegisset, ad illud usq. tempus, tanta hominū multitudo ita male vellet vt eius sanguinem sitire viderēr, commouit. Itaq. res ipsa a re traduxit hōes ad odij caussas examinandas et actio de nece, sicuti fieri solet, in constitutionibus caussar, ad actionem de necis caussa quærenda oēs excitauit. Ad hunc modum caussis oībus in examen vocatis et pqsitis rōnibus, factum est vt Blandratam totum Regnum propugnare incæperit, cum a principio nemo esset q ei socium se coniungere vellet. Cum vero de Caussis, quas Caluin. habere dicebar cur dignū morte iudicasset Blandratam indignumq. qui hunc cōem spiritū hauriret, cognitio suscepta se diffudisset per totum Regnum, coacti sunt oēs sanæ mentis et sobrij in colenda honestte laboris homines, scintillas suæ lucis spargente et eiaculante veritate de vno Deo quærere, et an vnus esse Deus, vel humano, vel pphetico vel Apostolico more posset, qui termis vel trinus esse diceretur alij ab alijs postulare. Eo autem progressa est inquirendi sedulitas et quærendi sagacitas vt veritas de vno Deo ibi sit collocata summis sēt in culminibus, vbi eam admirabilr post multa pericula et labores deductam esse videmus. Conspicuo aut in loco ad hunc modum constituta hac veritate gestire cæperunt hōes, qbus prius illuxerat, vt id alijs communicare vellent, quod non vt sibi solis esset notum, in illisq. immotum persisteret fuisset a Deo patefactum. Quare scriptioni dari opera cepta est, et quæsita præla, vt in multas tabellas diffluens veritas, à multor et manibus teri et oculis legi et auribus hauriri posset. Verumenimuerò Deus Ille Vnus, q ab initio per hominum aliud agentium, et quo res progrederer, non prouidentium, studia, eo veritatē de se Vno Deo promouit, vbi eam suspiciendam et admirandam consistere cuncti vident, statuerat sine scriptis et prælis insperata et insolita ratione, rumoris incerto sono hanc sui noticiā diffundere et dissipare per oīa regna, cum scriptio et nuncij nihil valerēt

quod

quod impietas oēs vias, qbus alij alios mouere de veritte cognita poterant hoēs, obseptas ferro et igni teneret. Ad hunc modū solo Deo autore, qui cessantibus, seu vt Marcus ait, dormientibus et impeditis nobis Deum Vnum sdm indiuiduū esse non solum nouit Herdelia et colit: verum etiā audiuit vniuersitas ipsa et nosse cupit. Factum est igr, vt ex ardentibus desiderijs hominū, et scire cupientibus, quid de Vno Deo, alijsq. rebus, de qbus nostro tempore disceptant fora christianor oīa, sentiret Vngaria maxime cum Vnum esse Deum esset pars et legis et fidei vna venerint ad nostros literæ et nuncij certor et ignotor hominū ex Anglia ex Hispania ex Gallia ex Germania ex Heluetia ex Italia ex Græcia potentiūm et summa p contentione precum flagitantiū, vt quod alij oēs vbiq. gentiūm cætus christianor fecerunt, hoc ipsum nostra Ecclesia facere tandē ~~vellet~~ aliquando vellet, declararetq. quid crederet de Deo de Iesu chrō de spiritibus Sanctis de aīa de lege Dei alijsq. oībus, q aut petunr ab hoē si salutē consequi cupit aut cognita, iucundam et suauem reddunt mortalium vitam. Quocirca et mea spontè et alior precibus hoc ipsum noē Ecclesiæ, cum ipsa nō loquar sed ego facere sum conatus, ostendiq. in his duodecim diebus, quos tibi offero vt legas, quōdo discrimen, quod ponunt Apli, inter duos populos seruari possit, et quid sit necesse ad salutem sibi et suis posteris conciliandam et pro se consequendam cuilibet hoī. Hæc oīa isti duodecim dies continent, quos oēs vno volumine complexus, ad te, qui nunc ex principibus vnus es relictus Ecclesiæ, quam tuereris mitto. Nam cum mortuo Rege Ioanne Secundo, Iuuene omni laude digno, cuius immortalem memoriam oīa huius Regni rostra celebrant, aliquot principes regni reliquisse viderer Deus, quor ductu et auspitijs hoc qcqd est reliqui, quod hanc veritatem agnoscit et propugnat nutrirer et cōseruarer, alijs oībus errore et cæco impetu sublatis, tuis humeris ferendum et sustinendū visus est imposuisse gratum onus Deus, quod tuo patrocinio et vigilibus oculis viuit et tuo libereq. vagar per totū hoc Regnum bonor et recte sentientium viror. Quod si in sustinendo hoc onere ita perseuerauerit sicut cæpisti et sicut, cum Deus hoc tibi onus imponeret velle facere deliberasti, non vereor dicere, nunq fore vt ea gloria tibi denegari debeat à posteritate, qua fuit ornatus quiuis Imperator Rex et Princeps, qui olim Ecclesiam Dei aut erexit aut fouit.

Continet aut hoc Volumen quicquid à peregrinis et ciuibus hoc tēpore à nostra Ecclesia quæri potest. Malui enim oī ex parte exaturare legentes, quam alicubi cum desiderio aut gratioris aut copiosioris cibi ex lectione velut ex mensa lectorem dimittere.

Leges igr tū, cui debenr Ecclæ, quam solus hoc tempore ex principibus Regni foues et tegis fœtus omnes: legent alij, sed tuo patrocinio partos et obiuios fructus: quod patrocinium si defuisset, arbores, q hoc genus fructuum ferunt translatæ in aliud solum iam diu fuissent.

Quod si Cæsares, qui eos pontes restaurarunt, q exædificati super profunda

funda flumina sunt, vt a submersione traycientes tutarem, et ex incuria hominum deciderunt, magnam retulerunt a posteritate laudem, quod eos pontes redintegrarunt: quas glorias tibi putas parari ab omnium seculor memoria, qui eos sustines tueris et foues qui ab Aplis et prophetis manantem doctrinam, et ex desidia somnolentiaq. hominum in fœdas et densas tenebras collapsam, in lucem laboribus et vigilijs eduxerunt et firmis præsidijs constabilierunt?

Accipe igr volumen hoc, et in eo fructus pomerij, quod defendis agnosce, et ab Ecclesiæ huius membris eo maiora commoda ad famam comparandam, et cum ea vires, ad oia secula perlustranda sperato, quo plures sub vmbris tuis ad te pro subsidio et præsidio confugientes, tuo auxilio et officio dignos existimaueris, et bene vale.

Claudiopoli calendis Augusti, 1574.

In Oppido Wasarhel. 19 Julij 1579. Matthæus Torozkai.

Index Rerum, in duodecim diebus contentar.

Dies	Primus	Pagina	1.	Dies	Septus	pag.	107.
Dies	Sdus	pag.	3.	Dies	Octauus	pag.	141.
Dies	Tertius	pag.	6.	Dies	Nonus	pag.	167.
Dies	Quartus	pag.	29.	Dies	Decimus	pag.	196.
Dies	Quintus	pag.	58.	Dies	Vndecimus	pag.	245.
Dies	Sextus	pag.	68.	Dies	Duodecimus	pag.	267.

A pagina prima vsq. ad paginam 140 disseritur de Vno Deo, Patre Dni nostri Iesu christi: Et de Iesu, qui est Christus Dns Noster: Quomodoq. in horum duorum Noticia sit a Deo constituta salus christiana. Hac aut de re disputatur intra septem dies.

A folio autem 141 vsq. ad finem libri disseritur de Lege Dei: Quodoq. Lex Dei sit via ad perueniendum ad possessionem salutis christianæ, et hæreditatis æternæ quam fides noticiæ superioris promittit. Disputatur autem de hoc argto diebus quinq. Interea argnta q occurrunt tractanda disserentibus hæc sunt:

DE DEO. Folio. 1. 53. 65. 99. 136. 193. 200. 206. 238. 312.

DE IESV CHRISTO. Pag. 4. 55. 302.

Quid sit chriamum esse. pag. 7.

Quod fides chriana in Iudæis et gentibus sit eadem. pa. 32.

Quæstio de necessarijs ad salutem. pag. 58.

De baptismo. pag. 63. 69. 126. 80.

De filijs eorum q et crediderunt et baptizati sunt. pag. 73. 78. 79. 119.

De resurrectione mortuorum. pag. 74. 193.

De oratione. pa. 77. Mundus sine Dei cognitione. 107.

De pœnitentia. pag. 77. 79. 145. 185. 297.

De discrimine Iudæor et Gentium in fide chriana. pag. 78.

De iure adoptionis in filios per fidem. pag. 81.

De imputatione iusticiæ. pag. 82

De originali peccato et originali iusticia. pag. 87.

De Ecclesia. pag. 108. De Lege. pag. 113. 141. 167. 271.

De sacræ scipturæ autoritate. pag. 110.

De iustificatione pag. 114. De Fide. pag. 134. 139. 194.

De cœna Dñica. pag. 134. 193.
De Immortalitate animæ. pag. 150. 189. 301.
Animas hominũ post corporis mortem non mori sed viuere non dormire sed vigilare pag. 151.
An Leges Dei ab hõe seruari possint. pag. 141.
De promissionibus Legis. pag. 174. 194.
De comminationibus Legis pag. 178.
De primo Legis mandato. pag. 196.
Christianus tenetur seruare si vult saluus esse leges Dei. pag. 186.
De Adoratione Dei. pag. 203. 205.
De timore Dei pag. 206. De Seruiendo Deo pag. 204. 205.
De Inuocatione Dei pag. 204. 206. De Voto. pag. 239.
De Tentatione Dei. pag. 204
De execrationibus Dei pag. 204. De Imaginibus. pag. 213. 217.
De Sanctis mortuis non inuocandis pag. 210.
De Diuinatione pag. 217 De Somnijs pag. 218.
De astrologia et alijs diuinationis scientijs. pag. 221. 223.
De Dijs hoc est Magratibus. pag. 224. 225. 247. 255. 270. 296. 306. 312.
De Sabbatho. pag. 226. De Ieiunio pag. 229.
De Iuramento pag. 233. De Adiuratione. pag. 234.
De honore parentũ erga liberos et liberor̃ erga parẽtes. pag. 245.
De sepulturis pag. 250 De Funeribus. pag. 250
De dilectione sui ipsius. pag. 252
De nece sibi non inferenda pag. 255.
De libro vitæ. pag. 257. De vectigalibus. pag. 267.
De peste fugienda. pag. 259.
Quis sit proximus. pag. 268.
De concupiscentia pag. 272. De peccato. pag. 272.
De Sex verbis Legis pag. 271.
De adulterio et fornicatione pag. 276. 277.
De vsura pag. 278. De diuortio. pag. 285.
De habitu virtutis et vitij pag. 282
De Matrimonio. pag. 288. De Lustris pag. 291.
De Bonorum communione pag. 310.

CATECHESIS CHRISTIANAE

DIES PRIMVS.

Collocutores: Petrus, Paulus, Samuel.

PETRVS. Dominus Deus det tibi bonum diem. Pau. Dominus Deus hoc ipsum tibi rependat. Pe. Quid est, quod à Domino Deo hæc precamur pro alijs, et alij precantur pro nobis? Pa. Quoniam à Domino Deo deueniunt et defluunt veluti pluuia ex alto ad homines omnia bona. Pe. Quid mala? Vnde sunt? Pa. ab eodem deo, absque bona, vt si quid est sperandum ex bonis, à Domino Deo sit sperandum, si quid est metuendum ex malis, à Domino Deo sit metuendum. Dat autem Dominus Deus bona aut mala per suos ministros, qui sunt: Spiritus, homines, cælum, terra, maria, flumina, et siquid aliud est, vnde ad homines bona aut mala deueniunt: serenitas, pluuiæ, copia, inopia, fertilitas, sterilitas, salus, pestis, sanitas, infirmitas, bellum, pax et alia quæ possunt homini ab homine desiderari amante, aut male precari, maleuolente. Pe. Sed quid est Deus? Pa. Cur autem tu nunc, quid est Deus dixisti, cum prius Dominus Deus diceres, et à Domino Deo mihi precareris felicia? Pe. Audiui ab alijs dici, omnes alias gentes, deos et deas semper dixisse, et nostros Maiores, Deum, dixisse Deum. Sed postquam ad eos, qui postea sunt christiani dicti (qui omnes erant aut hebræi, aut ab hebræis edocti) transierunt illorum hebræorum, absque bus erudiebantur de christiana pietate more secuti, vt hebræi faciunt in sua lingua, Ita illos in propria, Dominus Deus dicere cæpisse, neque Deas amplius nominasse, quoniam Verus Deus, qui primum se patefecit hebræis, sexum non habet, nec numerum, et cum honoris præfatione est nominandus, vt non Deus, sed Dominus Deus dici debeat. Pa. Planius hæc volo abs te dici. Pe. Qui possum, qui nihil sciam, nisi quæ audiui ab alijs dici, quorum maximam partem videor oblitus? Dicebant autem illi, Veteres homines, putasse ex hominibus fieri deos, vnde deos et homines vnius esse generis et gentis existimabant. In errore isto erant et hebræi, cum deos et deas venerarentur et adorarent. Ex eo autem tempore, quo placuit Deo se manifestare primo Patri hebræorum Abrahamo, tum primum gens hebræa intelligere cæpit Deum esse numen inuisibile et immortale, nihil habens cum hominibus commune. Pa. Sed non minus Iupiter apud Virgilium dicitur pater Deorum et hominum, quod mutuatus est ex Græcis autoribus, quam apud hebræos istud inuisibile numen dicitur Pater hominum. Pe. Ita est. Sed Isti Iouem dicebant Patrem, quoniam putabant, nasci, concipi generari posse deos à dijs. Hebræi autem amoris et beneuolentiæ tutelæque caussa, Deum Inuisibilem dixerunt esse hominum Patrem, quoniam Deus non minus salutifera curaret hominibus quam pater et mater filijs. Hæc igitur diuersitas opinionum de Deo, quod illi Deos putarent esse suæ gentis spiritus natos aliquando sed immortales: hi autem, quod intelligerent Deum verum nunquam natum, nunquam desiturum, nunquam habuisse principium, nullum patrem, nullum finem, nullos filios nisi amoris et beneuolentiæ, fecit vt illi suos deos, deos dicerent; hi vero suum Deum, quem Vnum esse et fore dicebant cum honoris titulo, Dominum Deum efferrent: quem morem maiores nostri Vngari cum christum esse Iesum crediderunt, et cum christianis sunt numerati obseruauerunt.

à Deo sunt bona simul et mala. Eccli. 11. 14. et 39. 26.

Ministri Dei per quos bona aut mala deueniunt ad homines. Eccli. 39. 31.

Deus cur Dominus Deus dicatur. 1. 54.

Deus cur pater dictus à gentibus et Iudæis

Deus quid. 1. 2. 3.

Iupiter cur pater dictus

DE DEO

Gentium de Deo opinio.

Sed ecce tibi in ipso tempore Samuelem hebræum transeuntem. Samuel, Samuel. SAM. Quid est ô Adolescentuli? vultis aliqd emere? PE. non emendi alicuius rei abs te caussa, sed percunctandi vocauimus. Quomodo hebræi dicunt Dōnus Deus? SA. Iehouah Elohim. PE. Vtrum ex his est nomen Dei proprium? sicut apud Vngaros, cum dicimus Dnus Deus, scimus DEVS vocem esse propriā Deo illi quem Deum dicimus. Vocem aut̄, Dōnus, dicimus nō esse propriā, sed cōem. Nam dr̄ Dōnus Pater, Dōnus Præceptor, Dōnus Iudex, D. Pastor. Sed nō dr̄: Deus Præceptor, Deus Princeps, Deus Plebanus, quoniam Dōnus vox multis conuenit, Deus aut̄ Vni, qui solus est Deus: Quamuis cum dicimus, Dōnus Deus, vnam rem intelligimus, nō Dōnum sed Deum, cuius vocis caussa, et Dōnus, in hac vocum coniunctione vnā rem et nō plures sigcat, quæ, Deus Vnus est. SAM. Ego ista grammatica nescio, sed lectione tantū aliqd videor ex lege Dei assecutus. Commune et propriū Dei nomen, ita vt vos quæritis, in libris nostris non inuenio: Sed si propriū nomen est illud, quo quis, cum primū innotuit, vocar̄, et eo nōe pronunciato nō alius intelligir̄, quam ipse: Elohim dicerem esse nomen Dei propriū. Nam hoc nōe legir̄ creasse oīa, cui nomini postea addir̄ Iehouah, quod vos dicitis Dōnus. Quamuis aut̄ sæpe Deus dicar̄, simplir̄ Iehouah, cum nō pcedat aut sequar̄ Elohim: attan̄ quando Deo fuerit nomen Iehouah impositū narrar̄: quando aut̄ nomen Elohim fuerit Deo impositum, nusquā legir̄, vt videar̄ nomē Elohim esse naturale Dei nomen, Iehouah aut̄ ex rebus à Deo gestis, fuisse illi inditum et impositum. PA. Video Petre, verū esse quod modo dixeras, Dōm Deum nos dicere, quod maiores nostri dicebant Deum, ex hebræor̄ imitatione. Potes nunc Samuel tua curare: et tibi grās agimus pro hac tua, ex hebrææ linguæ noticia narratione. SA. Dōnus Deus vos seruet. PE. Audis hebræos nō alr̄ loqui honorifice de Deo, quam nos? hoc tan̄ nos ex hebræis habemus, hebræi aut̄ ex Deo. Sed dic nunc mihi Paule, Quid est Deus, et vbi est? PA. DEVM ego esse puto id, quod tu et ego nō sumus, et id quod summū omnium est inter ea, q̄ tu et ego non sumus, Id ego Dōm Deum esse puto. Ibi aut̄ esse puto Deum, vbi nos et sumus et non sumus, et vbi sunt oīa, q̄ sunt, et pterea, vbi nihil est, ibi dico Dōm Deum esse. PE. Sed cur dicimus: Pater Noster qes in cælis? PA. Puto te dormire cum noster Pastor concionar̄. Nonne audisti eum pro concione dicere, Deum esse in cælo, et nō elegisse, esse in terra, ne hōes et incerti essent, qua in parte terræ esset Deus, et vagari cogerent̄ huc illuc ad quærendū, cum aliqua re indigerent, Deum. Elegisse aut̄ pro sua habitatione cælum nō pp se qui vbiq. est, sed pp nos, vbi et quæri et facile inueniri posset. Itaq. si quis aliqua re indiget, et vellet loqui cum Deo, aperiat suā fenestellam si est in ædibus suis, et suspiciat cælum, et sciat ibi esse Deum, cuius velamentū est cælum, quoniā ipse inuisibilis est. Deinde aures Dei et os Dei cum oras, vt exaudiat q̄ dicunt̄, accede. Deinde, Iste Deus elegit et sibi locum in terra, et habitare voluit in arca, et inde alibi et alibi, quoad in templo hierosolymis sedem sibi elegit. Tandem, quemlibet hoēm, q esset vnus ex membris populi et Ecclesiæ suæ pro domo et habitatione sua

Nomen Dei proprium

DEVS

DOMINVS

Deus qd et vbi sit. 3. 1. 1. 3.

Matt. 6. Deus cur in cælis ēē dicatur.

varia Dei habitacula 1 Par. 17. 4.

Joh. 4. 23. ne sua esse dixit et declarauit, vt quilibet, aliqua re indigens opus nõ
haberet in cælum dirigere oculos, ad solium, vbi sederet Deus, ad Templũ
hierosolymitanũ, quod erat habitatio Dei: sed ad seipsum, vbi nõ minus
esset et conquiesceret Deus, quam semper in cælo, et quam olim in hieroso:
lymitano templo. Dicebat igr̃ ille, Noster Dõnus Pastor, Deũ esse
et vbi nos sumus, et vbi alia oĩa sunt, et vbi aliquid est, et vbi nihil, et
vbi nihil est, sed esse põt, quod sit res immensa, implens, nõ circumscripta
cælum et terram. Dixisse tañ hoĩbus, si illum quærere vellent, quæ:
rerent in cælo, ibi eum certo inuenturi omni tempore, qui sicut alibi, ita
ibi semper futurus esset præsens, et si hoc graue visum fuisset, in no:
bis ipsis existentem, proni et supplices accederemus, vbi nos orantes, audiens,
exaudire posset. Sicut aũt, antequã moreret̃ Iesus Chr̃s, dicebãt Pr̃,
noster q̃ es in cælis: Ita post mortem Iesu chr̃i, cum apertum fuisset ostiũ
fidei, vt oẽs gentes ad complexum Dei venirent, quod Deus vellet in sin:
gulis hoĩbus, à se in grãm receptis et eor̃ posteris, habitare, dici poterat:
Pater noster qui es in cælo et es in nobis. Hæc noster Dõnus Pastor sæpe
dixit. PE. Memoria vales Paule. Nam visus es mihi, conciones Pasto:
ris nostri memoriter recitasse. Ego tãn hæc ipsa vigilans dici audieram
sed é memoria exciderant. Tu vero, sicut vestigia, impressa marmori
obducto puluere, non cernunt̃, cerni vero incipiunt, si puluerẽ excutias: Ita
commemoratione concionũ abs te facta, in ipsa mea mente descriptas
conciones, videre fecisti, reiecto obliuionis velo. PA. Sed tempus est domũ
concedere. PE. Bene mones. Dõnus Deus sit tecum. PA. Dominus
Deus te custodiat.

Deus quare in cælo quærendus.

Similitudo.

DIES SECVNDVS.

Collocutores, Samuel, Paulus.

SAM. Paule, rogo aliquantisper audias. Pa. Audio, quid cupis audire? SA.
Vbi est adolescens, qui tecum paulo ante hanc horam heri erat? Pa. Domũ
est reuersus, et ego domum propero. SA. Quid est, rogo, quod de me
paulo ante scire, de illis duabus, Dõni Dei vocibus cupiebat? Eratne aliq̃a
inter vos controuersia de Dn̄o Deo, qualis hodie per totam ferme Unga:
riam atq. adeo Europam vagãr? Vter, vestrum est papista, Vter, vt
vocatis Euangelicus? PA. Vterq. nostrum, grã omnipotenti et æterno
Dõno Deo, nouit recte quid sit pietas chr̃iana, et quid credend. sit hõi, qui
est extra fines populi Dei, vt cum alijs populi Dei ciuibus, quos oẽs vni fines
Ecclæ Dei complectunt̃, numerari possit, nõ solum ipse: verũ et oẽs eius po:
steri, et quid sit cum illi, tum oĩbus eius posteris faciendum, vt salute æter:
na, quam oẽs post hanc vitam desiderant, potiant̃. Sed cum incidisset, vt
alter alterum inuocato nõe Dei, vt consuetudo est, salutaret, et discrimẽ
quoddam animaduersum fuisset in sermonibus, q̃ de Deo fierent, inter
nos Ungaros chr̃ianos et alios Ungaros cum nondum essent chr̃iani, vt
cognosci põt ex antiquis scripturis, quod illi dicerent, Deus, nos soleamus
dicere Dõns Deus, et hunc morẽ salutandi ex scripturis. Apl̃icis dedu:
ctum fuisse, et insinuatũ oĩbus linguis, eor̃, qui fierent chr̃iani, diceret̃,
scire ex te voluimus, an hoc tu aliquando legendo animaduertisses, et
quodõ hebraice diceret̃ Dõns Deus. SAM. Salubris plane inquirẽdi rõ

et cons

et consuetudo congressus. Sed rogo te Paule, quid est, quod inter chrianos, tot sint de chriana fide, quænam et qualis sit, dissensiones ut et absterreant q non sunt chriani, chriani fieri, et q sunt chriani sint incerti quid credere debeant, et ad quos concedere oporteat, ut salus quam omnes cupiunt inueniat? Ego varias regiones sum peragratus, et multa a multis audiui, et gens nostra satis ex se curiosa nosse oia, oia disquirere et hausta auribus examinare solet, Uno aut ore et sensu uno ab oibus dici audiui, Aptos post Iesum, quē vocatis chrm, et Iesum ante Aptos, nihil vobis, qui nō descendistis ex grē Abrahami Patris nostri, sdm genus seu carnem, ad credendum et operandū dedisse, aut dari mandasse, nisi illa, quæ essent in nostris scripturis propheticis conscripta. Video autem illa ea et tot nūro proponi omnibus q chriani esse volunt, et q ex carcere inquisitorio, siq capti ubi vincti detinent, chriani liberari cupiunt, credenda, tanquam ad salutē necessaria, ut nō solum ea inuenire nō possim in scripturis pphetarum ver et unde sint illa hausta et collecta non inueniam. PA. Hanc tuam querelā audiui recitari pro concione a nostris pastoribus, ad quos Samuel si accederes, facile de oibus erudiri posses. Hoc tamē quod ab ipsis sæpe dici audiui, possum tibi asserere, nihil cōegisse nostros pastores, q alioq erant inter assertores Euangelij nō contemnendi doctores, ut relictis oibus, omniū hoium præiudicijs et opinionū, q multas sectas inter chrianos pepererunt, multitudine, ad ipsa pura puta sacra Apostolica scripta legenda et intelligenda se conferrent. Quibus sacris scriptis et bene examinatis et expensis, nihil inuenerunt fide chriana facilius, nihil quod nō oibus chrianis fuisset acceptius, si fides chriana in ea integritate, in qua tradita erat ab Aptis, relicta fuisset. Consonassent eni si hoc contigisset, ut fides chriana id esse perseuerasset ut ab Aptis erat proposita dictata et scripta omniū Aptorum Eptæ et Euangelia cum ppheticis et legalibus scripturis, neq aliquid Iudæo deesset ut numerarer inter chrianos, nisi chrm promissū a Deo prē p pphetas fuisse Iesum filium Mariæ, cuius historiam scripsissent Apostoli, et plane sigs oia recte expendat inter prophetar et Aptorum scripturas nullum in rebus credendis discrimen inueniet, nisi unum. Quod eni illi fore vaticinant, ex grē sēt Abrahami Virum, cuius caussa oes gētes reducent cum Deo vero in gratiam, et verum Deum adorabunt et erit Regnum Israeliticum, amplissimū et numerosissimū: hoc inquam quod pphetæ vaticinant fore, Nostri Apti, q erant Iudæi spectatores omniū rer quas operabar Iesus, narrant contigisse in Iesu, Iudæo ex Iudæis parentibus, maioribus et primigenijs nato. SAM. Istane sunt, q vestri pastores docent, an tu alicubi lecta memoriæ ut recitare posses mandasti? PA. Imo vero non alia nec semel ego a nostris pastoribus, hæc eisdem ipsis ferme verbis dici audiui. Neq enim ego hac ætate tantū valeo, ut ex me commentari hæc possim, neq nostra ætas alios pōt habere autores, qui hæc doceant, quam nostros pastores, neq prælectionum, quas audio singulis diebus numerus, liberum me facit ut his rebus vacare queā, nisi horis illis, quibus nostros pastores docentes audio: tantū abest ut scriptiones alias a meis, quas excipio a docente Præceptore, prælectionibus commendare memoriæ possim. SA. Tenacem memoriam tibi Deus donauit. Deierassē ego te ista

Unde tāta inter chrianos dissensiones

Consonātia Prophetarū et Apostolorū 18

chrs et Apti nihil chrianis ad credēdū et operādū nisi q essent in pphetis proposuerunt.

Reformationis Euangelij causa

fidei chrianæ facilitas 1.34.58.

DE CHRO

Iudæo ad salutē sola chri fidem deesse 1.5.

Discrimē Iudæor et chrianor h.e. prophetarū et Aptorū 18

Iudæo sola chri fides requiritur 5.4.1.12.17.23.27.

chri mors ignominiosa nō euincit illum malū virum fuisse 1.325.

historiographor de Iesu mētio 1.19.

Cur Iudæi nomē chri Iesu insectari ceperunt 11.20.

scopulus inter fidē chrianā et Iudæos interposit 1.18.

Iudæi conuincti christianis.

Iudæi quando separat a chrianis

te ista, nõ quod audiuisses sed quod legisses, hausisse aliunde, et memo:
riter denarrasse. Sed illud maximopere mouit animũ meum, quod di:
xisti, à Iudæo hõe nihil aliud requiri, vt salutis, quã pmittunt vr̃a Euan:
gelia, fiat compos, quam vt Iesum Mariæ filium, magnor̃ bonor̃ apud
populum Iudæor̃, dum viueret effectorem, credat chr̃m esse illũ, quem
certis temporibus magna cum virtute venturũ prophetæ Iudæor̃ sunt va:
ticinati, reliquis õibus patrijs consuetudinibus et legibus saluis. Quod
enim hunc Iesum maiores nostri ignominiosa morte curauerint à Ro:
manis è medio tolli, non id ego pro certo argnto habeo, illum fuisse malũ
virum et vesanum hõem, cum legam nullum ferme fuisse pphetã Iudæ:
um ad Iudæos missum, qui nõ fuerit à Iudæis principibus male tracta:
tus, habitus, et nõ adeò raro occisus. Illud magis me mouet vt credã bonum
fuisse Virum, et sanctũ hõem et legum diuinar̃ obseruantissimum,
et à Deo electum ad magnas res conficiendas, quod ões, qui de eius rebꝰ
gestis vestrates et nostrates scripserunt, illum de sanctitate vitæ et
beneuolentia erga populum et de cultũ Erga Deum commendant, neq.
vllus extat illorum tempor̃ scriptor, qui male quicquã de eo scribat aut di:
ris eum insecter̃. Posteriora tempora habuerunt Iudæos, q̃ õibus scri:
ptis insectari nõ desinunt Iesu nomen, sed nõ prius illi maledictis incesse
re nomẽ Iesu cæperunt, quam chr̃iani tulerint nomẽ Iesu ex nr̃o hominũ
et inter Deos collocauerunt, Verum Deum, æqualẽ vero Deo, ab æterno ex
sub̃a patris genitũ esse adserentes, et ferro et igni contra eos q̃ hoc crede:
re nollent pugnantes. Paule, si hebraice nosses, intelligeres nunquã Iudæ:
um aliquẽ acuisse stylum in Iesum, nisi ex quo Iesus cæpit ab hõibus ha:
beri pro vero Deo, etsi scopulus iste nõ fuisset interpositus, inter chr̃ia:
nã fidem et non chr̃ianos hões, nõ vereor adserere, me videre nõ pos:
se, quõdo nõ ões non chr̃iani non futuri essent ~~nõ~~ christiani. Quid enim
retrahere posset sani sensus hõem, ne credere vellet, id esse verum, quod
credendo verum esse multas habet pollicitationes, et nihil habet, nec con:
tra leges Dei, nec contra bonos mores, mali? PA. Adde his Samuel, quod huic
veritati: Iesum esse chr̃m, ões illor̃ tempor̃ annales ferunt consona suffragia
vt paulo ante narrasti; nec est scriptor aliquis q̃ nõ sit fassus, Iesum decla:
ratum fuisse à Deo pr̃e, Verum omniũ chr̃m et miraculor̃ multitudine et
potentiæ magnitudine et vocis è cælo auditæ testificatione. Et habuit
quidem nomen christianum aduersarios multos, et grauiores vestratibus
Iudæis: sed semp Iudæi idem adserebant cum chr̃ianis contra ões alias gen:
tes, q̃ eo tempore nomine Romano intelligebant̃ et sub imperio Romano
militabant. Erat n. disputatio de dijs omnium gentium et Deo vero
chr̃ianorum, qui idem erat cum Israelitar̃ Deo. Qua in contentione
fauebant Iudæi ões opibus, scriptis et vita chr̃ianis, vsq. quo tempus illud
aduenit, inquo chr̃iani adserere cæperunt, Iesum et esse chr̃m et esse fi:
lium Dei, quo verus Deus esse adserebar̃. Neq. enim credere volebant
amplius vt prius fecerant, filium Dei esse, chr̃m esse Dei: sed esse verũ
Deum et æqualem patri Deo. Ab hoc tempore et Iudæi separati sunt à
chr̃ianis, et hostilibus conceptis animis scripta venenata, nõ solũ in chr̃ia:
nos, sed et in Iesum alienũ ab hac culpa ediderunt. Quæ enim tua
culpa est, si aliqui te post tuam mortem, deum fuisse olim dixerint?
SA. Verum dicis, facta patrum, qui mortui sunt nocere posse filijs

sed.

à Iudæo sola chr̃i fides requiritur 3.4.12.17. 23.27.

chr̃i mors ignominiosa nõ euincit illum malũ virum fuisse 1.325.

historiographor̃ de Iesu mẽtio 1.19.

Cur Iudæi nomẽ chr̃i Iesu insectari cæperunt 11. 20.

scopulus inter fidẽ chr̃ianã et Iudæos interpositꝰ 1.18.

Iudæi coniuncti christianis.

Iudæi quando separati à chr̃ianis

sed culpas filiorũ nocere nõ posse patribus vita defunctis. Sed ô si horum temporum conditio ad illam doctrinæ integritatem reduceret a vestris pastoribus, q̃ fuerat illo tempore, cum fuerãt coniuncti chriãis, & confutabant multitudine Deos & Unum Deum Israelis asserebant. Hac enim restitutione doctrinæ in integrum facta, spes esset vt sana ingenia a vanis contentionibus, aliena, reliquam controuersiæ partem tollerent, Iesumq; esse chrm fatererũ, modo Iesum esse verũ Deum, quo contra quã ôia scripta pphetica clamant fateri nõ cogerem. Quod iudeoꝝ & chriãnoꝝ controuersia tolli possit.

PA. Hoc ipsum student et curant nostri pastores vt intelligãt ab oibus vnum esse, fuisse et fore Verum Deum, nõ solum in essentia diuina sed et in persona, & eum esse Deum Prem Israelis et habitantiũ in tabernaculo eius, qui est altissimus et excelsus: Et Iesum filium Mariæ virginis, nõ fuisse verum Deum sed Deum et Chrm, quales sunt christi et dÿ, et quos vngit Deus spiritu suo et inter eos medius sedet vnus Deus, deos, ornatos maiestate magistratus demandati ab vno se deo inducans, qui aliud non sunt nec fuerunt, nec erunt, quam veri naturã hoes, et quos assumsit sibi nõ solum ex filÿs Ecclesiæ, vt Dauidem Solomonem Mosen, verũ et ex his, q̃ erant extra ecclam vt Cyrum Nechao Nabugodonosor. SA. Vis dicam Paule? Videris mihi aut præter ætatẽ sapere, aut ephobos tuos excedere ætatem. Nam in occiduo & oriente fui sole, et vtraq; vidi Romã: Senes nõ ita audiui bene loquentes de chriana fide ad nostrum vulgarium hominũ captum, atq; tum in præsentia visus es mihi facere. PA. Quid me tu laudas, atq; si quid ego essem? quid si mores me ætate puellos et puellas disserentes de fide chriana illa vetere, et nunc per nostros pastores restaurata, audires? nonne obstupesceres totus, et miracula infantiũ et lactentiũ de arcanis Dei disserentium te videre diceres? Et ego quidem quæ dici audiui tibi narraui. Confessio de deo pre & eius filio Iesu chriõ. f. 17. Christi Deus. Ioh. 10. 35. f. 11. Quod si aliqua et quidem diligentior lectio contigisset, quale donũ est in non paucis ex nostra iuuentute, potuissem solutius et accuratius hæc q̃ dixi et in quoꝝ recitatione tibi sum aliq̃ visus, tecum communicare. Nostris aũt pastoribus et singulis patribus et matribus familias hæc cura imposita esse videt, vt vna cum lacte fatis Vnum esse Deum prm, ex quo ôia, et vnum esse Iesum, quem Deus pr chrm fecit temporibus postremis, imbibant, vt plus nosse de pietate chriana nostras prope amiculas puellas dicere possis, si disserentes audias, quam centenarios Sacerdotes in vtraq; Roma. SA. Ita esse credo, et in ea ipso experior. Sed gauet animus audire de his certiora et firmiora. PA. Hoc ipsum fiet si aliquando otiq; nostrum vacauerit. SA. Vacabit hodie post cenam, aut cras mane. Et si grauis aliqua ætas colloquium nostrũ cohonestare posset, id mihi esset expectatissimum. PA. Cohonestabit prouidus gnarus & humanus Vir, et id mane fiet. Nam seriÿs deliberationibus aptissima sunt tempora matutina. SA. Interea vale PA. Vale tu q̃ quoq; et cras ad quatuor paratus venias.

DIES TERTIVS.

Collocutores, Paulus, Samuel Pastor.

Pau. Quis pulsat fores? Sa. ex pacto veni, si hesterni sermonis nõ es oblitus

litus. Pau. Tunc es? Ce ego te manebam, dicturus alys me quiescere sigs aduenisset. SA. Fuisseene hoc mendacium an officium? Sed me calculus torsit integrem noctem vt dormire parum valuerim. Pau. Quisnam calculus? SA. Verbi tui hesterni quod discedenti dixeras, vt quatuor rebus comparatis ad te venirem. Ignorabam de prandio parando sermo tuus esset, et ob id me torquebam. Pau. Qui veritatem cupit intelligere non solum ad audiendum et dicendū paratus venire debet: vēr et ad probandum et confutandum. Nullus em̄ est, q aliqd credat sine ratione, et nullus est, q aliqd credere nolit, cui ratio subsit cur illud credere nolit. Illos namq; præterēunt sapientes hoēs qui inuerati sunt alys et id credunt aut non credunt, quod alij, quibus inuerati sunt aut nō credunt aut credunt. Ab quibus si causam deposcas cur ita aut credant aut nō credant, nihil aliud respondere aut possunt aut solent nisi quod Pythagorici olim. Quoniam vero te vidi nullius addictū opinioni esse, ob eam causam indixi, vt ad quatuor paratus venires, ne quid assereres quod nō credere, quod est gloriosorū hominū: neqd credere sine ratione, quod est vulgariūm: nequid negares verū esse, quod sensus cōis concedebat verum esse, quod est iurgantiūm: et ne quid diceres dictum esse, quod nō esset dictum, quod est et calumniantiū et eōr qui loqui volunt antequam audiant. SA. Sapiens es Paule, nescio undetā bene edoctus sapis. Pau. In procinctu sumus, tu sis paratus, hæc est domus ingrediamur. PAS. Iste est ille, de quo mecū egisti heri, Paule? Pau. Ipsus est, ferens secum animū docilem ad parendum veritati. Pas. quod tibi nomen est? SA. Samuel vocor. Pas. Quid aues audire? SA. Christianum fiat summa est rerum, quas abs te cuperem intelligere: Quid est christianum fieri, chriānum esse, chriānum viuere, chriānum mori. hoc est, dic mihi, quid illud est, quod si adest, chriānus est is, q chriānus nō erat: Si abest, chriānus nō est is, q chriānus dr, aut chriānus vellet esse. Ita vt si alia oīa ads me aut abs me præter id quod est chriānum aut esse aut nō esse dicar esse chriānus q chriānus nō esse credebar, aut is reuera negari debeat esse chriānus q chriānus esse existimabar. Pas. Cuias es? SA. Iudæus sum. Pas. hebraice nosti? Sa. legere noui, nequeo tm̄ per me intelligere oīa qua lego, et otium nō est, quod paupertas negat interpretes nostros aut legere aut quærere et audire: Deinde plus fidei do lectioni, quā audibiom, cui māgis vacare possum. Pas. Legisti tm̄ illud et intelligere te potuisse credis: In semine tuo, Abrahamico sēt, benedicem̄ oēs gentes terræ, q sēt non sunt Abrahamicæ. SA. hoc sæpe legi et intelligebam esse pollicitatione, esseq; in his verbis populoꝝ diuoꝝ designationē, vnius parui, q descendere debebat ex vno, hoc Abrahamo: alterius amplioris sine numero, q descendere debebat ex multis et non vno, q multi erant sine numero. Pollicer aut Deus benedictionē suam ad oēs gentes nō Abrahamicas dimanaturam, nō per alium, quā per Vnum aliquem exgrē Abrahamico: Tempus tn̄ nullum certum narrat quando hoc sit futurum. Ita ego semp intellexi. Pas. Abunde satis calles, qua legisti. Sed socerum Ioseph filij Iacobi filij Isaaci filij Abrahami cuiatem fuisse putas? SA. Aegyptium. Pas. Quid si gri Abrahamico, vt salutem, q soli Abrahamo et eius posteris erat promissa, conseq posset, inseri voluisset? quid fuisse faciendum existimas? Iraine via aliqua, aut adoptionis ius vt peregrinæ gentes cum gre Abrahamico numerari possent? SA. Erat, circumcisio sēt. Pas. atqui Aegyptij circuncidebam̄, et nō, sicut erat Sichimitis mos, erem̄ præputiati, quibus dr:

Sapienti intelligere vere nihil eōm quæ non observanda.

Quos ego

Christianum fit facit. f. 28.

Gen. 22. 18. In semine tuo benedic. f. 8.

Adoptionis ius et via peregrinis gētibus ante eum. f. 37.

CHRISTIANVM ESSE QVID

Gen. 34. Si circ.

Si circuncisi fueritis, vnus erimus populus. Quæ verba indicant ado:
ptionis legem fuisse in vsu illo seculo: fuisse autem morē Aegyptijs, Aegyptij filios circūcidere soliti.
suos filios circumcidendi, indicant oēs historiæ, et historia de Mose
conscripta prodit, qui nō est agnitus esse Iudæus à circuncisione, sed
Exod. 2. ab expositione et abiectione in profluentem ex mandato regio. SA. Qui Gentium peregrinar duo grā.
ex peregrinis gentibus inter Iudæos recipi cupiebant vt salutē et tutela
et leges habere veluti proprias possent, q̄ apud solos Iudæos erant, hi
aut præputiati erant, aut non præputiati: præputiati circumcidebant
Deut. 21. 10. non præputiati, quales erant fæminæ eunuchi et aliæ gentes, qbus mos
erat masculos circumcidere certis ceremonijs conceptis, qbus veluti lu:
strabant, inserebant populo Dei. Pas. Hos oēs et Iudæos et nō Iudæos
sed certis purificationis legibus aut circumcisionis aut alijs inter Iu:
dæos receptis, inter quos numeras? inter semen Abrahamicumne, in quo
erat Dei benedictio, fauor, tutela, protectio et abs quo ad oēs gentes be:
nedictio Dei deducenda erat per vnum aliquem gentis Abrahamicæ:
An inter eos, qui benedictionē consecuturi erant per Abrahami posteros?
SA. Si filij adoptiui Dei et naturales ex rebus humanis transferunt ad Adoptati fiunt cohæredes naturalibus filijs.
Deum et dicunt in Deo esse, necesse est, si adoptio hæc facit aliquid in
hoībus et seruari debet similitudo, vt sicut nō soli naturales filij hominū
sed vna cum illis et adoptiui, filij esse dicunt eius, absquo sunt nati et ado:
ptati et eius bonor pari iure fiunt possessores: Ita et apud Deū dicen:
dum est esse, vt benedictionem suam Deus, cuius capaces esse volunt
solos naturales filios, qui ex primo adoptato in filiū Abrahamo descenderūt,
his et ex æquo communicet, quos ipse certis legibus voluit sibi in filios ado:
ptari, nō minus quā cum Abrahamū olim adoptauit in filium et omnium bo:
nor suor heredem designauit. Vnde, quamuis illos primos adoptatos in
filios Dei posterior ætas proselytos cognominarit, attan nullus vnq̄ tam
iniquus fuit in hoc hominū genus vt hor filios proselytos et nō Iudæos au:
sus fuerit appellare. Neq. enī adoptionis genus erat, sicut manumissionis. Proselytor ac manumissorū discrimē.
In hoc siquidē nō prius manumissi serui, posteri, inter ciues Romanos nume:
rabant et in tribus distribuebant, quam ad certum successionis gradū per:
uenissent, vt ingenui dicerent et genus habere inciperent, quor maiores ser:
uitutem seruierant. In illo vero, cum quis adoptabar in eius genus abs
quo adoptabar, transibat, et eius hæres sicut naturales filij et honor et
bonor instituebatur. Itaq. dico oēs istos, q adoptati dicti sunt, in genus
Abrahamicū, suis qsq. sacris ceremonijs cum grē Abrahamico apud Deum
et hoēs fuisse censos. Pas. Videris tu mihi alia et scire p̄ter he:
bræa, et sunt ingenia multor Iudæor et acuta et versatilia, ad omnē le:
ctionē, cui se dederint, apta. Sed ad rem. Dicere igr possumus in semi: In semine tuo. s. 7. 1. 43.
ne tuo benedicent oēs gentes, quæ semen tuū non sunt nec natura nec
adoptione. Nam semen tuum cum natura tum adoptione iure hæredi:
tario meæ benedictionis est capax et legitimus possessor. SA. Non video
quomodo quis huic tuo sermoni reuera contradicere possit. Pas. Ita Spes Iudæor de gentiū receptione per semē Abrah.
igr se res habuit, vt oēs gentes à Rep. Israelis alienæ carerent Dei bene:
dictione, q̄ in sola erat gente Abrahamica seu natura seu adoptione
Expectabar aut et sperabar ab oībus, q certi facti fuerant de hac voluntate
Dei aliquando fore, vt semine Abrahamico deducente deriuarer benedi
ctio Dei ad oēs gentes, et ex vtrisq. populis et gentibus, fieret vnus populus distinctio duor populo 1. 33.
et gens vna, cum distinctione tan illa, q oībus in rebus alijs inuenir inter
id

Mss. 1669

TERTIVS

id, absquo aliqd deducit, et illud ad quod fit deductio. SA. Seruat plane
talis distinctio, qualis est inter Vnius ciuitatis Ciues et peregrinos. Cuius
quidem ciuitatis ciues habent Deum verum et viuentem in secula, ha-
bent leges, habent sacra, habent honores, hent adoptandi ius in filios Dei,
quibus oibus peregrini carent. Pas. Peruenisti ad locum, q affert mihi
materiam tuo argnto et qstioni a principio ppositae abs te mihi respodedi.
Erant igr magnae seiunctiones et disparitates inter Ciues huius Ciui-
tatis, in qua erat Deus, Lex, Mos, Ius, Gloria, Bonum, Virtus, Spes:
Et peregrinos, q in hanc ciuitatem recipi no poterant, nisi certa ceremonia
lustrati, vt ex impuris et immundis, mundi et puri fierent, et digni ciues
haberent eius ciuitatis in qua sola esset mundicia et puritas, quoad visu
est Deo tempus ia adesse, vt benedictio, q in sola Abrahamica gente cono-
rabat, et a solis ciuibus ciuitatis Dei possidebat, ad peregrinas oes gentes
per Vnum ex gente Abrahamica dimanaret. Hoc tempus plenitudinem
et gentiu et temporu et tempus nationu et alijs vocibus nominant nostri
Apli, q fuere ex gente Abrahami carnis successione. Placuit aut Deo
prius Iudaeos illius aetatis, pessimos hoes, hostes patrij Dei, omniu sceler
notis maculatos, q a legibus et moribus sui generis desciuerant, et ad con-
suetudines ex leges erant deuoluti, impietatis et perfidiae monere et argue-
re, ne irruente super eos, q populus Dei nominabat, ira Dei, et pereuntibus
oibus excusatio aliqua praetendi ab eis posset, quod crudeliter fuisset se-
cum actum, et non moniti, no citati, non conuicti, pter more omni tempore
obseruatum a Deo, peryssent. Statuit igr IESVM Mariae cuiusda
filium, fabrum artificio, excitare, et prophetam Regem et chrm creare
et ad eos mittere monitum, vt resipiscentes mutarent vitam, ex mala
in bona, et ex ea, q erat contra Dei leges, in eam qua iubebant Moses et
oes pphetae. Is vocatus a Deo ad hoc ministeriu, cuius autoritate mi-
nuebat curta domestica supellex et artificij vilitas, primu omniu curare
caepit vt patriae leges in vsum reuocarent, remediumq. euadendi ab ira
Dei, quam instare testabat, resipiscentia oibus proponebat. Sed no ab
oibus aut recipiebat ipse, aut eius monita colebant, aut eius verbis credebat.
Vaticinabat aut ille, fore vt si no fuisset receptus pro Rege, Messia, Chro
filio Dei, vt Deus pater decreuisset, et eius monita no fuissent gratis et
attentis auribus excepta, vt ipsi disperderent, rapti in captiuitate et
sempiternu odium Dei et omnium gentium. Et ille esset futurus perque
Deus pr ordinasset benedictione illam, q tantu inter fines Abrahamicae gen-
tis continebat, ad oes gentes peregrinas et extra Remp. Iudaeor constitutas
deriuare. Spreuerunt illi et haec monita et hanc voluntate Dei, et
abusi facilitate et benignitate numinis aeterni, insurgentes in eum, que
Deus dederat pro liberatore necem illi intulerunt. Quam ob cam secuta
sunt oia, q Deus, per Iesu, que in chrm creauerat, per quem oes policitationes
factas antiquis patribus, volebat eor posteris repraesentare, comminatus
erat fore. Nam et obsessi sunt Iudaei oes et dispersi et in captiuitate ab-
ducti et diuenditi et misere perditi caesi et necati. Et aperto ostio fidei
gentibus oibus, benedictio Dei communicata est gentibus vniuersi orbis
et ex peregrinis redditi sunt sine aliqua legali, vt prius ceremonia, ciues
Reip. Israeliticae. SA. Scire vellem quo declarationis gre iste Iesus fuerit
in chrm et Regem creatus, et quodo ad peregrinas gentes benedictio Dei per-
uenerit. Pas. Ille sdm consuetudine patria in Rege est a Deo nominatus:
ad istas aut benedictio Dei peruenit pter oem legem et consuetudine, ita vt
a nostr.

Iura seu priuilegia ciuitatis Dei. 12.

Discrimen Iudaeorum et gentium.

Plenitudo, temporum gentium ac nationum. quid

Marc. 6.

Ministerij chri processus.

resipiscentia, remedium euadendi ira Dei.

Matth. 22. 8. 9. 21. 43. Act. 13. 46.

Iudaeorum in chrm peruicacia.

Cur mala per chrm denunciata Iudaeos secuta.

Reiectio Iudaeor ca salutis gentium. 39.

Benedictio Dei qdo ad gentes peruenit. 1. 11. 12.

à nostris hæc ratio, qua peregrinæ gentes factæ sunt ciues Reip. Israeliti-
cæ vocer arcana res ab oibus seculis inaudita insperata incognita et imp-
meditata. Et vt à priore incipiam, ita Iesus in Regem à Deo pre de-
claratus est, sicut Moses Iosuæ Gedeon et alij duces Iudices et plusquã
reges sunt à Deo præpositi populo Dei. Nam vnctio q̃ in more esse cæpit
vnde et Meschias nomen est apud vos, et apud Græcos chrs; recentior est
res, quam in populo Dei pfectura et imperatoria dignitas esse cepisset.
Hac vnctus est Saul, et chrs est dictus: vnctus est et Dauid, et chrs est
similr dictus. Sed victoriæ et gloria populi nõ ex vnctione oriebar, sed
ex spru Dei, qui vna cum vnctione à Deo dabar. Vnde vncto Dauide
et spru Dei translato à Saule ad Dauidem, facta Dauidis felicibus,
Saulis aut infelicibus auspicijs suscepta videbanr: Et sicut illi oia felr
ita huic oia infelr succedere cæperunt, ab eo die quo hic desertus et ille
inuasus est à spiritu Dõni. Quare nõ declarationẽ populi et inunctio-
nẽ quærere debemus cum disquirir, an aliqs fuerit à Deo in Regem populi datus
et creatus, cum Dauid per multos annos fuerit Rex inauguratus regno
à Deo pre per Samuelem, quam à populo Israelitico potuerit pro rege re-
cipi et agnosci: Sed ipsum decretum Dei et spiritus datio, q successus p-
bet felices, declaratis à Deo in Reges. Sicut aut nihil non mali venit
super eos q declaratos in imperatores populi Mosen Gedeonẽ Dauidem
et alios à Deo vero recipere noluerunt sed illis se opposuerunt: Ita hos
inuasit oẽ malum, qui Iesum pro chrõ et Rege dato et declarato à Deo
signis et miraculis recipere noluerunt, sed illum, opponentes se illi occide-
runt. Declarationẽ aut hanc manifestissime factam agnoscere potuis-
sent vestrates illius seculi Iudæi, si voluissent aperire oculos aut ad lectio-
nẽ patrior annaliũ, aut ad accuratam intelligentiam eor, q à Iesu fieri dice-
banr. Quæ oia à Iudæis illius ætatis in scripta sunt relata et extant et
tu per te legere potes. Nam Moses et Gedeon agnouit se in Imperatorem
populi Dei declaratũ miraculis: Saul et Iehu vaticinij veritate et alij alr
ita manifeste, vt à populo præsente negari nõ posset declarationẽ illor nõ
fuisse à Deo factam. Ad hunc modum Iste Iesus, vt historiæ oes illius
temporis conscriptæ ab hebræis testanr, probitate vitæ nulli secundus, mo-
ribus sine nævo reprehensionis, doctrina inuicta et infusa à Deo, nõ acquisi-
ta studio magno, constantia laudata ab oibus, cum quietã ageret vitam
suo artificio incumbens, sicut Moses et Dauid pastoricio, de repente acce-
dens ad flumen vt ordinationi Dei pareret, q erat, vt si qs crederet, minis
vatum, de aduentante irato Deo ad puniendum populum suũ, et resipi-
scens à præterita vita aut placatum vellet sibi reddi iratum Deum, in pro-
fluentem se demitti à vatibus curaret: Cum inquã, vt obediret mandato
Dei in flumen à Ioanne, qui tum Vates erat in populo Dei, fuisset demis-
sus, et ex flumine emergente se capite enatare cæpisset, subito vox è cælo
intonuit, et audientibus oibus, in regem est declaratus et spru Scto dictũ
factum donatus: Ex quo tempore sprs S. et Deus pr cum eo esse cæpit et
illa agere et dicere p eum ad populum, q vates veteres pnunciarant fore
et certa indicia psentiæ Dei esse in populo Iudaico oi ætate solerent.
Nam sanatio ægror claudor cæcor et alia huiusmodi, et potentiã Dei sig-
nificabant, et fore olim fuerant prænunciata. Sicut aut testimoniũ Sa-
muelis accessit declarationi Dei de Electione Saulis in Regem dicentis:
ecce constituit Dõns super vos Regem, Et ita alia Vatum testimonia de
alijs electis à Deo in reges: Ita voluit Deus accedere testm Ioannis quod
Iesus

Iesus qdo Rex declarat

Vnctio recentior præfectura.

In creatione à Deo Regis nõ declaratio populi et vnctio, sed Dei decretũ quærendum.

Reges et pphetas Dei nõ recipientes oẽ malũ manet. 1.12.13.83

signa declarationis

Iesus in chrm et Regem declaratus.

Matt. 3.15

Matt. 12.28

1 Reg. 12.

Testimonia Vatum in declaratione regum.

Ioa. 1.7. Sæ 15.29.32. 34.

Iudæor hostilitas in chrm. 5.5.

~~mortis chri~~ 5.9.

chrs quõdo Deus vocer 5.6.

Diuersæ linguarum proprietate

Ioh. 10.34.

Deorũ multitudo qd irrepsit.

Iesus s Iudæis cionatu 144

Matt. 15 et 10.5.

Mss. 1669

TERTIVS

Iesus esset Rex et Chrs cum eum Deus in Regem et chrm elegisset. Nã
Joa. 1. 7. 15. 29. 32. 34. sæpe Ioan. testatus est nõ alios: sed Iesum esse, cui Deus regnũ Israeliti
cum commendasset. De his rebus Samuel, tuos hebræos scriptores, quos
nos habemus pro scriptoribus annalium Iesu chri, legendo uberius doceri
potes. SA. Ego loquentes et disserentes de Iesu rebus gestis chrianos ꝑ:
ceptores et concionatores audiui, sed nunquam isto ordine, et audeo spon:
dere si ab initio hæc doctrina ita tradita fuisset, et ad hunc modũ doceri
perseuerasset, nõ multos ex Iudæis habiturã fuisse aduersarios, plurimos
aut propugnatores. Cui n. incredibile videri potuisset, Iudæos dedidis:
se Romanis, impijs hõibus occidendum Iesum, qui legisset, quoties conati
fuerint Mosen Eliam Elisæum Michæam Ieremiã et alios à Deo missos
vates qui ad resipiscentiam adhortarent populum, et se dicerent à Deo sele:
ctos ꝓphetas, occidere et lapidibus ad obruere? Sed cum chriani dicerent Iesũ
Iudæor hostilitas in chrm. 5. 5. fuisse verum Deum, et ipsum cum adhuc viueret hoc ipsum de se fuisse
testatum, erant qui crederent, iure illum fuisse cæsum, q honores diuinos
sibi vsurpare fuisset ausus: cum vt oratio tua narrat non aliã ob caussã
fuisset à maioribus nostris occisus, quam quod ferre repræhensionẽ non
possent de mala vita cui contra leges Dei assueuerant. Pas. Lege tu Sa:
muel, sacra Apostolica, Sanctor Iudæor scripta, et præiudicijs alior, ne sis
iuratus, inuenies rem ita esse, vt ego narraui. Neq. n. inuenies alia rõne
chrs quõdo Deus vocer 5. 6. Iesum in his scriptis q dixi vocari Deum, quam vt magistratus, reges impe:
ratores, Iudices in vris fastor et sacrar decantationum scriptis Dij vocari
solent. Quem vsum quamuis respuant aliæ aliar gentium linguæ, q Deũ
Ps. 76.

cipio sui scripti Ioannes dixerat: Mundus eum non cognouit. Non quis et quibus esset Iesus parentibus ortus, cui sæpe vilitatē et egestatem exprobrabant: Sed non cognouit mundus quod Iesus esset Chrs. Quare hæc interpretatio vocis: Sicut cognoscere Iesum, esse à Deo missum, exiuisse à Deo, é cælo venisse, nō à se venisse sed à Deo iussum accessisse, est cognoscere Iesum esse chrm, esse filiū Dei esse Sanctificatū, missum à Deo, esse Israelis declaratū à Deo cui solius intererat dare, Regem: Ita cognoscere Prem Deum, esse solum verum Deum; erat cognoscere voluntatem Patris Dei. Nam huc tendit illud: Si cognouissetis me, et prm meum vtiq. cognouissetis, et posthac cognoscetis eum et vidistis eū. hoc est: Si me cognouissetis esse chrm cognouissetis et consilium Dei, quo me declarauit in chrm, Nam connexa sunt illa: nosse aliquē à Deo esse in regē declaratū, Et, nosse, Deum aliquem declarasse in regem, Et, cognoscere Deum in hoībus est manifestare Deum in ministro. Quod enim vnus loqr alteri audiunt. Et manifestare nomē est (vt locus indicat) glorificare nomen Dei, consummare opus Dei. Et antea dixerat Iesus: hoc est opus Dei, mihi sēt à Deo mandatum, vt nunciem illud hoībus vt credatis in eum quem misit ille, hoc est: vt credatis me esse chrm. Quare COGNOSCERE DEVM erit manifestatum et glorificatū excipere, videre et glorificare cognito quod Seruatorem miserit chrm suū ad saluandum oēm carnem, totum mundū, oēs hoēs gentis Israelitica ad quos solos Iesus fuerat missus. Deinde, det eis vitam æternam referendum est ad: cognoscant te solum verum Deum, hoc mō: Det eis te cognoscendum pro vero Deo, et mundus te cognoscere noluit: Ego aut te cognoui et hi quos dedisti mihi. Quæ verba nō tendunt ad psonam sed consilium Dei, sicut dicimur aliquem nosse aut ignorare, cum eius sensus nouimus aut ignoramus. Pau. Sed hic alius sensus est à pcedentibus, et vider esse repetitio prioris sententiæ per posteriorem. Sicut siquis diceret: Abrahamus est pater Isaaci, et Isaacus est filius eius. Siue, noui Isai patrem esse Dauidis, et Dauidem esse eius filium. Pas. Hoc frequentissimum est in Ioanne. Huc tendunt illa: Nemo nouit filium nisi pater, nec prm quis nouit nisi filius et cui filius voluerit reuelare. Et, Brachium Dōni cui reuelatum est? Vbi nō est sermo de persona Dei, sed de voluntate et deliberatione. Nemo, inqt, nouit quis sit filius Dei, hoc est, chrs, quem Pater Sanctificauit et misit in mundum, nisi pater Deus. Hoc verum est. Nam quis nouit sensum Dōni aut quis et fuit à consilijs? Quin et ipse præcursor Ioann. quis esset quem destinasset Deus in chrm ignorabat, et tamdiu ignorauit quoad sibi à Deo patefactum est quis esset chrs. Cum igr hæc pars nō pertineat ad personā filij, sed ad offm, ita et sequens à persona Dei remouenda est. Et patrem, inquit, quis nouit, nō re, cum notꝰ esset in Iudæa Deus: sed illar rerum caussa, quas contexit ab oculis sapientum et prudentum et mundi, et detexit paruulis, pusillo gregi et his.

Cognoscere Iesum esse CHRISTVM.

Cognoscere Deū quid.

Ioa. 14. 7 Si cognouisset me, et prm meū.

manifestare nomē

Luc. 10. 7. Ioa. 12. 28 brachiū Dni cui.

Ps. 76.

et his quos dedit Iesu chro. LA. Cum tempora illa considero du- Captiuitas
rissimæ captiuitatis nostræ gentis, qbus Cæsar Augustus Roma- tullaor una
imperabat, videor videre nostram gentẽ tunc deos peregrinos colu-
se. Nam nunquid captiuitas contigit nostræ genti, nisi antecessisset
peregrinor deorum cultus. Et omni qdem tempore erat in Iudæa Iudæi qua-
notus Deus, cum vero notus Deus in Iudæa nõ coleret a Iudæis, ti- do sine no-
dæi dicebant esse sine noticia veri Dei. Sicut lex Dei semper apud tícia veri
Iudæos extitit, perscripta a Mose: Sed cum lex nõ seruaret vagus Dei dicam
et erro sine legibus esse populus dicebatur. Hoc vero illud est quod
scripsit Moses, Deum inuenisse in solitudine errante cũ alijs genti Deut. 32. 10.
bus Israelem: sed soli Israeli se patefacere voluisse. Et addit: Isra- 12. 15. 16. 17.
el aũt dereliquit Deum factorẽ suum, et pro nihilo habuit præ alijs dijs 39
gentium Deum salutis suæ, oblitus est Dei, qui genuit eum, et nõ est
recordatus Dei sui formatoris. Et postea: Vbi sunt dij eor in qbus
sperauerunt? Videte nunc quod Ego, Ego inquã sum Deus, et nõ sit videte nũc
præter me. Quod ego ita intelligo? Videte quod Ego solus sim De- quod Ego
rus Deus, et alij dij oes præter me sint falsi. Prius dixit Moses Ego, inquã
soli Israeli fuisse notum Deum. Et postea dicit Deum Israelis di- sũ Deus.
xisse: cognoscite me solum esse verum Deum. quam ob caussam?
Quod prius nõ fuisset illis notus? nimirũ gentium. Sed quoniam
illi reiecerant Deum, quẽ nouerant, et ad cultum peregrinor Deorum
transierant: dempnitrat Deus ex studio et cura qua motus subleuare
statuerat a malis populum suum, se esse verum et solum Deum
qui ab his malis redimere posset, abs quibus nullus ex illis dijs, quos
populus suus se reiecto coluerat, liberare posset. Ita et Elias cõten- 3 Reg. 18. 22.
tione exposita de Deo vero et dijs falsis, ait. vsq; quo vos claudicatis Quousq.
in duas cogitationes? Si dõs est Deus Verus sẽt et solus, sequimini tandem
eum: sin Baal, ite post eum. Proponit populo velut rem incertam, an claudicatis
Deus Israelis esset verus et solus Deus: et ex oblatione sacrificij cogit
populũ. clamare, dõs ipse est Deus. dõs ipse est, Deus, quod est, fatisse,
vt populus cognosceret Deum patrem Israelis esse verum et solũ Deũ.
Quæ plana sentiæ non extant in historijs, nisi cum populus lapsus est
in cultum peregrinor deor. Pau. hæc inter prætatio nõ violat le-
ges grammaticas, nec mutat significatum verbi: cognoscere Deum et co-
gnoscere chrm. Pas. Tu vero quantum potes insinua grammati-
ca theologicis, ita enim mixtus eris ex vtroq. iure. Est enim gramma-
ticis ẽt suum ius si tenes et putas te Samueli ferre opem, quod cum Iudæi im-
eo ad me veneris. Ego vero propugnabo ẽt, quod tu nõ feceris eius sen- puri et ido-
tentiam. Nam Pauli verba: mutauerunt gloriã immortalis Dei, per ma- latræ
ginẽ non solum ad mortalis hois similitudinẽ efficiam, verũ ẽt volati- Rom. 1. 23.
lium et quadrupedum et reptilium. Et, Commutauerunt veritatẽ Dei mutauerũt
mendacio, et sunt venerati coluerunt q. ea q condita sunt ab ipsis) sup- glam Dei.
cum qui condidit (cõia). Et, Qui exheraris, simulacra sacrilegii ad- Rom. 2. 22.
mittis. Hæc inquam indicant illis temporibus et impurissimo vitæ Exheraris
genere fuisse deditos Iudæos, et falsos et peregrinos Deos, vero Deo simulacra.
repudiato coluisse: Et ore qdem et labijs habuisse notum et in honore

Deum

Deum: verum corde et mente nullum experimentum dedisse, habere Deum cognitum. Itaq; constabit sentia. Ut sicut Deus apud Mosen et Eliam dr cognitus tum primu cum a malis reuocatu populum, monet vt animaduerterent et cognoscerent se solum et nullum alium esse verum Deum qui occidere et seruare posset: Ita tempore Iesu primus gradus consequendæ salutis fuerit reuocare animum a cultu peregrinor Deor, et vero Deo et patrio addicere, et eum sequi ducentem, que Deus verus in ducem populi constituisset. Pau. gra Deo, scrupulus ois ex meo aio hac tua orone est exemtus. Illæ eni tot verbor interpretationes, nonnihil violare locum illum Ioannis videbant.

Deus quando primum cognoscitur.

SA. Sed ad rem, cui hæc proposito inseruiunt? Pas. Diximus Nihil ex Euangelij, cui oes chriani credunt narranti iubenti vetanti aliquid, præscripto, requiri a Iudæis, siue illa q antecesserunt mortem Iesu chri, siue illa, quæ secuta sunt et sequent vsq. ad fine mundi, tempora, consideres, si velint reconciliari Deo, et a peccator malis, qbus sunt p multa annor centenaria inuoluti, liberari, nisi vt pæniteant et resipiscant animis, et Iesum illum, quem curauerant in crucem tolli eor maiores impij et nefarij hoes, fuisse chrm a Deo declaratum, perque statuisset Deus salutem illis concedere. Huic summæ nostræ videbar Ioannis sentia aduersari, quam citauit Paulus, cum tan hæc cum illa consentiret maxime. Nam resipiscentia animi nulla esse poterat apud Iudæos, nisi cum ad legum patriar obseruantia reuocabar cuiusq. mens. Inter prima aut legis præcepta, illud positum est pro foribus: Audi Israel Dns Deus tuus, Dns vnus est. Diliges ergo Dominum Deum tuu, vnum sgt solum Deum et verum ex toto corde tuo. Quamobrem idem dictu esse censeo: hæc est vita æterna, cuius concedendæ oibus hoibus Israelitis mihi potestatem omne dedisti vt cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum esse chrm. Et Hæc est vita æterna vt pæniteat hoes vitæ prioris, et conuertant ad colendum Dm Deum suum, et cognoscant Iesum, que misisti esse chrm. Nam idem esse diximus, cognoscere veru Deum relictis dijs peregrinis, et illum solum colere et poenitere quod male egeris et tu et maiores tui, si illos et te malefecisse nosti in leges Dei, et Deo vero relicto alios deos colueris, et ad Deum verum colendum conuerti et Iesum esse chrm fateri. Male aut te et tuos maiores egisse indicat captiuitas q nunqua illata est a Deo, populo suo, nisi abrogatæ legis ca, et ob sanguinem Sanctor hominu, qui occidebant a populo, quod illi a Deo missi monerent eum, vt ad patrias leges obseruandas rediret.

Iudæos salutem consecuturo sola pœnitentia et fide in christum opus esse.

Resipiscentia

Deutr. 6. 4.

Diuturnitas aut captiuitatis et perditi imperij, cum tanta pænitetia populi, demonstrat oibus, eius rei pœnitentia, nondu esse captu populi animu, cuius gratia captiuitas est inducta. Nam semota malor caussa, liberatio a malis fuisset subsecuta. Quid igr est in caussa Samuel, vt te no illis Sanctis Iudæis, q Iesum pro chro crediderunt quos nescio quo fato chrianos fuisse vocatos, et perdidisse prius suæ gentis et generis nome, et non amplius vocari Iudæos, vt extare posset memoria, quor posteritas Asiam incolit et libera et opulenta, circucisionis et patriar legum obseruans et Iesum pro chro agnoscens: Cur inqua

Iudæorum cor impænitens vnde agnoscar

Iudæi christiani oibus malis liberi. s. 17.

his.

his te non coniungis, liberis ab ira Dei vel christianar legum testimonio:
sed cum his perseueras esse, qui, vt cætera desint oia, nulla tangunt poe: Iudæi in fideles in serrimi. s. 17.
nitentia vel de suis vel de suor maior malis, In quos Deum hostilem ani
mum gerere indicat illud, quod sunt sine laribus et iure, quod minar lex
oibus peccatoribus, et quod tot cultibus, victimis, et poenitentiæ notis non pos:
sunt Deum patrium eo adducere, vt velit eos ab his malis liberari in q:
bus sunt à seculo Cæsaris Augusti. Spondet quidem lex Dei veniam peccatorum venia qndo negatur.
peccantibus, sed nisi pænitentia fuerit de eo peccato, quo tibi infensum
reddidisti Deum, veniam ex legis spe nullam expectare potes. Captiuitatem
aut vobis contigisse ob mortem innocentissimo Viro, et Sanctissimo Vati
et gratissimo Deo, Chro illatam à vris maioribus, et peregrinæ et
et vræ Iudæor historiæ conscriptæ ante tempora, quibus de diuinitate
Iesu, qua factus est ab hoibus verus Deus, æqualis Deo patri disputari
est captum detestanr. SA. Inclinat animus iamdiu, vt id profiteri ve:
lim, quod suadere vider tota hæc oro sine lingua. Pas. Hoc vero vt
abs te fiat nolo. Neq: n. huc venisti vt hoc tibi suaderer. Sed vt au:
dires quid esset hoem, gre et vitæ genere Iudæum, chrianum fieri s. 7.
quid ab ipso peterer, quo sine psentibus alijs oibus chrianus ille dici no
posset: Posset aut chrianus dici, si illud, etiamsi deessent alia oia ad:
esset. Hoc aut diximus declarauimus demonstrauimus esse, si Iudæus, Iudæorum in chrm fides qualis.
vir, fæmina, veniam à Deo peteret pteritor delictor, cum à se tum à pribus
admissor, et Iesum quem cruci affixissent veteres Iudæor principes fuis:
se à Deo declaratum Chrm, vt eius ductu Iudæor gens recipere posset
oia, q Deus erat per os prior pphetar pollicitus. Legas tu Euangelia q
historiam continent a Iudæis de Iesu vita scriptam, In illis addiscas
quis fuerit Iesus, quodo, quo tempore, qbus auspicijs fuerit in chrm à
Deo pre declaratus, quam vitam inter hoes vixerit, quam doctrinam
docuerit, quas leges in vsum et nitorem pristinum reuocauerit, quam ob
caussam in inuidiam et odium alior Iudæor venerit. His enim lectis
et examinatis intelliges Iesum fuisse Virum Sanctum, prophetam appro:
batum à Deo, signis et miraculis regem et chrm creatum à Deo pre, in
crucem actum nefarie à Iudæis. Permitti aut Iudæis patrias leges ser: Iudæis christianis patriæ leges no abrogatæ
uare non circumcisione abrogare, no suilla carne vesci, no discrimen
mundi et immundi alis tollere, no alia q ex lege Mosis sunt orta à te:
pore quo data est Iudæis lex per Mosen vsq: ad tempora, et vltra ea
tempora, quibus natus est et mortuus filius Mariæ Iesus ad fine vsq:
mundi perseueratura. SA. Nunc viuo cum hæc attigisti. Non enim
solum durum videbar deo vero Israelis, deum verum Iesum socium
dare: sed et patrias leges circumcisionis et sanctificationis deserere
et ex circumciso Iudæo fieri præputiatum gentilem. Pas. Scimus
hæc olim fuisse requisita à Iudæis si chriani fieri vellent. Sed hæc
alia tempora sunt, alia et sedulior lectio. Tu tn hæc leges attente et di:
ligenter notabis et tuum animum consules, vt qcqd agere statueris
sedulo egisse videare. SA. Hoc opus absoluam ante mensem, et meu
hinc discessum. Tu commodato dabis libellum Euangelior et acta
Apostolica. Pas. accipe et rega Deum vt vna cum lectione imbibas
pietatem, q reddatte Israelitam verum in quo nullus sit dolus, sed
animus simplr viuens cum Deo suo. CHORUS. Dne Pastor, esset
hic qddam, quod ex te scire cuperem. Pas. alias hoc fiet. Nam ho:
diernus dies satis habuit quæstionum et dilutionum.

Dies 4tus.

DIES QVARTVS.

Collocutores: Sam. Pastor. Paul. Chorus, Telephus.

SAM. Veniam dabis Dñe, Nam huic colloquio, quod hodie futur̃ est, non interesse nolo. Et solet alioqui intempestiuum offm̃ in peregrino esse odiosum. Pas. In nostris Ecclesijs pastor̃ ædes sunt patẽtes ad oẽs excipiendos, vt olim Romæ Tribunor̃ plebis: et oĩa sunt officiosa q̃ fiunt ex offo. et sunt grata, neq. quicquam intempestiuũ vider̃. Nam et nos tempestiui intempestiui et accedimus ad alios monendos et placere desideramus. Chorus assidentium. Bonã diem tibi p̃camur Pas. oĩa vobis concedente Deo eueniant prospera. Assidete. Chor. magnæ rei sumus iacturi fundamenta hodie, cuius incipiendæ occasionẽ dedit huius viri colloquium tecum habitum, cui casu interfuimus. Pau. Residua q̃dam sunt adhuc nobis quærenda. Ch. Nobis ex pacto deber̃ hic dies, et plures nos sumus qui petimus, quam vos qui duo estis. Quare sicut nr̃o superamus, ita loquendi et quærendi ordine priores esse debemus. Pas. Bene hanc litem ego diremero, si vos prius quibus me obstrinxi superiore colloquio audiero et vr̃a residua cum residuis hor̃ in aliud tempus reiecero. Nam his et nõ deerunt sua residua. Pau. Nos te non fatigamus, sed ab his hunc diem nobis dari flagitamus. Chor. Vos in racematione estis, nos in vindemia, et periculum mora minar̃. Quare dignũ est, vt locum, quẽ occupamus iusta possessione retineamus. Pau. Fiat quod vider̃ satius. Pas. Sedete ordine, et vt cuiq. dubium occurrit, quod is q̃ loqr̃ præterire videar̃ proponite, ne residuor̃ sit magna summa futura. Chor. Tu Telephe, q̃ ex re tua, frisq. tui videbunt̃ exquire, nos tibi paratum locum cædimus. Tel. Ego et hic meus fr̃ Dñe Reuerende ex Indijs, superioribus annis ab Hispanis inuentis, sumus, et cum nauigaremus ex nostra patria Mezicho in Hispanias, ad vallem oliuetanam, exponendi spectaculo Hispanis, naufragio facto euasimus cum admodum paucis in terra vbi solitudo erat ingens, hic assere, ego vtre alij alr̃, Nam hunc ego vt iuniorẽ frẽm spectabam ne mergerer̃. Post longos aut̃ errores in vrbem quandam venimus, vbi a bonis viris hospicio excepti sumus, et nõ solum vestiti, ver̃ et per multos annos nutriti. Inter eos aut̃ erat vnus, qui nutritorẽ suor̃ liberor̃ habebat latinum hoem, qui existimabat nos ex hoc orbe esse, et vt nobiscum loq. posset, vna cum pueris quos curabat nos latine loqui docuit. Ita nos linguam istam, quæ multum postea nobis profuit didicimus. Multum temporis esset nobis expendendum, si singula referre vellem, quodo diu vagati et iactati et periclitati huc tandem, qua animi sentia, alias dicer̃, peruenerimus. Ita aut̃ viximus vbiq. vt cum chr̃iani nõ essemus, ab oĩbus tãn vt chr̃iani crederemur, et vt magis crederemur ea oĩa summa diligentia imitabamur, q̃ ab alijs chr̃iãnis domi et in templis fieri videbamus. Fidem a nobis, qd crederemus, nullus petebat, et quod peregrini essemus et quod familiaris vsus cum illo q̃ nos in latina lingua instituebat, suaderet hoĩbus nos idẽ credere, quod noster p̃ceptor credebat. Verum nos nec chr̃iani eramus nec de chr̃iana fide aliquid scire curabamus, cum videremus vbiq. exilia et lamenas illos subire, qui professi quid crederent, nõ idem quod alij credere.

credere viderent. Sed cum casu huc ad te venissemus cum his dnis, et
ea dici ex te audissemus, q̃ cum isto viro hic assidenti disputabas, insu-
surrauimus in aurem proxime nobis assidentibus, ut petere vellent
abs te diem vnum ad quærendum. Nam colloquiũ illud salutare mi
et fratri fore augurabar, quod ad exponendum oẽs animi mei sensus mihi
abs te datum fuisset. Habes q̃ sim et cuius fidei, nullius sz̃t, et hisci-
unt hodie quod heri se nesciuisse affirmare possunt. Neq; ad hanc
narrationem descendissem, nisi tantam facilitatẽ salutis habendæ, in
spe nunc, et post mortem huius corporis, in re, audiuissem abs te huic
viro tecum disserenti proponi. Chor. Atqui nos putabamus te chrianum
esse. Pas. Quid credit apud vos? quid adorar? SA. Dic sodes sunt apud
vos Iudæi? Quæ mercatura est in precio? Pau. Sunt honori literæ?
sunt scholæ? quid virtutum omniũ magis est in pretio? Tel. Ego et
hic meus frater Actius, nihil de nostris hoibus affatim referre possu-
mus, nisi q̃ visa sunt nobis in puericia et principio adolescentiæ.
Nam capti ab Hispanis mores nouos, consuetudines et leges vidimus,
nostror hominũ instituta q̃ fuissent, ex alijs narrantibus hausimus.
Recordamur tãn nostris hoibus pacem fuisse Carissimã et agror studiũ.
Bellum nullum erat, honor erga magistratum, qualem nusquã videre in
hoc vestro orbe licuit. Orientem Solem venerabant nostri, nõ quod
Sol esset illis Deus: sed quod is, q̃ solem mitteret vt videre possemus
et cernere quæ essent ante pedes, esset in cultu maximo. Alior syder
et planetar ortus præteribar. Erat et lunæ et ignis suus cultus et sa-
crificia dedicata, et quæ existimabant grata, his oibus erant effic ta
simulacra et depictæ imagines, quæ domi à singulis colebant. Ita
nullam fidem habebant nostri, nisi quæ fides dr humanæ societatis
vinculum, q̃ maxima obseruatione colebar à nostris, cum essent. Nam
postea perdita libertate esse desierunt. Est mercatura apud nos.
Erant nundinæ, sed commutatione "rerum" exercebant oia, nõ ære signato.
Cum vero venissent Hispani, et scholas literarias aperuerunt, et
nouos deos induxerunt, et noua gra iudicior per oẽs vrbes esse volue-
runt. Ex oibus aut captiuis visi sumus nos duo commodi, qui capti
uitatem patriam exponeremus nostris corporibus, hispanis, fiere-
musq. spectaculo et declarationi quod nouus orbis, situ sit redditus
more et lege vetus. Sed Deus alr prouidit. Vellem aut scire abs te
an serio cum hoc Viro de fide chriana nobis p̃sentibus disserueris.
Nam tu in alijs rebus statuisse visus es chrianam fidem, quã hispani
solent apud nos. Illi vnum Deum esse dicebant apud chrianos, et tres deos.
Sicut vestis vna, q̃ tria habeat foramina, aut Vir qui tria habeat ca-
pita, et alia multa his addebant, quæ, quod displicerent facile excide-
runt. Nos, apud nos facile tulissemus Vnum Deum esse credi et dici
ex quo oriret mandato perpetuo et occideret Sol et Luna, et oia quæ
circum terram vagantur errantia aut firma sydera. Non solum
aut de dijs illa quæ dixi affirmabant nostris, hispani, quibus aienti-
bus minus credebar. Verum et nulla compositio animor ad bonos mores
et os ad execrandum Deum ad singulas horas paratissimũ et nullam
ob caussam, et paratus hõ quadrato pileolo, qui ab omni scelere accepta
stipe expiaret. Id vero erat oibus nostris maxime inuisum. Nimquã
aut alias his de rebus cum aliquo disserere volui maluiq; semp pro chriano
hab.

fides vinculum humanæ societatis

Historia lux tempor

Salus ab vno Deo

Lectio præcepto

haberi, quam cum chrianis disputare, quoniam nusq; hæc aliquando ab aliquo dici audieram quæ abs te huic viro sunt narrata. Pas. Ne putes aliquid ex his quæ huic viro narraui iocum esse, quor maxima partem ipse videt in Sacris literis quas ipse colit, haberi. Alia vero quæ illis sunt addita ex historia rer, q aliquando fuerunt, sunt desumta. Sicut aut serio dico, te esse nunc apud nos, quoniam apud nos te esse cernis, Ita patrem tuum, Auos tuos, maiores tuos suo quemq tempore fuisse, quamuis nunc non sint hic, serio dr: Ita q tu vides nunc esse et fieri, postera ætas nõ videbit, sed audire poterit à narrantibus, Sicut quæ vidit prior ætas, nos nõ videmus, audire tan et legere possumus, quæ olim contigerunt: Omnia tn hæc q sunt, q fuisse narrant et porro narrabunt vna veritate rer, quæ eueniunt euenerunt et euenient nitant, quamuis nõ oes vno tempore sub aspectum nostrum offerantur. Tel. Vera sunt quæ dicis, et facilis est via, vt eo ducar quo cupio. Pas. Etsi lectio nõ fuisset, et non extarent scripti annales, testes apud nos Pteritar rer, quas viderunt et perspexerunt maiores et primigenij nostri, Sicut vos in nouo orbe Solem Lunam et ignem tres deos colebatis, In nobis in orbe vetere nõ deerant tria et quatuor numina, quæ coleremus, quando Papa inter maxima non spernendum numẽ numerabar. Vnde lectio fecit historiæ, q lux tempor esse semp existimata est, vt à Psentium rer quas cernebamus, ad Pteritar et vetustar rer, quas nõ videramus, sed præsentes spectauerant maiores nostri cognitionem reuocaremus, animũ, et reformaremus ea, q vitio tempor et violentia hominũ erant collapsa et obsita, peregrina et fucata facie, ad pristinũ nitorẽ, in quo erant, cum primũ fierent et cernerent. Nam habemus certas scripturas, q de his rebus vberrime disserunt. Itaq. factum est promouente Deo, vt eo peruentũ sit in re chriana, vbi res chriana fuerat cum chriani esse et dici cœpissent. Quam speciem chrianitatis cũ vident, aut audiunt hi qui ad hoc vsq. tempus chriani sunt dicti, nõ agnoscunt chrianam esse speciem, sed indignam q dici debeat chriana. Nobis vero satis est illa credere et alijs offerre credenda, in quor fide is, qui salutẽ hõi dare pot, oẽm salutem corporis et animæ constituit. Homines aut filios hominũ parum moramur, in qbus et nulla est salus, et salutẽ aut datã auferre, aut nõ datam à Deo, dare nequeunt. Tel. Hæc verissima sunt. Nam nullus alijs salutem dare pot, cum ipse salute indigeat. Et oes hões à Deo salutem expetunt: nõ oes expeterent si aliq essent inter hões, qui cum sibi tum alijs salutem concedere possent. Concludendum igr est ab illo vno hominũ salutem venire, qui oibus salutem ita dare pot, vt ipse salute ab alio nõ indigeat. Pas. Non longe abes à regno Dei Telephe, Et vtinam aliquid legere posses. Non minus enim docet multa lectio quam eloquens Pceptor, et lectio sine ignominia vincit lectoris animum et in suam sentiam trahit, cum alioq nullus æquo aio patiar se vinci, nec vllus sit, qui facile alij gloriæ palmã cedere velit. Sed quando velles, addiscere nõ esse ignominiã et turpitudinẽ, existimare, Ego exponerem tibi quid esset olim apud maiores nostros et quid nunc sit apud nos desumta inde, fides christiana, Intelligeres aliud esse fidem chriana

Historia lux tempor

fides vinculum humanæ societatis

Salus ab vno Deo

Lectio præceptor.

quam d.

quam dixerint illi hispani, nauigantes ex vetere orbe, apud vos, qui
nouum habitabatis mundum. Tel. Audiui. Nam vt scis præsens erã
cum samuelem istum doceres. Pas. Si Iudæus nõ es, illa ad te nõ per-
tinent. Tel. Ego tum primũ intellexi, quid sit Iudæum esse, cum in hũc
orbem enataui. In illo nostri orbis vastissimo mundo inauditũ est nõen
visus aũt nusquã Iudæus. Et quoniã de circumcisione dixeras, quid
fuerit apud illos quibuscum vixi dicam. Cum ablueremus corpora
adolescentes in proxima nobis palude, nullum vidi circumcisum et
animaduerti talia esse nostra corpora qualia adolescentũ hispanor̃
qui apud nos erant nati, et eor̃, qui mecum ex naufragio in terram
erant expositi. Unde ego et fr̃ veluti vnus aliqs illor̃, quod puellæ
nõ essemus sumus semp existimati. Pas. Non desunt in nouo orbe
qui circumcidant̃. Unde aũt illis circumcisio incertũ est, morẽ esse
gentis, sicut nõ paucar̃ gentiũ in Asia nostri orbis, credibile est.
Sig̃cationem aũt ea res dat, proximos esse illos populos q circumcidũt
Asiaticis, aut Lybiæ finibus. Sed hæc alijs discutienda relinquamus.
Tel. Præputium et ignotum apud nos Iudæor̃ nomẽ declarat nos ex gẽ-
te Abrahamica non descendisse. Quare alia rõne fides chr̃iana
est tibi explicanda, quã cum Samuele Iudæo, ex gr̃e sanctissimo Abra-
hami oriundo factum sit. SAM. Igr̃ nõ vna est apud chr̃ianos fides
quæ parit salutem? Pas. Una est fides sed nõ vnus est populus, non-
ne dixi tibi vnum fuisse populum ex quo descẽdere debebat salus, et
alterũm, in quẽ peruentura erat, vt ex vtrisq. populis ob vnã salutem
partam ex vna fide fieret vnus populus, vna Ecc̃ta, vnum regnum?
Nonne alium facis qui dat quod habet, et alium q accipit quod nõ habet?
Ille Iudæor̃ fuit, hic præputiator̃ populus. Et benedictio, q̃ apud Iudæ-
os erat à tempore quo iustificatus est Abrahamus ex eo quod credidit
Deo, post mortem Iesu occisi à Iudæis, manauit ad præputiatos, diri-
bitore veluti Iesu chr̃o, ex quo Iustificari cœperunt per fidẽ, quod cre-
didissent, sicut Abrahamus credidit, sed in alia re, Deo. Et vtrobiq.
erat nomen fidei, post mortuũ et ascendetẽ in cœlum Iesũ chr̃m, et
hinc apud Iudæos et inde, sed nõ ante, quam est ostium fidei ꝓpucia-
tis gentibus apertum apud ões gentes q̃ nõ erant gr̃is Abrahamici.
Sed nõ vnus erat euentus et vna fidei effectio. Nam si Iudæi Iesũ
esse chr̃m credebant, iram aduentantem vitabant, sicut q postes ag-
nino sanguine ex mandato Dei signarunt, et qui Lothum et Noa mo-
nentẽ sunt secuti, et patria bona, vt Deo patri reconciliati filij, nõ per-
debant: Sin aũt alieni à Iudæor̃ gente hoc ipsum credebant, si id acci-
disset post auulsam maceriã inter Vtrumq. ouile positam, nõ illi
nõ perdebant bona q̃ possidebant, sed bona quæ nunquã antea posse-
derant recipiebant, Et cum illi per fidem reconciliarent̃ Deo, vt filij
patri, isti tum primum adoptabant̃ in ~~populos~~ filios cum credere cæpis-
sent, Sicut Abrahamus in filium Dei adoptatus est, cum credere
cæpit Deo et est iustificatus ex fide. Tel. Mihi iste dies est addictus
Samuel, et tu videris illum mihi præripere velle. Pas. Ius est datũ

ab init.

Fides in gentibus ꝓpuciatis et circumcisis eadẽ.

distinctio duorũ populorũ. 8. 33.

Fidei effectio alia in circũcisis, alia in ꝓputiatis gẽtibus

Discrimẽ duar̃ gentiũ 5. 8. 32.

fides in chr̃m quid Iudæis, qd gentibus contulerit

ab initio ōibus qui assident, vt ea proponerent q̄ eoꝝ, ex his q̄ audisset
aīos vexaret, quaq. cum quiloquerer fugerent. SA. Igr Telephus eo-
dem crimine dāmnari pōt, cuius me conabar facere reum. Pas. Una
est igr fides chriana Samuel, quoniā una est res q̄ credit, Iesum esse
chrm: Sed nō vis tu discrimen admittere inter Iudæos filios Dei, qbus
discrimē inter gentiū 28. 32. notus erat Deus, apud quos erat, & ipsimet erant resp. et populus &
Lecta & domus et tabernaculum Dei: Et gentes alias, q̄ erant sine
Deo sine promissionibus Dei, sine iure filiorꝝ Dei, quod est aditio hæ-
reditatis vt haredes decet, sine Rep. Israelis, ālienæ à testamentis
Dei. Quod si hoc discrimen inter has duas gentes relinquis, necesse
est te affirmare, fidem in Iudæis credentibus Iesum esse chrm, oīa, q̄
illi nō habebant contulisse, q̄ habebant nec mutasse nec donasse.
Habebant enim Iudæi illa anteqᵘam nascerer Iesus, & tantū abfuit
vt Deus illa mutare voluerit, vt eadem et illa ipsa populo præputiato
concesserit. Quod si oīa expendis et examinas, inuenies vræ genti fi-
fides in chrm quid Iudæis q̄ gentibus conferret dem chrīanam, quæ erat grīs vīi fides, aliud nō contulisse nisi recon-
ciliationem cum Deo irato, filijs patre. Multa aūt alia pter hoc fidē
eandem gentibus peregrinis contulisse tute ipse fatebere. Contulit bona gentibus per fidē collata.
enim mundicia, qua illæ carebant, noticiam veri Dei, q̄ nulla apud
illas erat, hus filiorꝝ quod nec sperare poterant, benefactor promissas
& paratas stipes, pœnitentiæ in malefactis remediū, quæ ne in som-
nis qdem poterant sibi polliceri. Hæc aūt oīa et Iudæorꝝ genti fuisset
concessa per fidem, si hæc bona, gens illa nō habuisset antea, maiorum
grā, quos Deus ita dilexit, vt eoꝝ vniuersam posteritatē in propriam
tutelam receperit & protexerit & pro filijs dilexerit. Sed cum hæc
oīa & alia dona Speciosa et desideranda gens Abrahamica possideret, qd
opus erat per fidem hæc eadem recipere? Gentibus alijs sunt hæc per fi-
dem concessa, quoniā his oībus illæ et carebant & habere nō poterant
cum essent iræ filij, impia gens & impijs parentibus orta. SA. Non
prius acquiescam, quam audiero oīa. Pas. Quid putas me dicturū
Telephꝰ? plus dicam ei quam tibi dixerim: sed minus petam ab eo, quam
tibi oneris imposuerim. Tel. Ad me Dne Rnde comerte, cui iam
debes, orationem. Pas. Vnum esse dixi necessarium Samueli, vt re-
quę Iudæis & gentib⁹ in fidelibus ad salutē necessaria. conciliaret Deo & salutem conseqᵘeretur, credere Iesum esse, vt Deus
mandauerat chrm. Tibi dico duo esse necessaria si spem salutis here
ditis, vt credas vnum esse Deum, & vnum esse eundem, quem Deus chrm fe-
cerat, post cuius mortem Deus Sanctificatus oēs gentes spiritu suo, regno
eiūs subdiderat. Non quod credere vnum esse Deum, Telephe sicut tu, nō debeas
credere samuel: Sed quod eo me dicente, non expectet Samuel nosse vnū
esse Deum, quod ex lege Dei instutus bene nouit. Accedentes enim
ad nos docemus, nō illa q̄ norunt, sed illa q̄ ignorant. Itaq. Iudæos nō
docemus illa q̄ norunt ex se, legendo tura patria et instituta maiorꝝ:
sed illa quæ certo tempore patefecit Deus et signis & prodigijs appro-
bauit illum sēt fuisse prophetam & Regem, quem Deus ex pacto se
datum.

distinctio duorū populorū. 6. 33.

Fidei effectio alia in circūcidendis, alia impūtatio: tit. 3 ētibus.

daturum promiserat, declarasset et misisset in mundum. Alias gen-
tes q̃ ex Abrahamo nõ sunt oriundæ ita docemus vt nõ, nisi necessa-
ria ad salutem illis credenda proponamus. Sicut vnum esse Deum credere vnũ Deũ est pars legis.
quod est pars legis et fidei, et vnum esse Iesum quẽ Deus declaras-
set in chrm̃ post mortem cum potentia, quod est totum et fidei et promis-
sionis salutis. Itaq. Telephe et tu Acti Si credideritis postquam oc-
cisus fuit ille Iesus, quem dicimus et nos, quõr maiores erant ꝓputiati fides christiana 3.17.
sicut et vos et Iudæi, magnus numerus, illi absq̃bus descenderunt gentes
innumeræ, q̃ Asiam incolunt et circumcidunt octauo die liberos suos, esse
chrm̃: Si inquam credideritis ab illo tempore Deum esse Vnum non
solum Iudæor̃ et vnius populi sed omnium populor̃ q̃ sunt fuerunt et
erunt, et vnum esse Iesum datum nõ solum Iudæis, sed ẽt ab illo tempo-
re õibus gentibus in chrm̃, salutem consequeris post hanc vitã, et in terra
frueris grã et tutela Dei, sanctificatus et iustus per hanc fidem ante
Deum cui soli viuunt et moriunt̃ õia. Tel. Res ꝓciosissima et ca- fides christiana res leuis. 5.4
rissima nullo precio emit̃. Et quis est, qui proposito vel leuissimo
præmio, nõ facere velit per suas ædes quatuor spacia si præmiũ illud
ꝓpositum esset, quatuor spacia per suas ædes facienti? Atqui credere
aliqd leuius est, quam quatuor ingredi passus. Et nihil maius ab hõe
cogitari põt animæ et corporis salute. P. Et hoc est quod dicunt Esa. 52.3.
nostri scriptores: Sine argento redimemini. Et hæc est consuetudo
Dei, ob leuissimas res quas iubet seruandas maxima donare præmia.
Cum assueueris huic Deo sine quo alius Deus nõ est, seruire, magna
bona ab eius liberalitate ad te manare senties. Tel. Sed quid dixi-
sti post mortem Iesu, Deum fuisse Iudæor̃ et nõ Iudæor̃ Deum. Ha- Rom. 3.28.
bebant forsan ante mortẽ Iesu alium Deum hi q̃ Iudæi nõ erant?
Pas. Hoc dixeram. Quoniã qui Iudæi nõ erant, erant in hoc mundo Deus cur vnius tantũ populi post mortẽ chri omniũ sit Deus.
sine Deo, nõ curatore, cum nullus sit q̃ curet vniuersa ꝓter Deum: sed
protectore et tutore vt prẽ. Tel. Non bene percipio hanc partẽ cum
nulla vnquam fuerit gens q̃ deos nõ habuerit et coluerit, et q̃ facere non Eph. 2.12.
potuerit, vt inter illos multos deos, istum deum quem dicis fuisse verum
et solum Deum nõ cognouerit et adorauerit. Pas. Videsne tu hoẽs mo-
ri et nasci, et eos q̃ nascunt̃ post certum tempus vita fungi desinere? finẽ habẽtia originẽ habere.
Tel. Video, et iam dixi, me fracta naui vectores oẽs et nautas ꝓter ali-
quos paucos, vidisse aquis suffocari et ferri salo. Pas. Colligere igr̃ potes
ex quo ista vides et tangis, finem habentia, originem habere: Esse
tãn posse vt quod fine carere principiũ habeat vnde esse cæpit.
Tel. Hoc alterum clarius abs te dici vellem. Pas. Nonne naturate Originem habentia nõ õia finẽ habere.
docet, deos esse numina q̃ õia possint? quid esset si te sicut ex nau-
fragio, vbi mortem accurrentem ad te rapiendum cernebas, liberaue-
rint, Ita te vellent ex omni morte liberare ex iureq. mortis subtrahe-
re et immortalem reddere? Tel. Possent si vellent. Pas. Tum initia
habuisse vitæ dicerere, sed vitam habere fine carentem. Ita nostri
historici vetustar̃ et abditar̃ rer̃ õia a dijs manare dicunt, sed nõ õia
certo.

certo fine temporis terminari, quod multa sint quibus immortalitas sit
concessa, et concedunt quidem illud esse verum, vt quod finem habet, cer:
tum habuerit sui ortus principium: Sed illud negant, vt quod principiū
habet vitæ, id fine qo carere nō posse. Tel. sequere videor intellexisse.
Pas. Quod si oēs hoēs mortem subeunt, et vitam perdere oēs videmus, q
antea vitam viuere, ex quo nati fuerant, cernebant, necesse est vt lice:
at à filijs ad prēs ascendere, et à prībus ad auos proauos et atauos et
primigenia cuiusq. gentis semina. Nam videmus, sicut filium ex patre
nasci, ita prīm antecedere filium ætate, et auum esse ante prīm et abauos
ante parentes. Quod si omniū hominū dar ortus quibus dar terminus
vitæ, necesse est vt in illis primis gris cuiusq. principijs, et primis hoībus
quos alij hoēs veluti filios eor parentes non antecesserunt, siue illi plu:
res fuerint siue pauci siue vnus consistar, qui ita fuerint principia na:
scendor hominū, vt nec finis hominū fuerit, cum ex illis nati sint alij, nec
parentes habuerint hoēs, cum illi initia fuisse statuant hominū, vt hoēs
ante se nullos habuerint. Tel. Audiui adolescens à nostris hoībus qren:
tes Hispanos, quonā gens nostra referret suas origines, cum ex quo
gens nostra esse cæpisset nullus peregrinus aut mari aut terra ad nos
accessisse compertus sit. Videbar enim nos nobis fuisse parentes, nos no:
bis fuisse filios, cum aliunde gentem nostram venisse in ea loca eaq. inse:
disse nullum extaret indicium? Pas. Mirum nō est, nullā esse progeni:
tor vestror memoriā, cum historias q tempor superior numerū hominū
et genus vobis recitet nullas habeatis. Hoc ipsum esset apud nos si an:
nalibus careremus, vnde gens illa plura de suis auis et proauis narrare
potest, q singular ætatum proprios habuit, qui signarunt singula scri:
ptores. Breuis est enim nostra vita et quæ videmus et q audimus ab
his q ipsi viderunt, nisi alijs narrauerimus quibus et memoria tenax
et voluntas commendandi sibi concredita posteris, quibus item posteris
hæc eadem bona conueniant contigerit, aut scriptio subsidium ferat
oīs memoria rer quas vidimus et audiuimus perijt: Et si aliquando il:
la fuerint, quæ nos sensibus ipsis nuncijs scimus fuisse ignorar, ita vt
non longo post tempore non desint q negent vt falsa illa esse q nos
scimus esse verissima. Sed hoc ad rem, quo ego promoueo, si quaq.
gens sibi statuat primos progenitores quos necesse est ex terra fuis:
se ortos postquā corpora humana in terram resolui videmus, nihil fa:
cit: Nostra tn scripta, quor maiores similes erant tuis maioribus Tele:
phe, præputiati sūt hoēs, et nō adeo vt animaduertisti Europæos esse
huius veteris orbis insulsi et excordes, nostra inquam scripta q prius
erant tantum Iudæor, et nos, postquam in eandem Remp. adscripti sumus
cum Iudæis chrīanis recepimus tanquā vera et nostra nuncupamus oīa
ista primigenia cuiusq. gentis semina, ad vnū hoēm primū abs quo
oē hominū genus est deductum, reducunt, quē ex terra nō ex alio priore
hoē formauerit Deus, is Adamus est dictus, atq. si dicere latine vel:
let Terram, quod terram parentem habuisset. Cuius Adami tempore
et sequentibus aliquot ætatibus Deus ita familiariter cū hoībus vix esse
narrar, vt nihil familiarius desiderari posse viderer, quoad tandem
vt com.

Principium habeat, oportet quod hē finem.

Origo omnium hominum vitā finentiū

historiar vtilitas

Deus, primis ætatibus hoībus familiarissimus.

ut communiter euenire solet, familiaritas tanta contemtum peperit
Unde contemto Deo formatore curatore protectore tutore et patre
hominum, cum hoēs sine Deo esse nō possent et alium deum non inuenirēt
nisi quem spreuerant, formauerunt sibi deos et formas et affectiones
humanas illis dederunt. illosq. adorabant domatim et templatim eri-
gentes illis statuas imagines figuras et formas humanas, et humanis
vultibus viror et mulier sdm distinctionē ætatū q̄ essent in hoībus il-
los effingentes. Ita multitudo deor introducta est cum tn̄ unus esset
reuera Deus. Hanc deinde multitudinē numinū cum suis ceremonijs
et quos sibi postea vnaquæq. gens, deos, deas ceremonias et sacra pe-
perit, dissipati hoēs quor multitudinē et quod diu viuerent, et quod
nullus esset sterilis, et quod multas vxores haberent vnus locus capere
nō poterat, in alias et alias regiones secum tulerunt. Ad hunc modum
extincta fuit vnius Dei memoria, et post aliquot secula nati hoēs nullū
alium esse Deum putabant, nisi quos à maioribus accepissent, et quos
sibi ipsi fecissent. Cum tn̄ Verus ille Deus q̄ cuncta creauerat
nō deposuerat curam hominū, sed singulis ad victum et doctrinā cūcta,
inuisus et spretus, suppeditabat, quoad misertus hominū Abrahamū
quendam primū huius Sannielis et eius gris autorē delegit cui se pa-
tefaceret, et à dijs qui nusquā essent nihil possent nihil essent vt
sunt oīa hominum somniæ, cum Deus vbiq. esset, oīa posset, aliquid
esse necesse esset, reuocaret, et ad se noscedum colendū suspiciendum
Unum et solum repudiatis oībus alijs et dijs et imaginibus simulacrisq.
deor inuitaret. Ab eo tempore in Una Abrahamica gente Unius Dei
veri noticia firmata nō verbis sed magnis miraculis et incredibilibus
prodigijs esse cæpit, et perseuerauit vsq. ad seculum illud, quod secu-
lum est mortem Iesu chri, quod nostra scripta plenitudinē tempor
et tempora nationū appellant, secutum est. Ad hanc rationē à die
quo ob nimiā quam dixi mus familiaritatem spretus est ab hoībus Verus
Deus vsq. ad diem quo innotuit Abrahamo ipse semet patefaciendo ei.
Mundus vniuersus erat sine Deo, abs quo tn̄ curabar studiose et proui-
debar potenter. Dicebar aut mundus iste esse sine Deo, quoniā verum
Deum nō nouerat, illum nō colebat nō experiebar esse patrem, sed dominū,
quodo Abrahamus cum sua gente cæpit ab eo die quo innotuit illi Deus
dici, habere Deum esse cum Deo, quod notum ver Deū coleret venera-
rer, et vt prīm filius erga se tutela domis hæreditatibus promissis hono-
ribus experirer. Excepta igr Abrahamica gente oēs aliæ gentes sine
Deo esse, hac qua diximus ratione, dicebanr, quoniā et colebant alios deos
cæcos, surdos, mutos, apedes, quis esset verus Deus ignari, et adorabant
statuas et imagines, specie hominū effictas, cum verus Deus nullā speciem
haberet, aut imaginem vultus et faciei humanæ. In hor hominū veteris
orbis numerum refero tuos illos Telephe noui orbis incolas, quor deos
dixisti habere numerū, sexum, ætatem et ora, vt si globum vniuersum
huius sphericæ machinæ, cuius superna suspicimus, inferna sub pedibus
habemus, quis posset oculis simul vno intuitū vno ex loco perlustrare,
nullam gentem inuenire posset ab ætate Abrahami vsq. ad Caligulæ Cæ-
saris tempora q̄ haberet verum Deum secum inhabitantem, vnis Iudæis
Abrah.

Dei veri noticia quomodo extincta.

Idololatriæ et multitudinis deor origo.

Dei prouidentia et cura erga genus humanum

Abrahami electio.

plenitudo temporum

Mundus quomodo sine Deo dicatur. p. 107.

Noticia veri Dei in sola gente Abrahamica. 12. 38.

Mss. 1669

Abrahami posteris exceptis. Toto hoc tempore si quis ex alijs gentibus salutem desiderare videbar suum desiderium Iudaeis exponebat, qui a Deo ius habebant adoptandi in filios Dei peregrinas gentes, quas postea proselytos dicebant, diceres tyrones et circumcisione accepta a solis maribus, omnibus cum suis et familiae faeminis et posteris ipse inter generis Abrahamici filios censebar. Haec magna gloria erat Iudaeorum genti ut nullus fieri posset amoris et tutelae diuinae particeps et inter filios Dei numerari, qui cum gente Abrahamica si mas esset per praeputij depositionem et resectionem, si faemina resectione unguium non censeretur. Quae gloria occiso Iesu a Iudaeis, quem Deus christum fecerat toti genti mutilata est, et concessum omnibus gentibus ut tali haberent Deum propitium et notum qualiter habuit Abrahamus, cum illi primum innotuit verus Deus, et eum in filium adoptauit cum omnibus donis et beneficijs, quae in sola gente Abrahamica usque ad illum diem fuissent. Tel. Reduxisti mihi in memoriam alterum dubium, quod ferme exciderat. Non intellexeram quae dixeras de his quae contigerant omnibus vero post mortem Iesu, quae ante mortem contingere non potuissent. Et videbaris affirmare Deum certa tempora habere suorum donorum, quae aut impartiri aut non impartiri velit hominibus. Pas. Quoniam Deus, Deus est et non caeca natura non impetu fertur sed consilio, consilia autem Dei nobis nota sunt ex euentu et non ex caussa. Quare scimus creatum fuisse a Deo hominem, et quando Deus hominem creauerit. Cur autem homo a Deo creatus fuerit, et cur potius uno quam alio tempore ignoramus, nec dicere possumus nisi caeca oratione: Scimus tamen Deum et sapienter et prouidenter quae agit agere, nec esse hominem cuius, si diceret ei Deus suorum consiliorum caussas et rationes, omnium rerum quas aliquando egit et gessit non stupor et admiratio occuparet animum et exprimeret confessionem illam, quae a quodam nostrorum occupato in huiusmodi deliberationum Dei intelligentia est edita, qui dixit: In altum nimis abscedere ab hominum oculis sapiam et sciam Dei, ut accessus ad ipsam vestigia nulla sint et viae nullae. Si natura impellente ageret Deus, certae leges consiliorum Dei sicut operum naturae colligi ab hominibus possent, quibus scirer ex his quae acta sunt, quid esset producturus Deus, sicut in rebus naturalibus factum est a philosophis astrologis medicis piscatoribus venatoribus, et alijs qui certos naturae ductus vestigant, quibus vestigatis futura naturae opera et quae nondum sunt praenunciant. Quoniam consilio agit, nec unum omni tempore erga omnes homines habet consilium semper et sapientissimum et prouidentissimum, ob eam caussam, cum Deus ex suis proprijs operibus, quae fieri a natura rerum noluit, sed se solum voluit illorum effectorem, quicquam producit, illud esse productum videmus, cuius causam cur factum aliquando et cur hoc tempore factum sit ignoramus. Certa igitur tempora et certas habet gentes, quibus benefaciendum esse censet Deus ut mirum tibi videri non debeat, etiamsi caussa a nobis ignorer, qui non nisi ex euentibus ea, quae scimus, nouimus. Si uno tempore accepto et beneplacito Deo, larga, erga homines beneuolentia Dei pandir, et pluit cum Deus nihil debeat homini, quae alio tempore nubibus, odij iusti seclusa ab oculis omnium ne guttam quidem sui unam gustandam hominibus concedit. Sed hoc est obuium et expositum omnibus, illud est retractius et vulgus fugiens de Iesu morte

quae

Proselytorum lex ius a Deo Iudaeis datum adoptandi gentes in filios

Priuilegium Iudaeorum.

Deus certa habet tempora suorum donorum.

Consiliorum dei caussae hominibus ignotae.

Rom. 11. 33.

quæ minuit gentis gloriam, in priuilegijs, auxit in numero et ampli-
tudine ditionis. Nam qbus via non patebat, maribus ad salutem
consequendam nisi per circumcisionis angustam semitam et grauē
his circumcisione sublata per fidem salus communicata est et aditus
repertus, vt Reip. Abrahamicæ adscriberent, et qui vna gens erant
oībus gentibus, quæ incolerent vniuersum orbem et veterem et nouū
iure Abrahamico communicato totum humanum genus esse cæpit. Ita
quod de priuilegio est imminutum, in amplitudine regni et gentis est
abundantissime restitutum. Res ita habet: Erat vnum genus A-
brahamicum cui notus erat soli Deus, cultū et protectū à Deo, cui soli
nota erat virtutis et vitij ratio patefacta cum certa policitatione à
Deo. Hoc genus ita cultum à Deo, semp ceruicosum et restitans, fuerat,
et Dei, abs quo colebat, auersans. Tulerat oīa eius facta ac dicta et
cogitata contra se patientissime Deus per annos circiter mille, in-
tra quod tempus et multos bonos viros ad eum monendum miserat, et ca-
ptiuitatibus multauerat, et oībus his, q̄ cara hoībus esse solent in pub-
lico et splendido vitæ statu, spoliauerat, vt castigatus ille ad Deum
patrium colendum reuocarer, resipisceret veniam poteret, et in inte-
grum priorem statum restitueretur. At ille tantum abfuit vt in me-
liorē frugem se restitui paterer, vt etiam peior, quam antea fieret,
et nuncios ad se missos occideret, vario mortis genere, vulnere, lapida-
tione, cruce, ferro. Ob has res gestas à populo malis consilijs et cul-
tui falsor Deor et venerationi statuar et imaginū dedito, et resipisce-
re à tantis sceleribus nolenti, irasci Deus plus quā antea debuerat.
Sed memor promissionū suar qbus fidem suam illi populo obstrinxerat
perseuerare maluit in benefaciendo propter maior eius populi recordatio-
nem, quā disperdere gentem quam diutissime amasset sancte, et coluis-
set perseueranter, quoad postrema remedia experirer. Assumtū igr
Iesum et aliud agentem et cogitantem, quam vt hoc mūnus apud cer-
uicosum populum gereret, ad quod initiabar à Deo, et creatum in re-
gem et Ducem populi, hoc est in chrm et filium Dei misit conditione
proposita, vt si quis verbis eius credidisset, eiusq. signa secutus fuis-
set, iræ Dei exemtus, omniū bonor q̄ iure filiationis possideret, com-
pos, vsum fructum perpetuū haberet: Illi vero Ducem declaratū
à Deo, cuius ductu et monitis ab oībus malis potuissent seipsos eximere auersati
et reijcientes extra vrbem depulsum occiderunt. Quid hic faceres
Telephe, si Deus tum fuisses? pepercisses tam parricidæ populo, et de
parricidio non solum nō pænitenti ver etiam glorianti? Tel. Apud
nos magna est et ignominiosa pæna constituta in eas regiones prouin-
cias et vrbes, q̄ nuncios ad se missos ex publico gentiū illar omniū consi-
lio violare in vno pilo capitis fuerint ausæ. Pas. Hic vero, Regem
à Deo declaratum, et qdem à Deo, occiderunt. Iratus igr Deus et
ciuitatem eam, cuius consilio nex est illata declarato regi, euertit et
regionem totam vastauit et gentem perdidit et priuilegia nō abstulit
sed imminuit. Tel. Non æqua pro scelere tanto et crudelibus ausis poena.
Pas.

Circumcisionis lex gētibus p chrm sublata.

Genus Abrahamicum à Deo cultum, ceruicosū. 36.

Abrahamus adoptatus An. Mundi 2047. chrs natus 3963.

Iudæorū impietas contumacia

Iesus quomodo à Deo mittitur.

Legatorū violatio

Mss. 1669

QVARTVS.

Pas. Imminutis autem priuilegijs, eas gentes, quas prius per circumcisionē in suum recensebat populum sibiq. reconciliabat, ꝑtermissa circumcisione per fidem solam sibi placare voluit, vt ad hunc modum æmulatio viderer esse proposita inter repudiatum populum et reconciliatum. Tel. Intelligis illinc Iudæos parricidas, et hinc oēs alias gentes, q̄ Dei illius veri et vnius, noticia, ab Abrahami tempore carebant? SAM. Innuit per mortem seminis Abrahamici traductā fuisse Dei benedictionē ad oēs cognationes terræ, remanente nihilominus et benedictione in residuis Iudæis q̄ crediderunt Iesum esse chrm̄, et spe benedictionis Dei in his qui credere noluerunt si resipiscerent. Nescio an bene intellexerim. Pas. Vterq. bene, sed planius dicam. Solēt qui perdite amant et non redamant vt vellent, riualem recipere, vt hac occasione moti hi, qui redamare nolle videbant, ne in riualem deriuer amor, amare, quantum debere cogantur, hac æmulationis ratione, vt maritus vxorem, et pater filium reuocare ad se solet. Vtrumq. autem nomē et pr̄is et mariti indere sibi voluit Deus, ad significandā amoris copiam, qua populum suum prosequebar. Quamobrem cum ob occisum Iesum præcisam salutis viam nulli ex parricidis sigcare voluisset Deus, æmulationis vocem interposuit, vt Iudæi præcisi et exturbati à Rep. Israelis ob parricidia et impietates suas et palantes vagiq. inter populos et eor posteritas scirent se exceptum iri à Deo in grām, si Iesum esse chrm̄ credere volent. Aemulatio aut in eo sita est, vt cum Deus Iesum proposuisset Iudæis per quem salutem consequi oēs potuissent, si eum esse chrm̄ credidissent, et eius monita secuti fuisent, nec aliud nomē esse decreuisset sub cælo in quo potuissent hōes salutis consequēdæ spem collocare, et Iudæi hoc credere noluissent, hoc ipsum voluit proponere ꝑpuciatis oībus, de quibus erat maior salutis habendæ spes, vt cū Iudæi viderent ꝑpuciatis salutem esse præsto et reconciliationis rem ex eo quod Iesum esse chrm̄ crederent, quos præ se Iudæi in tutelæ Dei possessione nihili pendebant, cognoscere potuissent a qualibus bonis excidissent, quod Iesum esse chrm̄ credere noluissent. Ob hanc caussam diximus Telephe mortem chri fuisse cām vt Deus studuerit recipere in grām præpuciatas gentes oēs, quæq. alienæ erant à genere Abrahamico. Nam mors illata chrō Iesu Iudæos perdidit, perditio Iudæor salus fuit gentium. Quod indicant illa verba: malos male perdet, et vineam suam nō relinquet sine cultore, sed locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis gestare. Et, per lapsum Iudæor salus contigit gentibus in hoc vt Iudæos Deus ad æmulandum per gentes in credendo prouocaret. Et, Reiectio Iudæor est reconciliatio mundi. Et, Defracti sunt rami Iudæi, vt ego gens aliena insererer. Bene dicis, ꝓ incredulitatē sunt fracti tu vero ob fidem constitisti (arbori insitus) Et, Si illi non manserint in incredulitate, inserent. Potest enim Deus inserere illos. Et, Quanto magis hi qui naturales sūt rami (excisi tan ꝓ incredulitatem) inserent propriæ oleæ? Quare dictum illud: multi aboriente et occidente venturi sunt

Circumcisionis lex gētibus ꝑ chrm̄ sublata.

Genus Abrahamicum à Deo cultum, ceruicosū. 36.

Aemulatio quōdo à Deo Iudæis proposita.

Iudæorū impietas contumacia

Aemulationis materia

Iesus quomodo à Deo mittitur.

Mors chri quare cā salutis sit gentium

Mort. 21.41. Rom. 2.15. et 11.11.15.

Legatorū Violatio

Iudæor reiectionis, et gentiū reconciliationis caussa.

Multi ab oriente et.

et

et accumbent cum Abrahamo Isaaco et Iacobo in Regno celor. filij vero regni eyicientur in tenebras exteriores, Coniungendum est cū illo auferet a vobis regnum, et dabit genti facienti fructus eius, vt significet, ob id quod Iudæi fructus Regni nō facerent, ablatū esse illis regnum, et cum gentes fructus regni facerent, datum esse illis regnū. Fructus aut regni fides erat. Quod si illi fructus regni fecissent, et Iesum nō occidissent, incredulig. Deo nō fuissent, et lapidem ædificij erigendi nō reprobassent, qui id factum fuisset de gentibus alijs ignorar. Vnum scimus Iesum dixisse: Si granum frumenti cadens in terram, mortuū nō fuerit ipsum solum manet: sin aut mortuū fuerit multum fructum adfert. Paul. Solebant Romani qui occisos multos ciues in bello iure ciuitatis donare populos. Ch. Non putamus hanc similitudinem multum proposito quadrare. Sed si, quod dictum est de vinea locata nouis agricolis sequimur, dicere possumus, Campanos ob rebellionē fuisse libertate priuatos et colonias missas nouū hominum genus qui campaniam incolerent. SA. Sed coloniæ nō deducebam nisi a ciuibus: Hic aut filij eiecti sunt vt hostes recuperem, vt quanta esset vis fidei ex mandato Dei, filij intelligerent cum viderent eius gratia hostes receptos ~~esse~~ in gram, illosq. in credendo ~~imitari aemularem~~ ~~nondum reconciliatos Deo~~ duobus filijs seniori et adolescentiori cōparat. Et alibi cum de dando tributo disputaret, a ciuibus dicit nō solere tributum accipi. Sic cans et Iudæos et nō Iudæos nondū reconciliatos Deo esse ciues. Vnus orbis. Paul. Paulus gentes hostes Dei et nō filios appellat, quamuis per anticipatione qui futuri erant filij per fidem quamuis hostes essent, filij cognominari possent. Pas. Solet illud valere: Si in viridi hoc faciunt in arido qd fiet? Et, Si naturalibus ramis nō pepercit, nō naturalibus quōdo parcet? Et, Si mortuo Catoni nō pepercit Cæsar, quōdo viuo pepercisset? Quibus oppouit alia dicendi forma, illa: Si, cum essemus inimici, curauit Deus nos sibi reconciliare, quōdo reconciliatos nō studiose, nos tuebitur amicos? Et, Si hostibus in bello captis dedit libertatem, quōdo ciuibus apud hostes inuentis immunitatē nō concedet? Et, Si ciuibus armatis contra se pepercit Cæsar, quōdo nō parcet inermibus? Et valet argtm neg. vlla vi rationis aut orationis, ne fluat, retineri pōt. Vilis esse videbat Iesum credere chrm esse. Vilis Iesus vt pro chro haberi deberet: Salutem vero ex tanta re, si Iesum esse chrm credidisses, enasci, hoc sane videbat impossibile. Et hoc Iesus pdixerat fore, et beatos esse dicebat illos, qui in se nō fuissent offensi, consideratis sēt nō magnis opibus, non domestico splendore Da igr q sibi filijs Dei, carissimis Deo, Iudæi nō credebant posse vnquam parere salutem, integra transtulit ad gentes Deus, q cum fuissent recepta a gentibus et credita, et illa per fidem gentes donasset spū sco, mundicia animi, iure filior, animaduersa fuerunt a Iudæis spretoribus nō fuisse

Matt. 8. 11.

Matt. 21. 43. fructus regni fides est.

Ioa. 12. 24.

Matt. 21. 28. Luc. 15.

Matt. 17. 25. Rom. 5.

Luc. 23. 31.

Rom. 11. 21. 1 Pet. 4. 18. sap. 12. 20. Rom. 5. 6.

offensionis in chrō, cū.

Matt. 11. 6.

fides in chrm iungentibus salutē peperit. Rom. 3. 22.

hominū in. credulitas dei consilia nō mutat. Rom. 3. 3.

Mutationes consilior Dei in possime ar. qui incōstantie notā. Matt. 20. 15.

Circision legem mu. cāt māsi. Gen. 17.

Circumcidetur vobis.

QVARTVS

isse ea spernenda, q̄ si recepta pepererunt Salutem alienis à Rep. Israelis, magis parere salutem potuissent his, qui erant ipsa Israelis Resp. si spreta nō fuissent. Et hæc est ratio æmulationis, et cur Deus voluerit vt id pareret salutem gentibus, quod à Iudæis fuerat repudiatum. Stabilia enī Deus vult esse sua consilia, neq; ob id momenta suor̄ desiderior̄ mutare voluit vnq̄, quod ab hoībus repudiarentur. Reiectis aut̄ parricidis Iudæis voluit Deus gentes in communionē vineæ colendæ residuis seu reliquijs Iudæor̄, quæ solæ Iesū crediderunt esse chr̄m coniungere, ne inculta et desolata re maneret sua vinea, et ne domus et tabernaculum Dei sine habitatore esse viderer̄, et ne p̄teriret occasionē explendæ promissionis de gentibus benedicendis et beandis per semen Abrahamicū, quod semen futur̄ erat ex illo semine de quo scribir̄: Nisi Dn̄s Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Et illæ gentes essent, de q̄bus scriptū est: Vocabo populum meum illum, ~~de~~ qui populus meus nō erat, Et dilectam meam, q̄ dilecta mea nō erat. Et, erit in loco vbi dictum erat eis: nō populus meus vos, ibi vocabun̄ filij Dei viuentis. SA. Prolixum te in laudibus gentis meæ referendis fuisse magnopere lætor. Sed vnum ex dictis tuis me pupugit, quod affirmabas, Circumcisionem nō esse à præputiatis recipiendam, cum tantopere odisse Deum scias p̄putium. Ego ita rem chr̄ianam constabiliri velim vt Deo sua relinquar̄ constantia. Deum aut̄ tam leuiter Circumcisionem refixisse lege, quam multoties lege promulgata magnis comminationibus fixerat, nescio an sit constantem esse inferendis et sanciendis legibus. Pas. Semper valuit illud apud oēs gentes de Deo dictum: An non licet mihi de meo quod volo facere? An oculus tuus malus est quod nunc ego bonus sum? Licet enim Deo sine inconstantiæ nota de suis rebus facere quod velit. Donat hoī vitam, sed cum hō abutir̄ vita, aufert, quam dederat vitam. Et quis eum hanc ob caussam arguere inconstantiæ pōt? Mandauit erigi serpentem æneum, sed postea cum vidisset serpenti æneo diuinos honores decretos, curauit in puluerem redigi, et proijci in profluentem. Regnum concesserat Israelitis integrum, sed illud deinde iustas ob caussas decurtauit et tandem totum deleuit. Quid hic? Auderes tu Deum inconstantē dicere? Quod si abstulit regnum à Dauidis gente et dedit Sacerdotibus quod in gente Dauidica promiserat in perpetuum fore, cur decurtare nō potuisset circumcisionis amplum priuilegium et oībus graue? Hæ tn̄ mutationes suas hent̄ certas caussas, et quod consiliū fuerat apud Deum sapientē et liberalem, vt aliq̄d darer̄: Idem consilium nō minus sapienter liberale quam liberalr̄ sapiens facit vt illud quod datum est auferar̄. Hæc ratio quā in oībus donis mandatis et legibus valere posse vides in vna circumcisione nihil valere volo. Recita legem: Circumcider̄ in vobis oīs masculus. Circumcidetis aut̄ carnē præputij vr̄i, et erit signū (pacti mei) inter me et vos (initi.) filius octo dier̄ circumcider̄ in vobis. Sed illas voces in vobis, vr̄i, inter vos, quo referemus Samuel? SA. Recita.

fides in chr̄m cur gentibus salutē peperit. Matt. 8. 11. Matt. 21. 43. fructus regni fides est. Ioa. 12. 24. Matt. 21. 28. Luc. 15. Matt. 17. 25. Rom. 5. Luc. 23. 31. Rom. 11. 21. 1 Pet. 4. 18. Sap. 12. 20. Rom. 5. 6. offensionis in chr̄o. cā. Matt. 11. 6.

hominū incredulitas Dei consilia nō mutat. Rom. 3. 3.

Pro 74. Mutationes consilior̄ Dei nō possunt argui incōstantiæ nota. Matt. 20. 15.

Circūcisionis legem inuiolatā mā sisse Gen. 17. 11. Circumcidetur in vobis.

ta oia. Tu ergo pactum meum custodies, tu et semen tuum post te
in generationibus suis. Hoc autem est pactum meum, quod obseruabi-
tis inter me et inter vos atq. inter semen tuum post te. Et oīs mas-
culus in generationibus vrīs filius familias, et quicunq. pecunia emtus
est a quocunq. extraneo filio q nō est de semine tuo, circumcidendo cir-
cumcider filius domus tuæ et qui acquisitus est pecunia tua, eritq.
fœdus meum in carne vra fœdere perpetuo (percussum.) Sermo vider
institutus de Abrahamo et eius oibus, sdm carne successoribus et de oibus
corporibus emtis pecunia. Pas. Quid de alijs. Et q liberi erant et q dni
et ius aliquando in Iudæos erant habituri? Quid de alijs, q serui erat
aut alior qui ex semine Abrahami nō erant, aut seminis Abrahamici,
sed non emti pecunia? SA. Lex hæc nō vider ad illos pertinere, quod
lex illis lex esse soleat quibus lata est et nō alijs. Illis aut lata est
q bus loqr: Quibus vero nō loqr lex, hi a lege liberi esse solent. Et ex
eo quod oes gentes nō erant neq. ex gratione neq. ex vernis Abrahami-
cis, nō oes gentes erant inclusæ diuino fœderi? Pas. Bene dicis et
sapienter colligis. Sed has gentes alienas a genere et gente Abraha-
mica putas fuisse oes præputiatas? SA. Antea dictum est, aliquas fuis-
se præputiatas, vt palæstinor, aliquas circumcisas vt Aegyptior Arabū
Samaritanor Aetyopum et alias nō paucas gentes Asiæ et Africæ. Pas.
Deus ergo nō solum præputium ver et circumcisione odio prosequebar
postqua auersabar oes gentes, q nec gris erant nec familiæ Abrahami-
cæ, quar aliæ erant circumcisæ, aliæ præputiatæ. SA. Non circumcisio-
nem qua lege cauit odio vnq habuit. Pas. Neq. ego de ea circūcisio-
ne loquor, qua iussit Deus præputiatis Abrahamo et eius familiæ:
Sed de illa quam hoes sine Dei mandato habebant in vsu. Et oratio mea
eo tendit vt confuter illud quod tu dixeras Deum odio habuisse præ-
putium, cum non minus odisset præputium naturæ quā circumcisio-
nem sine lege. SA. Ego præputij noe intelligebam immundicia qua coo-
periebant (ita narrante Dei lege.) Omnes q erant extranei filij nec genus
Abrahamicū aliqua ratione, nō pretio, non natura, nō adoptione attin-
gentes qui postea gentes et tandem græci sunt dicti. Pas. Vis locum
tibi signem quem vestri Rabbini non intellexerunt, ne ipse quidē, quem
cæteris præfero Kimhi? SA. Audire pecupio. Pas. Recita puer. Præpu-
ciatus masculus in cuius carne præputiū nō fuerit circumcisum
(ex fœdere sgt meo nō consuetudine hominū, q nō est apud vos) exter-
minabir aia illa (masculus sgt ille præputiatus ex gre vro) de popu-
lis suis, eo quod pactum meum dissoluit. Hæc pars hunc het sensum:
Eo numero habebir filius Abrahamicus post latam de circumcisione octa-
uæ Diei a natiuitate lege, si circumcisus nō fuerit, atq. si alienus a gre
Abrahamico foret. Hinc factum est vt præputij noe illud intelligerer
quod esset alienū a tutela Dei, iusticia, mundicia, q in sola gente Abraha-
mica inueniebar. Cum tn inter peregrinas gentes essent non solum
præpuciatæ sed et circumcisæ nationes. Sed sequamur si lubet. SA.
Perlubet. Pas. Circumcisionis igr lex ad illos pertinebat, q erant gris
Abrahamici, aut natalibus aut familia emticia, Cæteri oes extranei et pere-
grini nominabant, siue circumcisi siue præputiati fuissent. Est ne ali cubi
aliqd.

Lex qbus lata

gentes a fœdere alienas fuisse.

Circūcisionē nō solū in gente Abrahamica in vsu fuisse

præputiū naturæ nō minus odit Deus quā circūcisionē sine lege

Gen. 17. 14

exterminabir aia illa de pop

præputij noe q intelligar

Circūcisionis lex ad quos ptinet

Exod. 12. 48.

Circūcisionis legē per semen promissū nō esse sublatā.

Gen. 22. 18. Benedicentur in semine tuo oes. 5. 7.

Circumcisionis legem nō ptinere ad ꝓputiatos christianos.

circūcisionis et seminis discrimen.

Semen nō aliā, q q ipso est, bened. ad fer

aliquid aliud scriptum de circumcisione carnis & resectione Sputij?
SA. Est in Exodo. Recita puer. Si peregrinet apud te aduena, et is
facere voluerit pesah Dnó, circumcidat óis masculus eius & tunc acce-
dat vt faciat ipsum & erit sicut indigena terrae. Paz. Si voluerit, inge
et erit sicut indigena terre, hoc est: transibit de populo suo, in populum
Abrahamicum. Cum de Abrahamico gre logr legislator, nó dicit si vdue-
rit: potuisset tn dicere: si noluerit transire de populo Abrahamico in
populum peregrinu circumcidat. Oés igr peregrinae gentes nascuntr
aduenae: sed per circumcisionē fiunt indigenae. Soli posteri Abrahami:
ci nascuntr indigenae: sed si circumcisi non fuerint ab octauo die nu-
merantr inter aduenas. SA. Numq audiui acutius, argutius, subtilius,
examinari ista. Paz. Ista examinare cogit ea, q a nobis exigit neces-
sario legum intelligentia. Nunc recita alteram lege puer. —
Benedicentr in semine tuo óes gentes terrae, eo quod audiuisti vocē
meā. Gentes terrae Samuel, inter aduenas numeras, an inter indige-
nas? SA. Si circumcidantr ex lege inter indigenas pono, sin minus, inter
aduenas. Paz. Quid si circumcisae fuerint more patrio & nó ex Pscri-
pto legis? SA. Si sanctificatae fuerint stm legem Dei, et ex tm mundis
mundae reddita fuerint, indigenas esse dico: sin minus, aduenas duco.
Paz. Aduenae igr & peregrinae gentes esse desinunt si circumcidantr
aut sanctificentr, et indigena esse desinunt, et inter gentes terrae, qua
dicuntur benedictum irt per semen Abrahamicum, nó sunt numerandae.
SA. Ita est. Paz. Putasne alicubi extare locum in sacris hebraeor scriptis
vbi semen Abrahamicum, circumcisio mandata a Deo dicatr? SA. Nusq.
Circumcisio enim est mandatum: Semen vero Abrahamicum est homo. Illud
vos, hoc persona. Paz. Putas idem esse benedictionē Dei, qua deduci
debeat ad peregrinas gentes, quas diximus aduenas, per Abrahamicū semē,
cum receptione peregrinar gentium in populum Dei per circumcisionem,
qua fiebant indigenae? Nam nó existimo circumcisionē ad alia benedi-
ctionē adscribere potuisse gentes peregrinas vt fierent indigena terrae,
in qua habitabat Deus cum populo suo, quam eam q deducenda erat per
semen Abrahami ad gentes terrae vt indigena fierent. SA. Ita ege exi-
stimo. Nam quam benedictionem adferret aduenis potuisset semen illud,
nisi illam quae in eo erat? quae aut in eo esse poterat nisi indigenarum?
Quamobrem si haec benedictio ex aduenis, indigenas faciebat, et ex circū-
cisione aduenae, populi consequebantr adoptione inter indigenas, qui na-
tura erant aduenae, segr vt aliud esset circumcisio, sine qua semē Abra-
hamicū nó numerabatr cum genere Abrahamico, & ex indigena redde-
batr aduena, et aliud semen Abrahamicum, per quod benedictae
erant óes gentes terrae, et ex aduenis numerandae inter indigenas.
Vnum tn effectum produceret, et illa & hoc, tempore suo. illa antea,
hoc postea, benedictionis sgt Dei possessionē. Paz. Utinā cum tanta
doctrina Deus det tibi veritatis de qua disputamus noticiam, q aliud
nihil est, quam quod dictat & natura et lex et Deus. Sed si idem dona-
bat hoibus circumcisio & semen promissum, sicut hi q circumcidebantr, nó
indigebant ad benedictionē Dei acquirendam, semine promisso, quod
pro aduenis erat nó pro indigenis promissū: ita hi ad quos deductur
erat.

Exod. 12. 4-8.

Circūcisio in lege per semen promis. sid nó esse sublatā.

Gen. 22. 18 Benedicentur in semine tuo óes. 26. 4.

Circumcisionis legem nó potuisse adhuc tenere Sputiatos Christianos.

Circumcisionis & seminis discrimen.

Semen nó alia & q in ipso est benedictionis adfert.

rat semē Abrahamicum, benedictionē Dei, nō opus habituri erant circumcisione vt ex aduenis fierent indigenæ, cum benedictio deducta ad illos per semen sat illis esset vt illos ex aduenis indigenas reddaret. SA. Ratio cogit hoc fateri Pas. Ingenui es ingenij. Video igr Legem circumcisionis intactam manere in gre Abrahamico ēmeticijs seriis, et his, qui ex aduenis fiunt indigenæ populi terræ, in qua habitabat Deus, cum dicimus ad peregrinas gentes Dei benedictione manasse per semē promissum, sine circumcisione? Illa enim lex de circumcisione lata nulla ex parte violatur aut a promissione Dei de semine mittendo ad peregrinas gentes benedicendas, sine circumcisione sgt, aut a semine promisso & misso, & sine circumcisione benedicente aduenas & hospites, & reddente eos Sanctos & domesticos Dei. SA. Hæc declarata sunt. Sed illud difficillimū est, ondere posse, IESVM fuisse ILLVD SEMEN, et eius illa tempora fuisse quæ dixisti gentium & nationū secula & temporū plenitudinem Pas. Ita esset si nulla superior ætatum extaret historia. Sed nobis arcanor Dei, euentus est magister, et testis euentus est historia de qua supra diximus. Et Iesus quidem inter prima cum creatus fuisset Christ, cum deberet populum capisset, redeundi in grām cum Deo prē, præter vnos palantes & vagos Iudæos, ex alijs populis nullum docerent, non Samaritanos, q vnum Deum nō colebant, sed habebant singuli Samaritanor populi proprios deos, quos in Samariā habitandam, desolatam cultoribus, in colonias traducti, secum tulerant, tanquā patrios & domesticos lares, eosq. adorabant & circumcidebant sūm mosi legem: Non alias incircumcisas aut circumcisas sed peregrinas gentes. Vnum occiso a Iudæis Iesu, & Deo sua consilia ōibus viribus tutante, eas ipsas res, quibus, si Iudæi credidissent, reconciliare sibi Iudæos decreuerat, transtulit ad oēs peregrinas, & alienas a populo iudaico gentes. Vt si illis credidissent illi populi, salutem, vt vt erant consequerēm. Placuit aut Deo ostiū fidei, per multos annos occlusum, aduenis ōibus & peregrinis populis, & soli Abrahamo, cum ob id quod credidisset Deo policenti filium, quē natura negabat, iustitia est illi imputata, reclusum, cum adhuc esset præputiato, aperire cunctis gentibus, et Iesum declarare semen illud esse, per quod illa benedictio erat communicanda ōibus gentibus, quam cunctis gentibus nō aliud, quam circumcisio vtq. ad illum diem communicare consueuisset. Fuius aut sui arcani patefaciendi initia dare voluit à faciliōribus à Samaritanis, qui Vnum Deum nō norant, sed multos adorabant, et sūm legis præceptum circumcidebant. Et Cumicho Candacis Reginæ, Aethyope nōe claro, qui Deum Israelis venerabat. Mosis tam legē de circumcisione aut aliam sanctificationē sūm legem nullam norat. Mirari cæperunt Apostoli, cum de Samaria audissent, quod Iesum esse chrm credidisset, et lota aquis in testimoniū suæ fidei fuisset, ignorantes mandatū Iesu de nō concionando Samaritanis, nō fuisse extendendū vltra tempora necis Iesu, cuius caussa agricolari mutatio in vinea colenda erat futura. Quare missis duobus viris Petro & Ioanne, intelligere a Deo quærebant, num ea fides Samaritanor impuror hominū illi placeret, qui sps sui ꝓsentia acceptam sibi esse Samaritanor fidem declarauit. Samaritanis

Circumcisionis lex excludit a benedictione p semē deducēda

Iesum ee semē illud quod benedictio erat collocanda gentibus

ℨ. 11.

samaritanī qui.

ℨ. 4. 1.

fidei ostiū quibus & quādo apertū.

Act. 8. 6. 17

fidei initia in præputio inter gentes.

Euangelij in ter Gentes processus.

Act. 10. 34

Baptismus signū dei pe nitentis & reconciliatiōis

Apostolorū erga Iudæ studiū

tanis deinde Aethyopes sunt coniuncti. Impuri quidem et illi et immundi existimati, attamē abs quibus non tantū abhorrebant Iudæi ob præputij defectum, sicut ab omnibus, alijs q præputium habebant.

Euangelij inter gentes processus.

Ab Aethyopibus gradus factus est ad præputiatos, quo tempore sigcatū est Petro per sprm Dei ne amplius sanctificatas à Deo gentes, q ad illud usq tempus, alienæ erant a grā Dei et quam, nisi per circumcisionē, hēre non poterant, inter immundas et impias numeraret, quod circumcisæ nō essent. Ad hunc modū edoctus Petrus, quid statuisset Deus de gentibus oībus, ad Cornelium Centurionē Romanor præpuciatū hoēm, quod facere nō licebat et ante mortē Iesu, et ante apertum fidei ostiū cunctis gentibus, accessit, eumq de Iesu quod esset chrs edocuit. Et cum ille, docēti petro credidisset, præsentia sprs Scti et donū variar linguar, quo ille cum sua familia donatus cæpit laudare Deum, coegit Petrum ut oēs illos ꝓpuciatos, signo, ad mundiciem āi pœnitentis et recepti cū Deo in gratiam, instituto demonstrandum notaret. Quæ res audita, cum negotium conciliasset Petro et inuidiam, narrata postea ut gesta erat, et intellecta, ab oībus, voluntate Dei, omniū āios conuertit, ut intelligere cæperint, Iesum fuisse semen illud Abrahamicū, per quod beandæ et benedicēdæ erant præputiatæ gentes. Hæc satis fuissent ad declarationē arcani consilij Dei, quidq Deus fieri vellet, ex ipso euentū, cum visus fuisset sprs Sctus super Samaritanos et præputiatas gentes descendere, in signū mundiciæ, habitæ à Deo, sine aliqua sanctificationis Leuiticæ lege, ad quas, Aplis ante apertum fidei ostium gentibus, accedere ad conciones habendas nō licebat, nisi Deo visum fuisset hoc nō esse satis. Perseuerabant interea oēs Iesu discipuli in opere institutionis, solis Iudæis quod Iesus esset chrs concionantes. Quin imo cum Iudæi sæuire cæpissent, et occidere qs capere poterant et alios fugare, et in exilia agere, ipsi tn solis Iudæis cōcionari indefesso studio conabant. SA. Narrat ista Euangelium? Pas. Non Euangelium hæc narrat, quod dicta et facta Iesu tantū recenset: Sed historia scripta de his, q gesta sunt et euenerunt post ascensū Iesu in cælum. Commemorat tn Euangelium, Vaticinatū fuisse Iesū diu ante, quam euenissent, futura, si Iudæi se pro chro non recepissent. SA. Mihi satis sunt ista. Nam si recipere sprm Sctm est placere Deo, q per suū sprm, quem dat hōi, sanctificat hoēm, Et hoc idem est, quod à Deo benedici beari, et in tutelam Dei, signo certissimo, recipi: Si hæc habuerūt aduenæ et hospites testamentorū Dei, q narrasti ex historijs vris, his temporibus, q secuta sunt mortē Iesu chri, consequi necessario vider ut illa tempora fuerint, quæ, promissio, facta Abrahamo, de benedicendis oībus gentibus, per eius semen, designabat. Nam nulla historia scripta ante ea tempora quicquā huiusmodi euenisse narrat. Pas. Audi quæ secuta sunt. Fuisti unquam Romæ? Vidisti carnificinas, et lanienas, vincula, compedes, et mala, q oībus inferunt, q profitent qualem qualem Euangelij noticiam? SA. Fui, vidi, et obstupui, quod chriam cum christianis tuto habitare nō possent: Possent aut apud nō chrianos esse tuti. Pas. Quid si Iudex inquisitor, contra formulas iudicij, cui præpositus est, coactus ab ipsa veritte, aliqd diceret, crederene illi possem? SA. Ego plane crederem contra se dicenti. Pro se dicentem nō audirem. Pas. Extat confessio Manassis et Adonibezeci. Putas vera esse q illi de senar:

Act. 10. 34.

Baptismus signū āi pœnitētis et recōciliatiōis

Apostolorū erga Iudæos studiū.

Circumcisionis lex excludit a benectione p semē deducēda

Iesum ēē semē illud chrs p quod benedictio erat cōicanda gentib9

s. 11.

samaritani qui.

s. 41.

fidei ostiū quibus et quando apertū.

Act. 8. 6. 37

fidei initia ~~in præputia~~ inter gentes.

se narrant? SA. Nihil est quod suadeat illa falsa esse. Omnia autē
quæ solent de rebus vetustis facere fidem cogunt credere illa esse
vera. Pas. Quid est quod contra se dicenti credit̄, pro se dicenti nō
credit̄? SA. Puto esse sui studium et propriam gloriæ curam. Pas.
Audi igr̄ et inquisitorē Iudicem et speculatorem et vestigatorem
et q hoc vnum studebat, ne quis esset, q Iesum esse chr̄m faterer̄, Sau-
lum, qui commutata literæ ex hebraico nōe recepit romanum et Pau-
lus est dictus. Is Romanus ciuis conditione, q dignitas paucis Iu-
dæis tum contigerat, Iudæus natura et doctus in lege, vt nō faci-
le vinci rationibus posset, potestate accepta et literis à summis sacer-
dotibus gentis tuæ, vagabar̄ huc illuc capiens et vinciens oēs, qui
Iesum esse Iudæor̄ chr̄m dicere auderent, eosq vinctos agens hiero-
solyma. Oberat aut̄ Iudæis oībus qui Iesum esse chr̄m fatebant̄ Pau-
lus, nō solum quod literas haberet scriptas ad oēs principes synago-
gar̄ Iudaicar̄ à Principibus Sacerdotū Ierosolymitanor̄, quor̄ au-
toritas par erat cum ea, quam superioribus annis habebat Papa Ro-
manus: Verum et̄ quod ciuis esset Romanus, cui noceri nō poterat si-
ne discrimine multo. Cum itaq. ille ita vagarer̄ sæuiendo, vidit nu-
men se alloquens, et concidens in terram visum pdidit, et monitus
vt vrbem Damascenam q in propinquo erat ingrederer̄, deductus est
in ædes, vbi ab Anania Iudæo sed chr̄iano edoctus fuit Iesum esse
chr̄m et baptizatus aqua, visum recepit. Is igr̄ ille sapiens et catus
commotus contra, quam eius potestas, autoritas, literæ sacerdotum,
animus et voluntas, et Iudicum inquisitor̄ formulæ permitterent,
concionari oībus Iudæis cæpit Iesum esse chr̄m Iudæor̄. Cum autē
alij mirarent̄, nullus aut̄ esset qui eū audire vellet, alij aut̄ cona-
rent̄ illum occidere, eius legis gratia, cuius ipse antea alios capere,
vincire et occidere studebat, missus à Deo ille est ad oēs ꝓpuciatos, et
detectum illi est, Iesum esse semen, per quod Deus statuisset ea
benedictione benedicere oēs peregrinas gentes, qua solebat antea
sanctificatione legali, quæ erat in præpuciatis circumcisio, in grām
recipere, et cum indigenis suor̄ testamentor̄ numerare, sicut olim
se facturum Abrahamo spoponderat. Hac diuina voluntate ille
intellecta, nulla interposita mora, neq. acquiescendo carni et sanguini
neq. re tanta cum aliquo consulta, primū in Arabiā ad peregrinos qui-
dem populos sed circumcisos sicut cum Aplis prius factum fuerat, q
primū ad Samaritanos sunt missi, deinde ad præputiatos conciona-
tum concessit. Tanto aut̄ amore erga suam gentem tenebar̄, vt pes-
sime omni tempore ab illa tractatus, nunquam illam accusare volue-
rit, cum et posset et mala hortarent̄, quæ æquo ferebat aīo, vt ad vin-
dictam assurgeret, cum ciuis Romanus esset, nec prius illam omnino de-
serere et ad peregrinas gentes erudiendas accedere, placuerit, quā illā
obstinatis aīs Iesum recipere pro chr̄o nolle intellexisset. Quæ per-
seuerantia in erudienda vna gente Iudaica omniū ministror̄ Euangelij
declarabat et Dei amorē, q hoc fieri permittebat, et omniū discipulorum
erga

Contra se dicenti cur credar̄, nō aut̄ p se dicenti

Pauli conuersio

circūsio legalis sanctificatio.

Gal. 1. 16

Rom. 10. 2
Act. 13. 46
Pauli erga suos populares amor.

Epistolæ Paulinæ qd contineant.

1 Ioa. 1. 7
Sanguis Iesu chr̄i emundat

ὡς nota collationis.

1 Petr. 1. 19.
Ioa. 1. 29.

Sacrificiorū expiatio peccatorū condonatio.

Mss. 1669

QVARTVS

erga suam gentem studium, qui hoc libenter faciebant erga Iudaicā gentem. Cæpit igr̄ iste Iudex inquisitor cū oībus alijs quamplurimis, missis et tunc vna et postea à Deo, concionari Iesum esse chrm̄ et Iudæor̄ et gentium, qui antea nolebat audire Iesum esse tantū Iudæor̄ chrm̄. Is oībus in Eplis, quas de suis rebus conscripsit ad diuersos, et dolores suos narrat, quod sanctos viros vixerit et occiderit: et detectam sibi Dei voluntatē commemorat, qui statuisset tum peregrinos beare ꝑ fidem si Iesum esse chrm̄ credidissent, sicut prius beare consueuisset ꝑ circumcisionē. Et ignorantiā suā cum rer̄ ignoratione coniunctam deplorat, quod vaticinia veter̄ prophetar̄ cum statu illor̄ tempor̄ nunquam conciliare studuisset. SA. Video quo tendebant illa tua quæsita de inquisitoribus Iudicibus Romanis et confessionibus Regum. Pas. solent exempla sternere viam ad intelligentiam. Si igr̄ testimonia petis Iesum fuisse semē illud per quod benedictio Dei erat communicāda gentibus, si legeris illor̄ tempor̄ historias, et te eo tempore fuisse commentus fueris, innumera plaustra testimonior̄ tibi sese offerent, clamantium et cogentium te et ob genus et ob autoritatē et ob fidem, quā apud oēs ex sacramenti religione haberent, cuius omni tempore fuissent obseruantissimi, vt illis credere testantibus et deierantibus velles. Non enim graues viri et honestatis cultores eam fidem habere nō debent, apud posteros, quam viui apud peregrinos habuissent, ob id quod tempora sūt mutata et ex præsentibus facta sunt nō præsentia. Variat enī ratio tempor̄: ver̄ integra veritas rer̄, quæ in tempore acciderunt apud omnes gentes illibata perseuerat. SA. Sed quid est quod dicunt sanguinem Iesu lauare aīos hominū et delere peccator̄ notas? Pas. Tibi facile est hoc intelligere, qui nosti legem, alijs nō item. Nam oēs oratores Euangelij nunciandi, Iudæos fuisse dixi, qui illis similitudinibus ex lege sanctificationis ductis, conati sunt declarare populo quodo Deo recōciliatæ sint gentes post mortem Iesu chri. Eas similitudines, quæ veluti historiæ proponunt̄, in apostolicis scriptis, nonnunquam particula ὡς prætermissa, alij pro vera historia acceperunt, et somnia multa super eam rem superstruxerunt, dicentes: Adami peccatū fuisse tam graue, vt Deus placari Adamo nō posset, nisi Deus pro Adamo mortuus fuisset et alias fabulas narrant somnijs lucianis inaniores. Et scis similitudinis sēntiam semel propositam, demta similitudinis nota veluti historiā solere referri. Scitis, inqt, vos redemtos veluti agni immaculati sanguine. Et alibi: Ecce agnus Dei q tollit mūdi peccatum. hinc subtracta est nota collationis, ibi posita est. Sdm legem aut̄ qui peccatis erant cooperti poenitentes, sacrificio oblato veluti sanguine alieno purgati, expiabant̄ et mundabant̄ ab omni peccator̄ scelere et maculis. Neq; vlla peccator̄ condonatio fiebat sine sanguinis victimar̄ effusione. Ante denunciationē aut̄ mundationis à peccatis, victimæ cædebantur. Neq; huc pertinere vider̄ effusi sanguinis Iesu chri commemoratio. Et si huc pertinet, non solum huc pertinebit, ver̄ et ad sanctificationem, quæ contingebat peregrinis populis per circumcisionem. Redimebant̄ enim veluti precio victimar̄.

Epistolæ Paulinæ qd contineant.

1 Ioa. 1. 7 Sanguis Iesu chri emundat

ὡς nota collationis.

1 Petr. 1. 19. Ioa. 1. 29.

Sacrificiorū expiatio peccatorū condonatio.

ctimar, & illar mactatione sanctificabant cui suis familys hi, qui circumcidebant vt in numero populi Dei censerent. Quare cui post mortem Iesu chri oes familiæ gentium, q Iesu credere voluerunt esse chm, facerint a Deo benedicta. nó minús quam alij peregrini p circumcisionem visa est mors chri Iesu similitudine quandam retulisse sacrificior, q offerri solebant ad redimendum et sanctificandum populu, qui núro filior Dei adnumerabar p circumcisione. Non em impotens est Deus vt parcere nó possit pœnitentibo. An aliqua culpa tanta est quá Deus condonare si velit, non possit, aut Deus sanguinis effusione delectar vt peccatu quod condonare gratis possit recipiscentibus parcere nolit nisi aliquis Deus moriar? Sed cum expiationes oes per sacrificia absolui voluerit, videbar similitudine quanda habere vt timar id, cuius gra expiatio facta est peccator. Ob mortem igr Iesu chri, cum veteres pdixissent vinea colomi fuissent, & ne vinea manaret multa & desolata, noui assensere in eam introducendi colomi noua colonia Iesu donata est: Postula Psal. 2. 7 postula a me &. inquit, a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessione tuam terminos terræ. Hic huius nó dissimile qdam euenisse dicit Paulo & fore vaticinatus est cum viueret, Iesus: Si exaltatus, inquiens fuero Ioa. 12. 32 si exaltatus fuero. a terra óia trahan ad meipsum. Pau. Nimis longus es Samuel. Tel meas occupauit vices, & totum hodiernú diem sibi præripuit. Sam. Condonate hanc mihi culpam, vnum quiddam restat. Dixisti gam benedictione gentibus contigisse post mortem Iesu, per semen Abrahamicum quod erat Iesus, q contingebant eisdem gentibus cum circumcideremur. Quare videor, quádmodum gentes credentes Iesum esse chm post mortem eius nó indigent circumcisione, ita eadem gentes recipientes circumcisione nó indigere fide. Ad quid enim cum eadé benedictio haberer illo tempore, per fidem q habebar per circumcisione? Nimq necessaria existimanda est vtrag. benedictio? cum illa circumcisionis Si putatiti sine circumcisione p fide in chm cam, an p putatiti circumcidum per circuncisionē beentur sine fide. & hæc fidei sit eadem & vna, qua nec augeri in circumcisione, nec minuí ex circumcisione si nó addas fidem, nec ex fide si nó addas circumcisionem, potest. Quod si credentibus peregrinis populis nó est necessaria circumcisio adacquirendam Dei benedictionem, nec circumcisis eisdem populis necessaria fore videbir fides vt benedicamur a Deo. Pau. Hæc quæstio aliqd est. Pas. Hoc nó quæsiusses tu, nec iste tua petitionem laudasset, si superius narrata notauisset vterq. Dixisti nato viuente & mortuo Iesu chro, hoes vtriusq. populi & circumcisi & præputiati, fuisse peccatores & indiguisse gloria Dei, & auxilio benignitatis & miæ Dei, vt seruarent opus habuisse. Fratus igr erat Deus vtriq. populo p malefacta & perseuerantia in improbitate, colens tñ memoria patrum Sanctissime, & obseruas fidem promissor suorum, religiosissime, remedia circumciso populo, cuius maiores dilexerat & eú sub sua tutelam receperat proposuit pœnitentiam & fide, vt vita deseres & virtutem consectans & Iesum esse chm credens, & eius ductu sequens salutem consequerer. Hoc facere ille populus noluit, et iræ Dei subesse persequauit. Quare Deus illo populo in incredulitate relicto, ad nouum populum sua remedia transtulit, peccatore quidem populum sed ignar Dei & legum diuinar unde peccator suor ignorantia prætexere poterat: Hic vero auide q offerebam accepit, & exosus mala, bene viuere cæpit, declarans in corde gerere præscriptas Dei leges, & Iesu esse chm p fessus sub imp.

Mart. 24. 22. C
Luc. 21. 19.
Locus cui Deus iratus est fugiendus.
Jer. 21. 9. & 38. 2. & 51. 6.
Ezech. 33. 5.
Dom pareuē mihi obediat T. 70. 82.
Ezech. 21.
Act. 27. 31.
& Jonas c vrbe, euer tenda exÿ Jon. 4.
Luc. 19.
Matt. 24.

Rss. 1669

sub imperio chri vitam degere cæpit. Hi igr, qui ex peregrinis gentibus populo Dei adnumerabant aut per circumcisione aut per fidem, in partes veniebãt, aut circumcisi populi & veteris testamenti, aut ꝓpriciati & testmti noui. Sicut aut per circumcisione illi, ita hi per fidem adoptabant in filios Dei. Et illi conditione circumcisi populi & filiõr Dei, quibus erat iratus Pater Deus, abq qua ira nullus liberari poterat nisi por fidem, manebant, credendo Iesũ esse chrm; Et hi sortem Sanctorũ præputiatæ nationis, quibus erat reconciliatus iratus olim Pater Deus recipiebant. In illis igr fides nõ requirebat vt filij Dei fierent, sed vt iram aduentantem irati patris vitarent de qua scripta sunt illa Iesu chri vaticinia: Nisi dies illi afflictionũ decurtati fuissent nõ esset salua ois caro, sed propter electos decurtabunt dies illi. Et, Cum videritis circumdari ab exercitibus hierosolyma, tunc scitote quod immineat eius desolatio. Tunc q in Iudæa sunt fugiant ad montes, & q in medio eius, discedant, & qui in regionibus, ne intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt. Fac igr discipulos eius, de quibus illa sunt scripta: Tui erant & mihi eos dedisti, et sermonem tuũ seruauerunt. Et, Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo: Hæc inq de Apostis sunt scripta: Sed fac illos hæc monita Iesu chri præterire voluisse & hierosolyma mœnibus obsidione a Romanis cincte concludi voluisse nonne perijssent? Non enim sanctitas quærit vt quis seruet a malis quibus vndiq cum alijs est conclusus, & vt projciens se extra fenestrum ex alta turri nõ frangat collum: sed obedientia, vt cum dr: cane a malis, credat & sibi caueat, et a loco cui iratus est Deus diffugiat, nõ vt sit sine Deo cum vbiq sit Deus sed vt a tabernaculis & societate discedat eor, quos iratus Deus cum ois, q cum illis sunt, perdere statuit. Annõ potuisset Deus aquar mundationibus suffocare & igne atq sulphure consumere impios, non attacto Noe & Lothe in medio eor commorantib? Verum hoc quod potuisset semper in ois discrimibus facere, nunquã tam legit fecisse, sed prius curauit bonos viros & sibi caros eximi ab vrbibus impior, antequ iræ suæ furores immitteret vbertim in impios, ne illi cum istis inuenti vno impetu perirent: Sicut enim si qui sint in eadem naui, naui fracta, oes sine discrimine naufragiũ faciũt, et Paulus cui aderat Deus, & milites Romani illi, sine fide sine pietate sine Deo castra sequentes: Ita cum impijs Aegyptijs, si quis mare rubrum est ingressus a marinis vndis sublatus est & perditus: Et qui cum Iudæis vna in Rep. veluti in vna naui inuenti sunt, et morientibus, vt vitarent impios, parere noluerunt, sine fuerint discipuli Iesu, sine alij, oes rapti a furente ira Dñi, Non quod impij essent, sed quod nõ credidissent perierunt. Videns, inqt, ciuitatem hierosolyma, fleuit super illam dicens: Si scires q super te ventura sunt, fleres & lugeres tei ipsam: Non fles aũt quoniã nõ credis aliq mali super te venire posse, quod præsens dies prospera oia & pacem perpetuã videar tibi portendere. Et, Sicut erant dies Noe, ita erit et aduentus filij hois (ad pernicidum eius illos, qui in regnũ venientem declaratum Regem occiderunt) Sicut enim erant in diebus, q cesserunt diluuium edentes & bibentes, contrahentes matrimonium & nuptum dantes, vsq. ad eum diem, quo intr.

Matt. 24. 22.

Luc. 21. 19.

Locus cui Deus iratus est fugiẽdus.

Ier. 21. 9. & 38. 2. & 51. 6. Ezech. 33. 5. Nom peregrinũ breuiat. Ps. 70. 83.

Ezech. 21. 5.

Act. 27. 31.

Ofnas ex vrbe euertenda exijt. Ion. 4.

Luc. 19. 41.

Matt. 24. 37.

Psal. 2. 7 postula a me &c.

Ioa. 12. 32 si exaltatus fuero.

Si ꝓpriciati sine circumcisione p fidẽ in chrm sõ cum, an ꝓpriciati circumcidunt per circumcisionẽ sine fide.

mirauit Noe in aream, et non cognouerunt (ob prosperitatem rer. quæ illis usq. ad illum diem uno tenore contigerant, donec uenisset diluuium et sustulisset uniuersos.) Ita erit et aduentus filij hois ad uindicandum suam necem incertus et inseratus, et eo minus speratus et certus quo magis prosperi successus erunt rer omnium usq ad illum diem, et obid minus credent minantibus mala, persuasi a presente q̃ uidebit suadere oia bona. Ges igr illi ex peregrinis gentibus, qui recepta circumcisione adscribebant populo Dei et adoptati inter filios Dei filij Dei nominabant, et erant, eande quidem benedictionem Dei recipiebant, qua hi qui post apertu fidei ostium gentibus in semine Abrahamico sunt benedicti: Sed illi a benedictione gentis naturali, hi a benedictione deducta p̃ter naturã eor ad quos deducta est: et illi cum populo Abrahamico reconsebant, qui circumcisionis est dictus, hi nouũ populum constituebant cognominatu præputij: Et illi nauim illam ingrediebant, q̃ perficiebat p̃ mala uector, hi noua erat nauis ad eundem portum directa bonor omnium ad quem illa. Quid igr diceres et moneres esse faciendum his q ex gentibus peregrinis circumcisi, ad alios grs Abrahamici circumcisos Iudæos, quos Deus p̃ malam uitam et necem illatam sanctis prophetis et negatos fructus uineæ quã illis seruauerat Deus esset impotentissime iratus, cum uideres omnes sanctos uiros ibi commorantes, diffugere inde et hortari oes, ut a loco nefario, et ciuibus malis, quos paulo post erat perditurus Deus, subtraherent, Iesum esse chrm̃ crederent, ne una cum alijs una in fascem colligarent et perirent, Deum monere sedulo ut ita fieret: alr facientibus bonis malis, filijs non filijs male cessarum. SA. Lego male cessisse Mosi quod uideret cetare et frigide credidisse Deo, possessioneq. terræ a Deo p̃ illam incredulitatem fuisse exclusum. Uelle sibi Deum credi magna parua dicenti et pollicenti, sed eo magis, quo ea q̃ dicit esse credo da facilia sunt quæ credam. Neq. unquam Deus mo̅uit aliquos, ut ab aliqua urbe quæ paulo post erat euertenda discederent, nisi p̃ amonis magnam significationem. Quare qui Deo amanter monenti per se et hortanti sedulo per suos ministros spiritus et hoes, et docenti quid sit faciendum ut a malis instantibus quis subtrahat et seruet, non credit hunc dignum esse existimo q cum improbis, et credere Deo nolentibus pereat. Pas. Uera narras. Sed hãc q̃ diximus ad propositum illud in quo eramus retrahenda. Uides populum circumcisum et præputiatum fuisse et duplicem et illius conditionẽ ab huius fuisse diuersam? Proposita enim erat et Iudæis prius, et nõ Iudæis certo tempore postea ut crederent Iesum esse chrm̃. Sicut auẽ in illis, ita in his fuerunt qui hoc credere noluerunt: alijs stulticia uidebat, ex huius tantulæ rei et minime ueri similis aliquid boni sperare uelle, ea ob eam caussa hoc credere noluerunt. Sicut igr in nõ Iudæis, ita et in Iudæis ortum est discrimen credentium et non credentium. Sicut alij fuerunt q crediderũt et aliqui qui credere respuerunt. Nunc dicas mihi, in quam partem, tua sententia uertit sospalus: in eam q̃ credit Deo, et ea, quæ credenda iubet Deus et eius ministri, eam esse uoluntatẽ ut illis credat, certis rationibus præter miracula et prodigia demonstrant, recipit: An in illam, qua nihil ex his sibi esse credendum statuit, et hæc esse delirantium uetulæ narrationes putat. SA. Res ipsa per se loquitur et tuæ q̃stioni abunde

Bom et mali pereunt mo bedientes 83 habac 2.4

Deut 3.27 Mosis peccatum.

f. 51.

Due hi dæor christia nor gra.

Fidei uiri tis alia in Iudæis qua gentibus f. 52. f. 90.

Gal. 5. 2. Si circumci damini.

f. 50.

circudcisio mis et fidei collatio.

abunde respondet. Quid enim nocet si credas? cum, si nó credas tot tibi mala imminere dicant, q̃ natura ipsa cogit vestu deas et incerta et vana a cogitatione deponere? Pas. Festum procuratore Iudeæ, Paulus, quē ille delirum hoēm esse credebat, et nihil eór q̃ ille diceret esse verum arbitrabat diserens de poenis et resurrectione ex mortuis có: mouit. Idem Felicem exterruit et cōborrescere fecit mentione facta iu: dicij futuri, quod ille fore minime credebat. Est enim ais hominum insitum studium deponendi ex cogitatione et memoria illa, q̃ aut on: gunt renera, aut angere possunt recordatione, nó quod credant: sed q̃ fuerint bonis sobrijs et prudentibus viris narrantibus audita, q̃ certo illa fore asseruerint. et quoto ab illis malis quis liberarę posset nauerunt. Discreti igr erant Iudæi et non Iudæi q̃ Iesum esse chm crediderunt et per hanc fidem ab ira aduentante tutos se fore arbitrabant a Iudæis

Due hr dagr chiane gra. et nó Iudæis qui hæc credere minime voluerunt. Sed in illis Iudæis duo, in istis non Iudæis credentibus vnum genus christianor agnosco. Præputiator siquidem fides huiusmodi, et adoptabat illos in filios Dei

Fidei vir: tutis alia in Iudæis qua gentibus e. et iusticiam imputabat et beabat credentes, et ad oia Iudæor bona in communionē recipiebat. Quas res fides nó donabat nec Iudæis natis ex Abrahamo sm carnem, habebant enim illas a natura: nec præpu: ciatis, qui circumcidebant et per circumcisionē in filios Dei adoptaban: tur, habebant enim hi illas ex adoptionis iure, quo donabant a Deo per circumcisionē. Sicuti enim fides in Iesum præputiatis qui circumci: debant nihil proderat ad libertatem consequendam, nisi quatenus Iu: dæis credentibus Iesum esse chm proderat, quonia oes tenebant ad

P. 52. P. 90.

Bom et mali pereunt mo bedientes. 82. habac. 2. 4. Deut. 3. 27. Mosis peccatum.

observationē legis totius sanctificationis: Ita eadem fides præputiatis et qui circumcisionē recipere nolebant, et ad benedictionem Dei habenda nón per circumcisionē sed per Semen Abrahamicum illud promissum con: uolabant multum proderat. Liberos enim ab omni onere legis q̃ prosan: ctificatione hóis est lata reddebat, vt illi serui viderent esse, hi liberi: quo priuilegio libertatis præputiati qui circumcidebant videbant pri: uari. Et certe patentissima sunt illa: Si circumcidamini chs vobis

Gal. 5. 2. Si circumci damini.

nihil proderit, nó quantū ad salutem: sed quantum ad libertatem, ab oneribus legis aequa ibi disputat. Unde segr: Contestor aut oēm hoēm q̃ circumcidit quod debitor est totius legis sanctificationis seruā: da. Chs vobis factus est ocioso et mutilis qui cunq. per legem cir: cumcisionis iustificamini a gratia sanctificationis et beatitatis et benedictionis, q̃ offert præputiatis p̃ semen Abrahamicū excidistis, postquam per circumcisionis legem grām illam quaeritis habere. Male igr eu comparabas præputiatos recipientes benedictionē Dei per fidem in semen illud Abrahamicum, cum præputiatis eandem benedictionē accipientibus per circumcisionē, cum hi inter Iudæos se: minis Abrahamici numerarent, illi minimé: Comparare vero debebas

S. 50.

cum Abrahamo, qui sicut in filium Dei est adoptatus per imputa: tionem Iusticiæ per fidem, et illi benedixit Deus: Ita hos filios Dei fecit, et benedictos coram Deo reddidit fides: Iudæor in credentiū

circadcisio: mi et fidei collatio.

m chm circumcisio optime quadrat cum præputiator q̃ circumcide: bant fide, quod sicut illos nó faciebat filios Dei, circumcisio, nascebā: tur enim filij Dei: sed hoc faciebat ne delerent e nuro filior Dei si cir: cum.

cumcisio recipiebar: Ita hos fides nõ adoptabat in filios Dei quos cir:
cumcisio adoptauerat, sed vitabat ne hi extra numerũ filiorũ Dei detru:
derent qui fidem in Iesum habuissent: Seu vt Noster quidã Scriptor Rom. 11. 20.
dicit: fides prohibebat ne ex arbore, in quã erant insiti, et in qua perse:
uerabant esse Iudæi fideles, excinderent, ex qua oẽs q fidem nõ ha:
bebant defringebant. Non valet igr, vt vides tua ratio quã proposui:
sti: Vt si præpuciati sine circumcisione p fidem in chrm bearentur, fides Iudæis et gẽtibus qdo constituta.
vt simili forma ꝓpuciati circumcisi per circumcisionẽ bearentur si:
ne fide. Quoniã fides in Iesum constituta est à Deo, primũ Iudæis Matth. 20. 1.
filijs conductis in opus summo mane, inuitatis ad nuptias ordinario
tempore: Deinde non Iudæis, inimicis, hostibus, filijs iræ, sedentibus
in foro ociosis ad vndecimã vsq. diei horam, vocatis ad nuptias ipsa Matt. 22. 9.
nuptiar hora ab exitibus viarum: His inquam vtrisq. constituta
est certo ordine vni post alterum, fides ad salutem ex malis aduẽtãtis
iræ Dei: sed præter hoc quod consequebant et illi et hi, vt per fidẽ qua
Iesum esse chrm credebant, euaderent iram iusti iudicis Dei, placuit
Deo priuilegium concessum olim Abrahamo et promissũ, datũ iri
aliquando per semen Abrahamicum oĩbus, nõ Iudæis, vt ex Iudæis et
non Iudæis vnus populus fieret, coniungere fidei, vt per eam nõ solum
non Iudæi euaderent iram Dei, verũ etiã per imputationis iusticiam
adoptarent in filios Dei, et in tutelam Dei et in filios reciperent, non
minus quã Abrahamo olim contigisset. Hanc partem nõ donauit cir: fidei virtus
cumcisis ex lege populis fides in chrm, quoniã eã possidebant oẽs filij
Abrahamici et natura et adoptione: populis non circumcisis sdm le:
gis ꝓceptum donauit, quoniã ne cogitatione qdem tantum bonũ de se
sperare, aut sibi polliceri potuissent, vt fierent per fidem Ciues sanctor
et domestici Dei, et cum ciuibus alijs se prioribus et domesticis Dei vnã
ciuitatem, domum, ouile et vineam constituerent. SA. Satis habeo.
Quærat de his aut de alijs qui volet. TEL. Post absumtum diem
alijs locum quærendi cædis. Sed ego tibi spondeo si post hac in colloqui:
um venturus es, et intellexero diem ad quærendũ tibi esse à Rdo
Dño destinatum, dimidiũ eius diei pro meo iure quod tibi de meo die
vsurpasti meis quæstionibus occupaturum. SA. Fac vt q tu quæ:
rere tum voles mihi prosint, quãdmodum quæ ego nunc quæsiui tibi
prosunt, vt et ego totum illum diem tibi cedam. TEL. Quam ego vti:
litatem habere possum ex tuis disputationibus de circumcisione (oĩa
enim q petebas ad circũcisionẽ pertinere videntur) cum dixerim apud
nos esse inauditum nomen? Ego de chriano iure antiquo quærebam
et tu perturbasti oĩa tuis sermonibus, qui nõ adeo omni ex parte incõ:
modi fuissent meo desiderio si aliquod saltem exemplum propositum
fuisset in quo reluceret imago pristini iuris christiani. PAS. Tria chriani iuris exempla. 3. 44. 45.
proposita sunt si bene memini, Samaritanor, Aethyopis et cornelij.
TEL. Sed oẽs istos dixisti nouisse prius Deum, antequã ad eos missi
essent ministri qui docerent Iesum esse chrm: Ego vero simile mei
exemplum desiderabam, quale fuisse dicebas illos, q erant sine Deo
geret, nomine duas gentes diceremus electas si capita et initia duarum gentium et familiarum, nationum, linguarum, populorum fuissent electa? Ita n. unam gentem dicimus olim fuisse electam, quoniam unus Abrahamus unius gentis caput et origo dicitur fuisse electus. Quare idem erit et in decem et in centum et in mille et in millibus innumeris omnium gentium tunc dici poterit decem centum mille nationes et innumera multitudo gentium fuisse a Deo benedicta, cum primigenia semina decem centum mille nationes innumeræ multitudinis gentis fuerunt a Deo per semen Abrahamicum benedictæ. Singuli igitur homines discrimen internoscentes inter dextram et sinistram et credere his qui dicerentur et non credere volentes celibes aut mariti cum singula essent capita futurarum ex se familiarum et nationum et gentium sicut Abrahamus maritus, sed sine liberis caput erat futurus suæ familiæ et gentis quæ ex eo erat oriunda sicut solo Abrahamo iustificato per fidem dicitur una gens integre fuisse iustificata, et libro filiorum Dei nondum nata ut Isacus Iacobus Moses et omnes alij posteritas Abrahamica inscripta: Ita illis solis patribus familiarum futuris qui audierant et crediderant Iesum esse christum iustificatis, si duo si decem si centum si mille si sine numero fuerunt duæ decem centum mille millium sine numero gentes dicentur iustificatæ et in numerum filiorum Dei cum posteris omnibus nondum natis relatæ. Propositum enim Dei solum electionem fixum manet etiam in nondum natis, et si imputatio iusticiæ in christum, æquavit iusticiam imputatam Abrahamo per fidem, sequitur ut si ille, ob id quod erat radix et primiciæ sanctæ, per imputatam sibi iusticiam, effecit ut omnes rami sui et tota conspersio sua esset sancta electa et populus atque filij Dei, etiam nondum nati: etiam hi sint in caussa, cum sint non minus radix et primiciæ sanctæ, quam Abrahamus, per imputatam ipsis iusticiam, ut sint omnes eorum successores rami sancti et conspersio sancta. Si enim fides illius personæ Abrahami, tanti fuit apud Deum ut omnes eius posteri naturales et adoptivi reciperentur nondum nati in numerum filiorum Dei quo iure privari non possent nisi per inobedientiam, facultate tamen concessa ut per novam obedientiam eidem iuri restituerentur: Cur fides istarum personarum credentium in Iesum christum de quibus legimus et scimus nos ex aliquibus eorum descendisse, cum fuerit par precio et æstimatione apud Deum cum illa Abrahamica, non idem præstitisse dicenda esset, ut illis iustificatis tanquam radicibus per fidem, tota eorum secutura posteritas et nondum nata ut rami, iustificata esse asserarur et in librum hæredum Dei inscripta? Quo iure privari non possint nisi per inobedientiam legis, virtutis et vitij. His enim alia lex imposita non est, illis est etiam iussa circumcisio cum alijs quibusdam, ut in perditum ius per inobedientiam per pænitentiæ remedium restitui possint. Si enim Abrahamus et Lothus Moab et Benammi filij duo Lothi Iacob et Esau duo filij Isaaci duæ gentes dicuntur quod sint duæ personæ ex quibus innumera multitudo hominum fuerit propagata: Quomodo non decem homines non centum non mille facient decem centum et mille gentes, singuli unam gentem eorum, qui ex ipsis descenderunt? Unde Cornelius unus cum suis cognatis et necessarijs non gens dicitur, sed gentes, cum scribitur, dixisse Apostolos, cum audissent spiritum S. illap.

Imputationis iusticiæ collatio.

Patrum Sanctorum libori sancti. Rom. 9

Rom. 11.

obedientia nova.

Act. 10

Act. 11

Act. 11

Ps. 133.

Ioan. 1. 1. Mundus per ipsum factus est

Act. 13.

NOT. S. 91.

Act. 11. illapsum in oes, qui ex ore Petri audiebant sermonē. Igr̄ et gentibus
Deus pœnitentiam concessit ad vitam. Et antea Lucas scripserat: In
Act. 11. gentes donum spr̄s S. effusū est. Et, Gentes recepissent sermonē Dei,
quoniā singuli eor̄ per imputationem iusticiæ per fidem sanctificabant
ea iusticia q̄ sibi imputata fuerat, suos ~~liberos~~ successores. Nec cornelij
alior̄, aut alij eor̄ qui aderant Cornelij familiā per suā fidem insinuabat
nuro filior̄ Dei sed quisq. suā. SA. Prius etiam dixisti; Circumcisionem
receptam in præputiatorū liberis, transferre eos ex immundis populis ad
mundum et sanctum populum non solum fœminas ver̄ et masculos, quo iu:
re excidunt eor̄ masculi filij si ab octauo die nō fuissent circumcisi, quo iu:
re nō exciderent, si illud a patribus descendens nō possiderent, et fœminas
eor̄ filias nō seruata lege virtutis et vitij hoc iure priuari dixisti, quod
signū est illas hoc ius a patribus veniens possidere. Quod si benedi: Circūcisio:
ctio Dei deducta ad gentes præputiatas per semen Abrahamicū, hoc est: nis iure, nō minor fides in chr̄m.
per fidem in Iesum chr̄m par fuit, et non minor viribus, circumcisioni
per quā vnus homo præputiatus si circumcisus fuisset referebar̄ inter
filios Dei cum oībus suis posteris. Quid erit dicendū de his q̄ receperūt
benedictionē Dei per Iesum chr̄m q̄ in illis erat sicut vnguentū optimū
Ps. 133. quod fusū super caput descendit in ora et oras vestimentor̄, et sicut
ros hermon qui in montes Zion descendit? Nam vtriq. rei benedictio
Dei confer̄. Pas. Singuli igr̄ audientes et credentes q̄ ab Aplis de
Iesu chr̄o dicebant singulas gentes faciebant, et ex oībus singulis cre: Gentiū duarū ori:
dentibus fiebant oes gentes credentes Iesum esse chr̄m, sicut ex singu: go.
lis illis audientibus et credere nolentibus singulæ exoriebant gentes,
et ex oībus gentibus ~~credentibus~~ vniuersæ gentes q̄ credere nolebant.
Vt vtrinq. sint oes gentes, illinc credentium, hinc nō credentiū. Unde
Ioan. 1. 10 neq. illa videnr̄ se confodere: Mundus per ipsum factus est, recuperatus
Mundus p ipsū factus est. sz̄t, et mundus eum non cognouit, non fuit recuperatus sz̄t. Qui mun:
dus aut̄ eum recepit h. e. recuperatus est, dedit ei potestatē vt filius Dei
Act. 13. 46 fieret. Neq. istud: Vobis oportuit primū a nobis annunciari sermonem
Dei qui estis iudæi: sed q̄ repellitis et indignos vos iudicatis æterna vi:
ta ecce conuertimur ad gentes. Sic enim p̄cepit nobis Dn̄s: posui te in
lucem gentium, vt sis salus vsq. ad extremum terræ. Audientes aut̄
gentes (oes q̄ ibi erant) gauisæ sunt et glorificabant sermonē Dn̄i, et
crediderunt (omnes) quotquot erant ordinati ad vitam æternā (qua
Iudæi indignos se esse iudicarant.) In lucem inquit gentiū, omniū sz̄t
sis salus, quæ intra fines terræ continent̄: Sed non omniū istar̄ gentiū
erit salus, sed illar̄ tn̄ omniū q̄ erant ad vitam æternā ordinatæ; aliarū
NOTA omniū gentium quæ se tibi opponent salus nō eris, non q̄ tu nolis illis sa:
S. 91. lutem dare, sed q̄ illæ nolent abs te salutem recipere. Quare sicut oes
gentes et oes Iudæi non credendo Euangelio, se iræ Dei cū suis poste:
ris obiecerunt, cum nō sit minor gratiæ vis quā peccati, q̄ Iudæi aut̄ gētes
crediderunt Euangelio et sunt baptizati ab ira Dei se cum suis posteris et
nondū natis sed nascituris exemerunt et amori Dei se insinuarunt; Et ibi
sunt oes Iudæi oes gentes, natæ sz̄t ad interitum, Et hic oes Iudæi oes gē:
tes ordinatæ sz̄t ad vitam æternā, seu vt Paulus ait electæ et præcognitæ.
Colligamus ergo hæc oīa q̄ sunt dicta in vnā summā et ad hunc modū
dicam

dicamus: In semine tuo ꝙ Abraham, quod plures hoes nō erunt, sed, vt res ipsa declarabit vnus homo, quem ego vngam in chrm, et erit nōe Jesus benedicam, reconciliabo mihi, vocabo dilecta mea non dilecta, et nō filios meos, filios meos omnes cognationes terræ ordinatas ad vitam æternā, quæ credent Jesum esse chrm et baptizabunr et iustificabunr et erunt mihi hæredes et adoptiui filij, sicut tu es et sicut illæ oes cognationes terræ non erunt q̄ credere nolent Jesu esse a me in chrm factum. Nam sicut horū liberos ego inter hæredes meos nō agnosco, et illos tuos ꝏ Abrahame posteros omnes naturales et adoptiuos agnoui semper pro meis filijs, quoad vita procedente me, vt patrem venerari noluerint: Ita et illorū liberos oes naturales et adoptiuos inter hæredes meos adscribam si credant in chrm, neq; ab ea adscriptione inter hæredes delebunr, nisi impura vita commerūerint expungi ex nuō hæredum. Illa igr gratia dicta q̄ crediderit et baptizatus fuerit et alia de oibus gratiæ gentibus loquentia, ad quas benedictio Dei manare debebat per fidem et baptismū, pertinent ad singulos omniū gentium, seu ex singulis gentibus et ex quauiscunq; gente qui credidisset in chrm et baptizatus fuisset, non solum pro se sed etiam pro gente, q̄ exoritura esset ab eo, sicut nō pro se solo fiebat filius populus Dei, sub tutela Dei positus, retractus a militia diaboli, sed et pro oibus successoribus suis. Nam quidnis a me vt tanti apud te sim, quanti, et nō minoris Abrahamus, q̄ cum esset præputiatus, vt ego, in filium ita adoptasti vt gentem q̄ ex illo suscepta est et natura et adoptione inter hæredes tuos conscripseris, tam firmiter vt ab eo iure deturbari aliam ob caussā nō possint, nisi ob inobedientiā erga leges tuas? Crede in Jesum chrm et baptizare, sicut ille credidit Deum posse facere q̄ pollicerer, et hoc consequeris. Hoc credidit Samuel Iudæus, credidit Telephus gentilis, qua fidos si Samuel nō esset Iudæus, vel ad rationē Telephi Samuelem inter filios Dei numerare posset. Quid amplius quæris a Telephi et samuelis posteris, quod nulla vnq̄ sacra scriptura requisiuit ab Abrahami posteritate? Itaqui tui filij, sunt ira filij nō sunt filij Dei. Sed mei filij infantes quam culpam habere possunt aut mea aut meōr maiorū, q̄ nō fuerit condonata, mihi et nulla ratione imputata cum fides mea est, mihi imputata ad iusticiam? Quod est hoc ius liberorū adoptionis inter liberos ciuitatis, quod nouo explo nō transit ad naturales filios legitimos et adoptiuos? Et vt cætera oēs, saltem ad legitimos et naturales. Cur negari hoc ius summæ clementiæ et liberalitatis alienæ, diuinæ sēt transire, nō posse? quæ sacra lex hoc dicit? quod exptm hoc dici suadet? Cur quod concediū factū in Abrahamo ꝓputiato per fidē et in ꝓputiatis alijs post Abrahamū per circumcisionem inter indigenas populi Dei receptis quōr posteri nō alia lege recepti et agnti sunt a Deo inter hæredes et filios qua quod illoō essent filij et ab his essent nati q̄ aut p fidē fuerant iustificati, aut p circumcisionē inter filios Dei adoptati. Cui inqua hoc quod historia sacra narrat fuisse in illis quos delineami, negabit in his esse, de ꝙbus disputamus, cum Paulus fidē horū ꝓputiatoꝝ eandē virtutē habere demonstret ad fide Abrahamica et circumcisione illoō q̄ exaduenis fiebat indigena, aut ad imputandā eandem iusticiā, aut ad dandā eandē insitionē in populū Dei vim? Cum igr baptismus sequaꝝ fidem, in eo baptismus nō est necessarius abs quo fides petenda non est. Cum aut fides ex impio et

Gen. 22. 18. Gal. 3. 8. In semine tuo bened. §. 91.

§. 90.

Patrum fides nō iustificari filios.

fœminarum adoptatio p fidem chri.

Generalia dicta §. 89.

Ioan. Secun Dex.

fidē et baptismū mputātē in iticia primi gemit nō segri a filijs §. 98. 119. 128.

Rom. 4. et 11. §. 92. fides ꝓputiatoꝝ æquat fide Abrahę §. 92.

nosa.

nefario reddat Sanctos et filios Dei, his necessaria fides ista nō est q̄ sūt ab ipsa natura sancti et filij Dei. Atq̄ cum filij eōr q̄ crediderunt Iesū esse chrm̄, et sunt baptizati sint ab ipsa natiuitate sancti et filij Dei concludendum est a filijs Samuelis et Telephi et Actij si q̄ nascent̄ et sunt nati nō esse requirenda hanc fidem qua patres eōr sunt iustificati, et illos nō teneri lege lata de baptismo. CH. Fames concitat bilem, et bilis splendida perturbat animū ira. Abeamus et famē leuemus. Nam pastor noster concitatiore oratione vti incipit. SA. Quid si nō Samuel et Telephus huc venissent hæc percuntatū, sed mater Samuelis et Telephi? quid dixisses illis? Pas. Quæ de vobis censui et faciendum et nō faciendum esse, idem de fœminis dicendum est. Legimus enim et illas baptizatas fuisse et credidisse in chrm̄, vt eodem iure fruerent̄ Imputationis Iusticiæ quod viris concedi p fidē et baptismū videbant. Quod si illud aliquando euenisset, vobis nō fuisset necessaria ad salutem et ius filior̄ acquirendū professio fidei, quod Iesus esset chrs et baptismus. Possideretis enim vos id, quod illi tunc quæsiuissent, et quod vos quæsiuistis ex eo quod illi nō quæsiuerunt. Sed quod vos de fame dixistis concitauit mihi animū nō bilis ad iram, sed dolor ad mœrorē, cum reformata nostra doctrinæ commemoratio, refricauerit mihi memoriā Iosiæ nostri Regis Ioannis sdi, et intempestiuā mortem recordari cōegerit. Quo in statu esset nostra Eccla, si Deus illi vitam aliquandiu produxisset? CH. Surgamus. Oēs nobiscum ad dubiam cœnā venite. Pas. Dubiam? CH. Quōdo vocare debeam id quo nos fames properare monet prandiū an cœnā sum in dubio. Pas. Aliter loqueris quam interpretaris et alr̄ interpretaris quā ~~loqueris~~ latinis eo sermone sig̃cari soleat. CH. Quid si nō loquor vt latinus modo loquar vt famelicus. Pas. Assurgamus ergo et quo nos domini vocant sequamur. CH. Præcedat Pastor, nos sequemur. Nam pastorē sequūnt̄ oues vt chrs ait. Pas. In templo sum, cum dissero, Pastor, Extra templū sum vester omniū minister, vel potius vtrobiq̄ minister: Magistratus vero pastor est. Antecedite ergo oēs, ego ædium fores claudam. Iusticium hoc nunquā remittet dolorem ex aīo totius Regni ob damnū publicum in Sanctissimi et religiosissimi Regis morte acceptū; quam silent fora, et mæstus quisq̄ eiuis incedit; felix regnū tanto Rege, et tamdiu felix quamdiu eius memoriā sanctissima recordatione et virtutū eius commemoratione colet. Illo mortuo affligi cœperunt oīa, prata, arua, vineta; et cum illo mortuo religio vna sepulta visa est. Nam Religio et pietas, q̄ nunc viget, simulacrū quoddam est eius, q̄ ex viuo florebat pietatis. Sed eccum ædes. SA. Pulcræ plane et artificiosę. Tel. Apud nos sunt ligneæ nō lapideæ. Pas. Prius tentorijs vtebant̄ hōes ad tuendū se ab iniuria cœli ex corijs cæsarū pecudum, deinde ligneis ædificijs, pyramides diceres, antequā in quadratā formā ædificia fuissent facta. Hæc mutata postea sunt ob ignis metum in lapideas domos, quas conuerterunt opes in marmoreas et figuratas, vt splēdor et vilitas vnius gentis q̄ ex inopia inclaruit ex ædificiorū ratione et forma sumi possit, et mediā illam musices consonantiā vltra quam Plato ponit occiduū rerumpub. solem nasci intra corium et marmor consistere videamus.

Collocutores: Hospes, Pastor, Samuel, Telephus Paulus, Papista, Lutheranus, Caluinista.

Ho. Da.

Gen. 22. 18. Gal. 3. 8. In semine tuo bened. s. 91.

Patrum fide nō iustificari filios.

fœminarum adoptatio p fidem chri.

Generalia dicta s. 89.

Ioan. Secun. Rex.

fidē et baptismū imputātē iusticiā primigenijs nō regri a filijs T. 98. 119. 128.

Rom. 4. et 11. s. 92. fides ꝓputiator æquat fidē Abrahę s. 92.

DIES

HOSP. Da puer aquam manibus. Vobis dñi interea dum hic sedemus
quiescat Abrahamus, cuius nomē frequens vobis erat in ore hodie. SAM.
Ego postremum hunc angulum occupabo, quandoqdem sum solus pransurus.
Pas. Antecellis nos oēs tu solus grīs tui ætate. Nam tu es senior ille filius q Luc. 15. 31.
semper fuit apud patrem. Nos ille adolescentior, q oīa sua prodegit, et po-
stea resipiscens accepta venia venit in patris complexū, et in senioris frīs
q erant paterna bona communionē hæreditatis est receptus. Pau. Hunc
conuiualem consessum quodo nominaremus. Pap. Fit mentio trichlinij Trichlinium
et architriclinij in Euangelio. SA. Tres tum assidere solebant et nō plu-
res mensæ, et ex nūro accumbentiū consessus ille nomen sortiebar. Lut.
Plures tñ tribus assedisse mensis legimus. Nam vocatus erat et Iesus
et discipuli eius duodecim semel ad huiusmodi honesta conuiuia. Et q̄uis
numerus superaret vicenū conuiuar, remansit tñ vox antiqua triclinij.
Pas. Etiam dialogos dicimus quamuis plures sint q loquantur. CALV.
Modus quo mensæ assiderer cognitus facit vt quis et multa intelligat
q sunt in historijs scripta, et in voce triclinij quid sit lectus. Hos. Recte
mones. Nam ego sæpe addubitaui de eo quod scriptum legerā, assidenti Iesu
mensæ, mulierem retro astitisse, et potuisse eius pedes lacrymis suis humecta-
re, et tergere suis capillis. SA. Et ex inflatis follibus Pompeius Magnus
lectos conuiuij parari curauit, vt risum excitaret ex ioco suis hospitibus,
et eos hilariores redderet. Pau. Alr sedēr in mensa hic, alr alibi. Hic
noster assidendi mensæ mos recentior est illo, quo substrata culcitra tibijs
assidebar. Pap. Sed et auspicandi conuiuij consuetudo apud oēs gentes conuiuij auspicandi cōsuetudo
nō vna est: multis prandij initiū datius, cænæ acetariū, alijs acetariū
mediam, alijs postremā aciem occupat. Luth. Improprie locutus es, qui
aciem das cibis. Pap. Et cur hunc prius nō repræhendisti, qui sedere di-
xit pro accumbere? Hos. O si adesset medicus aliquis, qui nobis dice-
ret qui mos esset probatissimus Galeno, auspicandi cibum. Nam alij
humida prius ingerunt Stomacho, alij sicca, alij dulcia, alij austera, alij
a cibo alij a potu. TEL. Mihi vider e cælo petendas esse leges, sub quo
quis viuit, et vnde constitutionē recipiunt corpora nostra. Nam apud
nos fumatis piscibus multi traducunt vitam, et excedunt centū ætatis
annos, quā vitæ rationē si, vbi fui transferre velles, occideres homines.
Pas. Lex sumtuaria lata est olim in occiduū vergente Romano imperio
Lepidiana, Licinia, Orchia, in his animaduerti pōt frugalitas veterū, et quo-
modo opes cepissent corrumpere publicos et sanctos mores. Pap. Viuit
frugalitas apud multas gentes adhuc, apud alias exulare dr comperir, cū
vna cæna, tantū ferat mensa ferculor, quantū satis esset pro vno die op-
pido Vni. SA. Huiusmodi exempla multa dabit tibi germania, Unga-
ria nullum. Pas. Reformata christiana doctrina multa remouit ex
populo q chrīanæ professioni aduersabanr. Vtinā darer omnia remouere,
vt Euangeliū dici posset, esse, chrīanus mortuus, et chrīanus Euange-
lium viuens. Retinet tñ hæc gens acceptum a patribus victus fruga-
litatem. HO. Et in tempore ipso Euangelium apud nos purū putum il-
luxit antequam corrumperenr oīa vt melior spes esset restituendi in in-
tegr.

tegrum pauca quæ descuerant a moribus chriæ professionis. Pau. Lari-
dum nostris veteribus erat cibus vt Adamo fructus arborū. CAL. In Euro
pa montosa magni sunt suum greges. Non ita est in Asia. Luth. Opinor
suillam nocere Asianis mediterraneis sicut & vinū, quod hæc simt apud
ipsos peregrina. ftos. Medici vituperant suillam carnem, & dicunt multor
morborū esse caussa. Nobis tñ est salubris. CAL. In contigua palæsti-
næ Arabia nullum suillum genus viuere scripsit quidam. SA. Est tñ
apud Arabas succidia, et puto nihil esse tam inimicū vitæ vnius quod
non sit amicum vitæ alterius. Paris Arabibus montanis est mos ex radici-
bus viuūnt, cum panis confirmet cor hoīs. ftos. Et mirū est locustis ves-
ci posse Iudæos, siue nō posse. SA. Est locustæ genus & salubre & mundū.
Et est venenū et impurū. Illud est sapidū quod montanis Syriæ cedit
in cibum. Sus quid comedit præter Immunda quæq.? Pas. Non puto
hanc esse caussā mundi & immundi animalis. Et Philo multa disputat
et alij in huius rei disputatione se excruciant. Ego video animaduertis-
se, ea Deum noluisse populo Iudaico cedere in cibum ex quibus offerri so-
lerent sacrificia dijs falsis. Ea aut permissa sub quor forma adorabat
quæq. gens vicina suos deos, ut veluti mandare videret Verus Deus
falsos Deos offeri sibi in Sacrificiū. Nam carnæ victimæ cedebant in vsu
sacerdotū. Nihil aut cedere poterat in vsum Sacerdotū sacrificatū Deo
quod cedere nō posset in cibum populi si vero Deo nō fuisset sacrificatū.
Exod 8.26. SA. Nunc video quid sit illud: Si sacrificaremus abominatione Aegy-
ptior in oculis eorū nōne lapidarent nos? Nam vaccam vitulum & agnos
ex lege necesse erat Iudæis offerre Deo vero in Sacrificium, quor anima-
lium formis Aegyptij suos Deos colebant. Sed nostri Thalmudistæ &
Cabalistæ multa commentant. Pap. In cabala multa audio latere my-
steria, sicut in Thalmude multa comitia. Pas. Simt ibi multa comi
Liber thalmud. tia sed in Iesum verum Deum, & chrianos Iesum pro vero Deo colentes
vt dictum est. In Iesum chrm nihil, nisi quatenus ex diuerticulo in fera
Cabala. iacitur telum. Cabala, videt alienior a comitijs, sed est velut gramati-
ca prisciani, quæ leges dat loquendi ex autoribus quos legit, quos illi si
demseris, aut alij illos scripsisse ondenas, oēs eius sermonis latini leges cor-
ruent & pessum ibunt. Luth. Cabala dedisse retor ansam magiæ.
CAL. Nullus est tam bonus labor et vtilis, q a malis & improbis nō pos
sit in malum vsu verti. Quid vtilius olim serpente æneo? qui tñ prodi-
giose in superstitionē est versus. Tel. Apud nos quoq. imagines, qbus
Deor multi- tudo. signa notata erant in castris, si accidisset vt victoria potirent nostri, p
dijs sunt adoratæ. Pas. Ita factum fuisse existimo, vt ranæ & pulices
inter deos sint relati. Nam libido hominū fieri potuit, vt horū imagi-
nibus tulerint signa, & retulerint victoria illi populi, q hæc velut Deos
quor auspicijs vicissent hostes, postea adorauerint. ftos. Et quanta erat
hæc hominū cæcitas, illa prodijs colere, q recitat Augustinus in libris suis
de ciuitate Dei? Pap. Ex antiquiorbus autoribus ille collegit, vt vigil ex-
poneret cæcitatem hominū, quæ illi autores pro nobilitandis suis dijs me-
moriæ mandarant. Pas. Assurgamus & gras Deo agamus nos illi, qui se
nobis patefecit eo tempore, quo nostri maiores cum multos adoraret deos
nullum habere dicebant Deum. SA. Quid est quod nullus pravit precibus?

apud.

Apud multos sunt petitiones verbis conceptis scriptæ, quas unus aliquis, sæpe pastor sæpe puer, sæpe familia adolescens recitat in assidendo mensæ, et cum ex mensa surgitur aut mensæ tolluntur. Pas. Seruantur et hic mos a nobis. Aliquando præterit, et quiuis seorsim suis verbis assa voce adorat Deum pro cibo corporis quotidiano, quem ille suppeditat, et pro suppeditato sub finem mensæ gratias agit. Quilibet enim magis suo sono suo ore suis verbis mouetur quam alienis. Quod si adsunt rudiores pastor utrumque munus subit: cum adolescentiores, illis hoc onus imponitur, ut et assuescant ad Deum accedere certa ratione et pudorem rusticum deponant quo malo vexatur illa ætas cum non audet præsentibus alijs loqui. Longissimæ illæ preces quæ a multis relatæ sunt ut exempla essent in commentaria, vitantur a nostris et satis esse videtur si dixerimus: Pater æterne Deus, panem nostrum das nobis hodie liberaliter ut cernimus, cuius rei gratia te submisso capite adoramus. Sublatis quoque mensis dicimus: Pro cibo quo nos donasti gratias agimus tibi æterne Deus, et te rogamus, ne tua solita tutela destituas. Responderunt autem a Corona nota iam omnibus hæbraica voce amen, ominis boni caussa, quod est, ita esto. Sed alijs alia placent, et cum omnia sint concepta ut laudentur ab omnibus Deus, recipienda et probanda sunt omnia. Cibos autem a nobis paratos dicimus a Deo dari nobis, quoniam inter Domini seu Heri penu adnumerantur quicquid a seruitijs labore et cura parantur. Fatemur autem nos esse seruitia Domini cum dicimus panem quotidianum da nobis. Pap. Sed placet Domine nos audire cum iam famem leuauerimus qui totum diem tacuimus, et ne istis alijs impedimento essemus siluimus. HO. Loqui licet et disputare et Abrahamum reuocare ut intersit vestris sententijs. Et tempus adhuc est ad fallendum serio colloquio, et familia interea cænat. Pas. Mirabar hodie cum præsentes viderem quod nihil proponeretis aut vestri aut alieni. Luth. Obstrepere non licet anserem inter olores. CAL. Dic id quod est: ne vos omnes, cum sitis unius opinionis, bilem famis in nos concoquere velletis, abstinuimus a rogando. Nunc non metuimus cum fames sublata placatiores vos reddere potuerit. Pas. Nunc intelligo silentij caussam. Sed siquid est deposito iam metu dum tempus datur proponite. Pap. Si Samuel Teleph. et isti Domini permittunt, ego quæ nostra sunt exordiar. SA. Mihi satis est factum. Tel. Etiam mihi, nisi de ratione vitæ meæ in posterum componendæ vellem aliquid audire. CH. Nos ut audiremus venimus, non ad quærendum cum ad te hodie mane cum istis accessimus. Quare nostro hodierno officio fungemur et in audiendo quæ proponantur perseuerabimus, nisi qua porta viæ data videbimur id quærere posse, quod et nobis silentibus is qui quærit quærere posse videatur. Pap. Nouam doctrinam visus es nobis de iustificationis per imputationem iusticiæ per fidem, ratione, hodie proposuisse contra, quam scripserit adhuc aliquis reformati Euangelij scriptor. Sed nos et rationi cedimus, et quæ dixisti diligentiorem curam exposcere a nobis, videntur ut non solum illa quæ dixisti recipiantur a nobis, verum etiam illa quæ hucusque credidimus de imputatione iusticiæ reijciamus. Dixisti tamen illud Filios filiasque Samuelis Telephi et Actij non esse aut baptizandos aut erudiendos ut fateantur Iesum esse christum, quod Patribus adnumeratis populo Dei

filijs

mos consecrandi mensam.

Benedictio mensæ.

Deum et secundum personam et secundum essentiam unum esse.

essentia nihil agit

3.94

filijs Dei & Ecclesia, q est respublica Dei, filij & filiæ videam̃ una ad-
numerari. Quid dixi videam̃, cum certissimu & persuasissimu esse de-
ctu sit, receptis patribus in numeru ciuium filios & filias eo3 cũ uxore
& successoribus, ojbus pariter cum illis recipi? Et eundem in eade Rep. ho-
noris gradum habere. Dixisti etiã nobis non multo ante diebus transa-
actis, Deum uerum unũ esse persona & essentia. Et de essentia qdẽ DE DEO
quod sit Deus unus assentimur tibi: De persona uero, quod Deus unus VNO.
sit sũm persona, neq. scriptura sacra dicit, neq. aliqs ueterũ aut recen- secundum
tium doctorũ asserit, exceptis his qui hemc angulum orbis prope Turcia essentiam
habitant. Pas. Credite quod scriptum esse legitis, et si credere nõ uul- & personã.
tis Deum esse unum sũm personã quoniã scriptum nõ est, nolite similem s. 65.
ob causã credere Deum esse unũ sũm essentiã, quoniã scriptũ nõ est. Deum et secũ
Quid igr erit iste Deus, unus qdem sed nõ sũm essentia, neq. sũm perso- dm̃ personã et
nã unus? Quõdo igr unus, si neutro modo, quo aliquis, unusquisq; dr sũm essentia
unus, unus nõ est? hoc est: Ignorat quõdo istone sũm essentia, an illo unũ esse.
sũm personã an utroq. sũm essentia, et sũm personã sit unus? Nihil enim
putatis credendum esse quod scriptum non est. Cum aut hoc nõ sit scri-
ptũ quõdo Deus sit unus, alterone an utroq. modo, quo aliquid dr esse
unũ, hoc nõ putatis neq. iudicatis uobis esse credendum. Pap. Sed qdo
quid esse pót quod essentia nõ habeat? Cum igr scribat Unus est, dicta
factũ concludr una essentia esse, quoniã unus esse nõ posset nisi una
essentia haberet. Pas. Et quis unquã uidit aut fando dici audiuit esse: essentia
tias existere, uidere, loqui, sedere, ambulare, stare, currere, operari, cogitare? nihil agit
Si igr Unus est, aliud nihil est quã unus existit subsistit, consistit, ita
ut creauerit mundum, Aegyptios afflixerit Abrahamũ allocutus fuerit
segr iũ ista, nulla essentia faciat, sed unumquodlibet individuũ, ut unus
est, sit unũ suppositũ est. Quid enim est Unus est, hoc est, Una essentia
est si essentia otiosa semper est, nisi Unus est qui nihil facere, cogitare,
operari, deliberare, sentire concedere pót? Et quodo ualeret distinctio il-
la inter falsos Deos & uerũ Deum, Unũ et solum Deũ, posita, qua dr
illos nihil uidere, nihil audire, ingredi, tangere aliquid aut sentire nõ posse
quamuis eor simulacra cum oculis auribus manibus & pedibus pingant
et fingant, cum iste Unus Deus, si esset unus sũm essentia nec audire
posset nec benefacere, nõ magis aut minus uaticinari qua illi? Quõdo n.
dicere posses dij illi aurei habent & nõ audiunt, Noster Unus Deus sũm
essentia, cum imagine humana atq. similitudine careat, sine auribus au-
dit, cum, si Deus sũm essentia unus sit, nõ minus surdus sit iste Deus
qua illi? Quid? Illi dij sunt mortui, atqui nõ minus iste nõ uiuit. "uiuunt"
Nulla n. essentia uiuit sed suppositã, nõ sine essentijs. Quõdo igr Deus
noster ille unus, "dicer uiuere, si ille unus" si essentia est, uiuere nõ possit? Pap. Audi Dne Pastor
et bene intellige. Diximus Mosen hoc in loco legis, narrare Ueritatẽ
Dei sũm essentia, cuius trũ pluralitatem personar, aljs in locis descripsit.
Neq. dicit unum esse Deum sũm essentiam, quod una Dei essentia sub-
sistat: Sed quoniã in pluribus illis personis unius Dei, quar numerum
alibi ponit, plures essentiæ diuinæ minime, sed una sola essentia diuina
subsistat. Quare quod hic locus disserit de una essentia, alius locus nar-
rat de tribus personis, ut qui legit intelligat illum unũ Deũ cum his tri-

bus

bus personis esse coniungendum, vt in tribus personis vna diuina essētia persistat. Sicut aut̄ locus ille qui de tribus diuinis personis narrat ad istū locum nō facit qui loqr̄ de essentia: Ita etiā iste locus q loqr̄ de essentia ad illum non pertinet q loqr̄ de personis. Pas. Et quando tandē ꝓponer̄ aut ex Mose & Prophetis locus q dicat tres esse personas Dei, aut ex Euangelicis scriptoribus locus qui dicat Prm̄ F. et S. S. esse Vnū ~~verū~~ Deū. Et quando tandem ostender̄ fuisse aliquando hōes, qui nō de nūro indiuiduorū vnius diuinitatis, plura ne essent an vnū sed de nūro essentiar̄ diuinar̄ addubitasse, vna ne esset an plures? Et quando tandem nobis demonstrabir̄, voculam vnus referri ad Vnam essentiā & non ad vnum indiuiduum? Quid dicitis vos tres personas? Luth. Quod græci dicunt τρία πρόσωπα. CAL. Expecta, τρία ὑφισάμενα dicunt̄ græcis. Pas. Vox πρόσωπον extat in sacris Biblijs & græce, & quæ huic voci respondet hebraice interpres antiquus vertit faciem quam vocem nullus mutauit. Quando igr̄ Inueneritis scriptum esse, Deum habere plures facies seu πρόσωπα, tunc dicere poteritis Deum habere plures personas. Sed cum vbiq. legatis faciē Dei singulariter, quōdo potestis dicere, Deum habere personas pluraliter cum persona & πρόσωπον vt dicitis sīgeant vnū et idem in duabus linguis? Fugit, inqt, Adam à facie Dn̄i. Vidi Dn̄m à facie ad faciem. Egressus est Cain à facie Dn̄i. Ostende mihi faciem tuā. Abscondā faciē meam ab eis. Et vbinā alr̄? Producite & vos locum vnū, in quo sit scripta vox facies pluralr̄, & sit sermo de Deo, et adduci poterimus vt credamꝰ Deū habere τρία πρόσωπα, tres facies, tres personas. Sed cū hoc nusquā extet, quōdo audetis dicere, vos nolle credere nisi quod scriptū est, cum credatis contra, quam scriptū est, & quod est scriptū credere nolitis? Nā vbiq. scribir̄ vnū esse πρόσωπον Dei: Vos aut̄ dicitis Deū habere tria πρόσωπα. Nonne hæc duo magis opponunt̄, quam: honora patrem tuū & matrem tuā: Et quod offero Deo in sacrificiū, et subtraho ne tibi cedat in vsū necessariū, proderit tibi ô mi pater & mea mater? Atqui chr̄s dicit hoc dictū confodere illud. Quid igr̄ vos statuetis de vr̄a et de scripturæ sacræ sententia? Et tu dicis τρία πρόσωπα esse τρία ὑφισάμενα, vnū, duo an tria? CAL. Tria. Pas. Quoties vnus sunt hi, qui sunt tres? CA. Si sūt tres, et dicis iste est vnus, et iste est vnus et iste est vnus sunt ter Vnus. Pas. Dic clarius. CAL. Sunt tres, quorū singuli sunt vnus, qui quidem alia ratione possent dici Vnus: sed quatenus sunt iste ille ego vnus dici non possunt, qua sunt ego iste ille, sed tres. Pas. Quid si dicerem ego et ego et ego faceremne tres qui dicerem̄ ego et ego et ego, sicut faciebam̄ tres cum diceremus ego iste ille? CA. Minime gentium. Ter quidem dixisti ego, et ter dicendo ego facere nō potuisti vt tu fieres tres, sed vt ter diceres ego. Pas. Quid fieret si tres essent hōes, et singuli eor̄ dicerent ego, illa dicta ter, ego, facerentne similr̄ tres sicut cum dicerer̄ ego tu iste, an minime, sicut minime quis facere pōt vt fiat tres, si dicat ter ego? CA. In aliquā fossam me trahis tentim et sensim. Luth. Quid metuis? τρία ὑφισάμενα si singulati dicant, ego, ego, ego faciunt tres. Tria enim ego sunt tria. Sed vnum ὑφισάμενον si ter dixerit ego, nō facit tres. quoniā ter dictum ego ab eo q vnus est, tres producere non pōt. Alioqui rustici docerent sua armenta loqui, vt,

dicendo

Personæ πρόσωπα ὑφισάμενα facies.

Gen. 3. et 33 et 4 Exo. 33. Deut. 32

Matt. 15. 5

Gen. 17

dicendo pluries ego. multiplicarem. PAS. Tñ ꝺ̄ quisquis igr ratio quæ-
renda est. Cum dr ego iste ille vt sciamus tres ne sint de quibus ista dicant
an vnus cum dixerit de se ego, alius illi propinquus dicat de eode iste, et
alius longissime dissitus aiat ille. CA. Veniamus ad rem, has ambages in-
terrogationu relinquamus. LVT. Relingue, Ego respondebo si tu non au-
des. Ego solus pgrediar, procede dñe pastor. PAP. Quin potius mihi
soli hunc locum cedito, congrediar ego, et istos Euripos dialecticor ena-
tabo. PAS. Putane me esse dialecticum? Si a longe vides aliquid eue-
nire, et quæris aliqñ, qui fiat tibi via socius cum sis itineri accinctus, nõ
ne propius accedis, vt videas sit ne arbos brutu an homo? putasne cũ ipius
veris dialecticas tricas legere? Quod si hoc dialecticam nõ est exercere
cum procedis vt propius cernas ne fallaris, quod a longe dissitum posset tuos
oculos fallere? In argnto controuerso putatis dialecticu artificiu exercari
quu quærendo et respondendo nitimur et studemus veritatem inuenire?
Credite quod ita quæram me, studio inueniendæ veritatis et nõ vos falle-
di quærere. CAL. Ad rem. Quærendu esse dicimus tñ ꝺ̄ quisquarum si
nosse volumus sint ne tres an vnus cum dr Ego tu ille. Illud si vnũm est
hæc vnu erunt. hæc plura erunt si illud non est vnum. PAS. Tria Ego,
vbi tres sunt qui loquunr, et dicunt singuli, Ego, quot ego faciunt? CAL. # CAL. Tria. Pas.
Tria. PAS. Tria reuera ego, quot ꝺ̄ quisquarum faciunt? #Tria ꝺ̄ quisquarum
quem numeru constituunt singularem an pluralem in loquendo? CA. Nõ
intelligo quid dicas. LVT. Timidus factus es hodie, cum sis audaculus ali-
oqui. Quærit si tres sint plures, an vnus. PAS. Non hoc dico. Sed cum tres si-
mul aut loquuntur alijs, aut alij cum illis loquuntr, si isti dicunt tu an vos:
et illi, si dicunt ego an nos? PAP. Si reuera vnum est ꝺ̄ quisquarum, ille di-
cet ego, et audiet Tu, si plura, illa dicent nos, et audient vos. PAS. Nunc
vertite sursu deorsum sacra Biblia et quærite, an vnquam alloquens alloquẽs
vnum Deum Israëlis dixerit vos, Et an Deus alloquens aliquem dixerit aliquã-
do nos. Et intelligite iam vnu esse Deu, esse vnũm ꝺ̄ quisquarum, quonia
quoties cumq. loqr iste vnus Deus, semper dicit Ego et non nos. Et quo-
ties allocuti sunt hoes istum vnum Deum semp dixerunt tu, nunquam
vos. Quod si vocare aliquem et inuocari ab aliquo nõ est essentiæ, sed
individuor seu tñ ꝺ̄ quisquarum, et multiplicatis individuis nõ dr ego
tu ille, sed nos vos illi, vbi aut semper dr et dicendu esse exempla cogunt
ego tu ille, et non nos vos illi; ibi cogit ratio dici oportere. vnu esse individ-
duu et tñ ꝺ̄ quisquarum, segr vnu esse Deu sctm et essentiu et ꝺ̄ quisquarum
quonia nunquam, loquens de se Deus, dicit nos sed ego, et nunquam illi dr vos,
sed Tu. Ego pluam, Ego statua pactum meu tecum. Ego protector tuus
Ego sum Deus Abraham. Erit signu inter me et vos. Nome videtis si-
cut, vos, refer nõ ad naturas, sed ad individua plura vnius naturæ, ita
me referri nõ, ad naturas plures aut vna, sed ad vnu vnius naturæ diuinæ
individuu? ita illa: Tu Deus q̄ vidisti me. Vtinam Israel viuat coram
Gen. 17 te. Et, super Ismaelem quoq. exaudiui te, vtrobiq. et posui te, et vnum
Individuu ea voce refer. CAL. Iam impulsi iacetis in fossa. Prouide-
bam ego has circumductiones ad foueas et labyrinthos ducere. LVTER.
Quid de me? Cum ego aliquid addisco nõ videor in fouea cadere, sed
ex fouea exire. Et hæc audire me iuuat. PAP. Etiam mihi non nihil arri-
dent.

Personæ ego ow tres ꝺ̄ quisquarum facies.

Gen. 3. et 33. et 4. Exo 33. Bene. 32.

Matt. 15. 5.

dent. sed habeo scrupulum. Quid illud est mi ꝺn̄e: In Adam quasi vnus ex nobis factus est. Pas. Deus in sacris bibljs introducit loqui et ipse solus de se solo, et ipse non solus, sed una cum alijs, et sæpe ad alios. Qua consideratio est relata in sacram historia ex vsu humano, præter quem hjstǒja perderet historie nomen et diceret fabula. Nam ita loqui debet historicus vt loqueret natura, ea lingua qua ille scripsit si loq posset. Quare sicut cum dr. Ego sum, Esau primogenitus tuus, intelligimus vnum esse individuum quod logr: ita cum dr: putabam nos manipulos ligare in agro, Aut: plures sumus qua illi time: plures sumus qua vos estis: quamuis per pluralem numerum efferat oratio: attamen nūr persona eius q logr non augeꝛ, neq. ex singulari fit pluralis. Cum aut has locutionu formas cogar historicus Deo attribuere, necesse ē vt faciat Deum, aliquando secum loquentem Deum, aliquando cū alijs q nō sunt Deus, qui loquuntur. Et, Vidit ꝺn̄s, et irritatus est et ait: Abscondam faciē mea ab eis, et considerabo quid fiat in nouissimis eor. Et, Num occultabo ab Abrahamo qua ego facio. Et quidem Abrahamus futuris est in gentem magnam atq. robustam, et benedicent in eo oēs nationes terræ. Et, Clamor Sodomā et Gomorrha qdem multiplicatus est et peccatu eor inualuit valde, descendam nunc et videbo vtrum sdm clamorem qui venit ad me, fecerint consumatione, etsi nō veseiam. Hæc deliberantis sunt Dei secum. Et illa, præmineiantis Abrahamo qd futurus esset quem si ducere voluisset secum dixisset: non descendā nunc, sed descendamus nunc et videbimus. Sicut ille ait de se Rege cum alijs qui reges nō erant: Irene demus contra Ramath Gilead in prælium an desistere? Et, per quam viam ascendemus? Ad hunc modum, qui dixit descendam nunc et videbo, cum ducere secum nollet Abrahamū dixit et: ecce populus vnus est, et labium vnū est ōpus eis, et istud isti incipiunt facere, nec prohibebit ab eis oē quod cogitauerint facere. Age descendamus et confundamus ibi labium ipsoru, vt nō percipiat vnusquisq. labium proximi sui. Dixit inquā descendamus, quōma secum illos ducere et ad disperdendos hoēs mittere volebat q secū erant, qui si relinquere illos voluisset quibuscum loquebat, descendam dixisset, nō descendamus. Cum igr logr Deus, considerare oportet, an ipse secum de suis consilijs solus agat, an alijs loquat de suisq. negotijs tractet. Item, an adhibitis alijs agat et dicat: an vero ipse solus sermocinet. In principio conditi cāli et terræ scribit dixisse Deum, fiat lux, et ante legit: creauit Deus cælum et terra. Illud fecit nemine alloquutus: fecit aut lucem alloquutus tenebras qua erant in cælo et interra, vt ex eis lumen ederet. Qui fecit illud, cælum et terra sūt, dixit et hoc fieri vtrobiq. idem, et creando cælum et terra neminē alloquendo: et iubens lucem fieri alloquendo tenebras. Quid deinde cum ex multis multa fieri iussisset, tandem die sexto alloquutus alios ait: faciamus hoēm in imagine nostra sdm similitudine nram. Et postea: Ecce ille homo fuit quasi vnus ex nobis. Cum enim desiderasset Adamus fieri sicut vnus deor vt sūt sciret bonū et malum, et creatus de

ad imo

Gen. 3.22. Vnus ex nob.

Deus sdm v. secū de cēd. alijs loquitur.

Adami desiderium. 104.

persona loquētis non augetur in plurali numero. 1.106.

Deus cum suis ministris consultat.

Gen. 11.7. descendamus confundam

Gen. 1.26 faciamus hominem

faciamu descenda Nō. nō t cuntur e

spūs et deli cor Deo, sēp Iob. 1. Ps. 8. Apo. 1. Ps. 82. 1. ron. 10. dan. 4. 17 Matt. 18.

narretur ad imaginē et similitudinē et Dei, et eor̄ quibuscū loquebar̄ Deus demonstrari ex Adami desiderio et scripturæ narratione cuiuis pōst, et maiūs quiddam fuisse scire bonū et malum vt dij, ad quod aspirabat Adamus conditus ad imaginē Dei et ~~similitudinem~~ alior̄ à Deo, quam esse conditum ad imaginē Dei et similitudinē. Et sicut Deum esse, est super oīa esse, Esse tn̄ veluti Deum, est fuisse minus quiddam, quā verū Deum esse. postquam esus cibi dare spem Adamo poterat vt illud euadere posset; cum in verū Deum euadere esset impossibile, oībus, tum temporis à natura esset notissimū et compertissimū. Quicumq. igr̄ ex eo quod Deus alloquendo alios à se, dixit faciamus hoēm, Et, factus est sicut vnus ex nobis, putant illos alios quos allogr̄ Deus fuisse veros deos, sicut verus Deus est verus Deus, hi videnr̄ ignorare Deum solere in scripturis sacris cum aliquid celebre vult facere consulere suos ministros spiritus se circumstantes veluti cum ipsis incepturus opus illud, quod ipse est suis viribus absoluturus, vnde et ipsi soli opus confectum attribuir̄. Et preterea ignorāt consuetudinis humanæ mores. Nam cum vnus allogr̄ alium nomine dicere solent, nos ibimus? Nos faciemus? Nam Abrahamus alloquens lotum dicit: Nos fratres sumus. Quid si Deus mitteret Angelum suū cum hoē, vt Raphaelem cum Tobia, et diceret, vos ite, et illi dicerent, nos ibimus? Posset ne hinc argm̄ duci, illum et hunc esse naturæ vnius? Pap. Abrahamus et Lothus vnius fuere naturæ cōis omniū, qui hoēs erant. Pas. Ita est. Sed hoc colligere nō potes ex eo quod hō hominē alloquens dicit: Iste est sicut nos sumus, vnus ex nobis, similis nobis: sed ex eo quod prius scis et illum q logr̄ et illum q audit esse hoēs. Si hoc nō esse constaret ratio consecutionis nō cogeret, vt illos duos vnius esse naturæ fateremur: Alioqui si angelus hominē allocutus diceret vt alicui proposito seruiret: Secedamus hac, tu mei similis es, ille dissimilis, sequerer̄ hoēm et angelum vnius esse subæ seu naturæ. Sicut aut̄ ex hoc modo locutionis faciamus, descendamus, nos, nobis, cū sermo fit cum alijs à Deo, nō segr̄ vt Deus loquens et hi quibuscum logr̄ sint vnius naturæ, Ita nō segr̄ ob numeri pluralis rationē concludere vnū loqui ad duos, cum loqui possit ad pauciores duobus et plures. Nō minus enim Esau dicere potuisset Iacobo fratri; Antecedamus nos, quā Gedeon militibus suis plusquā centenis irruamus in Madianitas.

Nisi igr̄ his locutionibus subsidiū ferat historia et sigcetur vnū loqui ad duos, Et vnum et duos esse vnius naturæ, certitudo haberi nō pōt aut Deum loquentē cum his quibus logr̄ vnius esse essentiæ, aut Deum vnū loq cū alijs, q sunt tantū duo. Vtrumq. aut̄ falsū esse, loquentē sēt Deum et audientes alios fuisse ad summū tres, et illū et hos vnius naturæ esse, ostendit ipsa narratio. Et primū quidem quoniā Deus nō cum alijs loq introducir̄, quā cum his q apud se sunt apud Deū aut̄ millia millium esse beator̄ spirituū et sanctor̄ Angelorū testar̄ vbiq. sacra narratio. Hi alibi filij Elohim dicunr̄, alibi Elohim, alibi spiritus astantes ante solium Elohim. Nam si hoēs, gōs aliquando allogr̄ Deus dicunr̄ Elohim, multo magis hi spiritus q semp vident faciem patris Dei et semper mittunr̄ huc illuc vt administrent his

Gen. 3.22 Vnus ex nobis

Deus solus et secū et cū alijs loquitur.

Adami desiderium 104.

persona loquētis non augetur in plurali nūro 1.106.

Deus cum suis ministris consultat.

Gen. 11.7. descendamus confundamus

faciamus descendamus &c. nō tres tantū esse

Spr̄s et angeli corā Deo, sēper. Iob. 1. Ps. 8. Apo. 1. Ps. 82.1. et 91.10. Iu. 10. Dan. 4.17. Mat. 18.10.

Gen. 1.26 faciamus hominem

his qui hæreditatem capiunt salutis, dici more scripturæ sacræ poterunt Elohim. In horum conditione vitæ desiderasse Adamum erigi per usum cibi coniectura capi pot ex verbis illis: Quando comederitis ex ipsa, aperiemur oculi vri et eritis sicut Elohim scientes bonum et malum. Et, Ecce ille homo fuit quasi unus ex nobis (Elohim sz.) ut sciret bonum et malum. Imago enim et similitudo Dei in oibus erat spiritibus et Adamo imperij sz in ea quæ erant creata, Et hac parte minor erat Adamus angelis seu dijs. Minusti, inquit, eum paululum ab Elohim. Hæc aut imago et similitudo prius fuerat a Deo data spiritibus quam Adamo. Quare Adamus edendo cibum illum arboris, putauit in ea noticia boni et mali venturum, quæ erat in Elohim, seq. comedendo fructum illum fore veluti Elohim. Et videte animi perspicientiam, q erat in oibus vetustis interpretibus, quod cum sit eadem vox Elohim, cum dr: Creauit Elohim, Et, Eritis sicut Elohim. Ibi tn verterunt semper Ro's Deus: hic aut Roi seu dij ut numerus indiuiduor et no naturar qui hic est, inde excluderer. Eadem quoq. narratio prohibet ne existimare debeamus, Deum Elohim, Et illos Elohim seu sprs creatos ab Elohim, cum qbus loqr Elohim, cum illos huc et illuc mittit esse eiusdem naturæ. Nam qui sunt isti, quos alloqr Elohim dicens: faciamus hoem: Et, Ecce ille homo quasi unus ex nobis factus est? Nisi hi quos Elohim no est allocutus cu crearet cælu et terra et iuberet ut ex tenebris orirer lux. Quod si verus Deus is est unus et solus qui cælum et terra creauit, cum hi quos sexto die alloqr Deus cu vellet creare hoem dicens: faciamus, no creauerint nec cælu et terra nec aliquid eor q sunt creata per oes sex dies ante conditu hoem, seqr istos no esse illum verum Deum de cuius nuro controuertimus. Nam si isti eiusdem naturæ fuissent cum illo, et haberemus innumeros deos, et sine istis no potuisset ille unus creare aliquid nedu cælum et terra, nec opus fuisset illum unu istos multos alloq in sola creatione hois, cum in creando cælo et terra opus fuisset conferre prius cu illis multis, et an creandu fuisset cælum et terra, et quodo distribuenda quæ creanda viderenr. Unde, quamuis dicar faciamus ad imagine nostra et similitudine: ut tn intelligar hanc imagine et similitudine esse una, sed a Deo illo creatore cæli et terræ uno, datam istis q cælu et terra cum Deo no crearunt, sicut postea data est Adamo, subditur: Creauit itaq. Deus hoem in imagine sua, in imagine Dei creauit illu. Et, formauit qo Dns Deus hoem, quoniam imago quidem ista cois est Deo, spiritibus alijs a Deo, et Adamo, q ad oes viros similes Adamo est transfusa, sed q viribus et voluntate Dei donata sit omnibus. Pap. Illa consultatio Dei cum istis dicendo: faciamus, Indicat aliquid fuisse æqualitatis inter istos et illum. Pas. Nulla æqualitate aut in natura aut in honoribus esse inter Deum et istos demonstrat, et quod oes isti vocanr ministri Dei, et administri hominu iubente Deo, et quod, cu consultationes haberi narrar inter reges et seruos regu apud nostros scriptores, oes quidem humilr audiunt q Rex proponit, nullus tan est par regi nisi quem ipse erexerit et ditauerit. Quæ oia sunt voluntatis opera et no naturæ nec oportet, ut is qui consulitur, sit eiusde naturæ cum eo qui petit consiliu ut necesse sit si ho consiliu peteret ab Angelo, hoem et Angelum.

Adami desiderium. 107.

Gen. 3. 22. 5.

Imago Dei in Adamo

Ps. 8.

Imago angelis prius data Adamo.

Angelos non esse cæli et terræ creatores.

Gen. 1. 27.

vocabulu faciamus no sigcare æqualitate naturæ.

Raphael Angelus dicit, Tobiæ: frater, diuertemur ad Raguelem. Tob. 6. 10. Esa. 1. 18.
vide Psal. 132. 8.

SEXTVS

consultationum mos.

lum vnius esse naturæ. omnium tamē consiliorū expeditiones opibus regis fiunt. Sicut autē in consilium adsciscitur is, quem rex voluerit, sicut Absalom suo consilio adhibuit Achitophelem & Husai: Ita inde reyciūr si regi displicuerit is q̄ prius fuerat consiliarius. Et hic est mos consultationū, q̄ recitantur in sacris biblijs, vnde et consiliarij serui regū nominanūr, quibus sunt à consilijs. Quamobrem cum et ipsa nomina et ipsa narratio sacra contradicat, ne hi dici possent æquales Deo, q̄s alloq̄r Deus, dicunūr enī serui Dei, et pro arbitrio eōr quibus assistūt aut admittunūr in consilia aut inde reyciunūr hi, abs q̄bus petiūr consiliū seq̄r nullam æqualitatem naturæ esse somniandā inter Deū et illos quos allocutus est Deus dicendo: faciamus hōem. Quod si alr vobis videtur, cauete ne aliquando ex diabolo aut ex hōe faciatis verū Deum. Consultationis enim formā habet illud: Nunquid considerasti seruū meū Iobum? Et, In quo tu poteris decipere Achabum? Et, Quis nobis ibit? quem mittam? Nam illa cum diabolo conferunūr, et hæc præsente Esaia in consultatione sunt dicta. Luth. Sed quid illud est: Quis consiliarius Dei fuit? Pas. Aliud dicam de re. Locus aut ita habet: Quis hominū nouit ea q̄ sunt hōis? Et postea: Ea q̄ sunt Dei nemo nouit, hominū sz̄t. Disputat enī Paulus neminē hominū scire posse ea, q̄ sunt Dei, nisi Deus patefaciat hōibus per sp̄m suū. Res aut sic habet, Dei cōsilia nullum scire, scire tn̄ oēs q̄bus sua Deus aperit consilia, angelū et hōes: et Deum nullius consilio indigere, cū ipse sit ipsissima sapia, proponere tn̄ q̄ facturus sit suis administris, vt benignissimus Dn̄s, veluti consilia eorū audire cupiens, cū tn̄ ipse sciat quid sit facturus. CAL. Quid illud: Et hi tres vnum sunt? Pas. Quid præcedit? tres sunt testificantes, huic dicto subijcito, et hi tres vnū sunt in testimonio dicēdo. Sicut illud: Isq̄ plantat, et is q̄ rigat vnū sunt in ministerio sz̄t. Et, Non pro eis autem rogo tantū sed et pro his q̄ credituri sunt per sermonē eōr, in me vt oēs vnum sint, sicut tu pr̄ in me et ego in te, et ipsi in nobis vnum sint, in amore et consono sz̄t aīo et voluntate. Et Nullus est locus tam obscurus cui lucem nō possit dare et ratio argumenti, et antecedentia et consequentia modo docilis sit lectoris animus. SA. Si diu tardauero excludar ab hospitio. Tel. Similis mea est cā. Hos. Curabimus vobis aperiri, nam vrbis huius pastores sumus vt noster hic pastor dixit legitimi, et voci nostræ sunt gratia Deo, audientes oēs. Pap. Conclude aliquid Dn̄e vt hinc cum operæ precio discedamus. Pas. Quale operæ precium desideras, cum nos tempore his ædibus excludamur. Hos. Reducite Dn̄o in memoriā. Nam ego nō memini vbi essemus. Pas. Non opus est. Dicebam, ego vocitam, personā, designare nō naturā. Vnde Abraham cum dicat: Ego adferam buccellam panis; coniunctus tn̄ in oratione cum Lotho, dixit: Viri fratres nos sumus, mutato indiuiduo vno Abrahami, et coniuncto alteri indiuiduo Lothi, sine mutatione naturæ. Quod si, Ego, respiceret naturā, dici permitterēr fratres enim Ego sumus, quod non permittit consuetudo sermonis, cuius consuetudinis obseruantissimus esse historicus debet. Permittir tn̄ dici: fratres enim Ego et tu sumus. Quare, sicut Ego tu indiuidua sig̃cant, et ꝓp hoc connecti possunt vt dicar Ego et tu sumus fratres: Ita si alterutrū aut vtrumq̄ naturā sig̃caret, repudiarēr, oro: Et quoniā natura naturæ paris amplitudinis connecti nō soleat; Et quoniā natura aliena cum indiuiduo alieno nullam communionē habeat. Huic meo sermoni opposuit se Iste dicens: Deum, qui dicit sēper Ego faciā, aliquando dicere, nobis, quod est nō solum Ego sed et nos. Quare si.

3 Reg. 22. 20
Esa. 6. 8.
Iob. 1. 8.
Esa. 40. 13.
1 Cor. 2. 11. 16.
Quis consiliarius Dei fuit
1 Ioa. 5. 7
et hi tres vnum sunt
Ioa. 17. 21. 22.
Vocē, Ego, psonā designare

redditam Abrahamo in hac vita dicendum esse vider, tum in altera vita fuisse redditum, cum Deus potior oi terra merces iusticiæ facta est Abrahami. Non igr hæc sunt subtilitatis sed diligentiæ eor q ante nos sacra Biblia vetustar narrationu sunt interptati, quor interptatio adæquasse visa est autoritate illa ipsa scripta, quæ sunt interpratati. Illi viderut suis perspicacibus et lynceis oculis in voculis: vita, terra, mors, abominatio, amor, odium, quiddam æternu delitescere. Quod si nos videre nolumus ne videamur subtiles intueri, cogemur fateri aut Deum mendace fuisse in promittendo quæcunq præstitit: aut illos sanctos Viros fuisse deliros hoes q no viderent se falli ab eo, q spebus onerabat cum factis nihil præstaret. Illud aut est iucundissimum auditu: Ego sum pars tua et hæreditas tua. Quod dictum etsi ad Levi dirigar, quadam tn rone ad oes pertinere dicendum est, q habitare ceperunt in tabernaculo altissimi incipiendo ab Abrahamo. Cui dicto si addas illud: Ne perdas Dne populum tuu et hæreditate tua, quam redemisti magnitudine tua. Et Iacob est funiculus hæreditatis Dni: Hæc inquam duo si coniunxeris, vt Deus sit hæreditas populi sui, et populus Dei sit hæreditas Dei, Cum statueris nunqua hæredē esse sine hæreditate, nec hæreditas occupata ab hærede, sine hærede cōcluseris æternu hæredem esse no posse sine hæreditatis æternitate, nec æternam hæreditate sine æternitate hæredis. Quare si Deus est æternus, et est, et hæres, et hæreditas, necesse est vt sint pariter æterni hi, quor caussa ille dr hæreditas et hæres. TEL. Audivi iam de pollicitis diuinæ legis et comminationibus, æternor bonor et malor esse has et illas, q tn aliquando inceperant in hac vita, et illa, et istas in his q seruirent aut auersarent Dei leges. Hæc videor intellexisse, et video me duobus stimulis vrgeri ad seruiendum Deo. Vno, magnitudine bonor q parata sunt æterna vitam victuro: Altero, truculentia pænar, quas fugero, si deo seruire in animu induxero. PAS. Restant adhuc qdam, q pertinent et ad personam et ad successores eius q seruit Deo in obseruantia legum diuinar. Vnu est illud quod vider grauissimu: hoc expendes, inquit, in corde tuo tecu, vt sic quis castigat filium suu, sic castigat te Dns Deus tuus. Quæ verba mutuatus Salomon ita vertit: Castigatione Dni fili mi ne neglexeris, neq fastidium habeas in correptione eius. Quem enim diligit Dns, hunc corripit, et sicut pater filium gratum (corripiendo) habebit. Quibus verbis ita subscribit accuratissimus legum diuinar inspector: Si castigatione sustinetis, scito te vobis se offerre Deum veluti filijs. Quis em est filius quem no castigat pater? Quod si alieni estis a castigatione, cuius participes sunt oes (legitimi filij) igr spurij estis no (legitimi) filij. Hæc monitio necessaria est. Nam animus vulgariu hominu deo seruire cupientiu præmijs intentos habet oculos. Quod cum vident alr secum agi a mundo, qua ipsi sperassent et desiderassent desiliunt et retrorsum abeunt. Non putant enim satis esse virtutis studioso virtutem nosse et coluisse, et veritate quærenti, veritate inuenisse et possidere. His alia addi vellent, et qdem terra et terrena beneficia, honores, gratias, opes, felices successus, nec vident antrorsu, oes illos, q veritatis amantes et virtutis cultores fuerunt nunqua cum mundo conuenire potuisse. Cuperent isti, Deum nouas leges figere, et alr cum ipsis agere incipere, quam hucusq cum oibus sanctis suis et caris filijs, cum virtute ipsa et veritate egerit. Nam ad hoc vsq tempus virtus et veritas nunqua fuit sine cruce, nec quisq

Num. 18. Ego sum pars et hæreditas tua.

Deu. 9. 26. 32. 9.

hæredis et hæreditatis rō

Castigatio

Deutr. 8. 5.

Prou. 3.

Heb. 12. 7.

hominum in pmia intentorum ingeniu

Virtus et veritas nunqua sine cruce

NONVS

quisquam inuentus est q thesauros et uniones virtutis et veritatis inuē:
tos obtexerit ne in impuror manus deuenirent sine dispendio omniū rerū
suar, q mala cum acciderunt læto ferebant aīo, quod sciretur à patre amantis:
Matth. 10. 34. simo ita consueuisse tractari filios q haberent carissimi. Et ferme per:
petuū est Epiphonema nostror autorum, virtutem et veritatem nō esse quā
oēs laudant nullus persequitur, Et aliud potius esse quā virtutē et verita:
tem, id quod cum quis possidet à nullo durā patir persecutionē. Et dicit
Matth. 10. 34. Iesus chrs, Necesse esse, necesse inquā esse ad lucem veritatis et virtutis
apparentem seq orbis commotionem et tumultus, et ad iactum margaritū
et uniones ad canes et porcos conseq morsus et dilacerationes. Hoc hominū
Matt. 13. 20. sati in saxetum q. genus Iesus chrs petras nominat, q cum recipiant veritatem et colant
virtutem, orta persecutione id tandem deserunt mæsti quod ab initio cum
gaudio susceperant. Grauissimū tn esse video, vt, cum abneges teipsum
et tuos affectus, vt Deo seruias, insurgat Deus aduersum te et castiga:
re pergat, cum tu incertus sis cur hoc faciat. Consuetū tn est et celebrar
affectus Dei erga tales virtutis et veritatis cultores, quos ipse Deus p hos
et illos hostes suos veluti inimicos castigat et dr esse affectus amantis
patris erga caros filios, nō odium Dni erga exosos seruos. Quid faciemus?
Ita ipse vult, his legibus viuit cum his quos suscipit in legitimos filios:
quibuscum has leges nō seruat, filij Dei dicendi non sunt. Qui enim (inqt
ille quem modo citaui) nō castigar à Deo, filius Dei nō est. Ego vero non
solum castigari, ver et occidi paratus sum vt pro filio Dei legitimo agno:
sci merear. TEL. Duras conditiones degendæ vitæ sub legibus Dei mihi
filij Dei cur castigantur. narras. Et opinor eas huc tendere vt sensim animus odire incipiat locū
istū huius vitæ, vbi hæredes Dei nullam consueuerunt habere hæredita:
tem, et ad illum suspicere vbi sita est hæreditas et mercedis reddendæ
locus, incipiatq. mors esse sono ipso grata, q via sit ad illa æterna bona
et peccatum odiosū, quod viā obsepiat ne ad perpetuitatē possessionis fu:
turor bonor penetremus. PAS. Sicut hoc durū vider: Ita alter illud
est gratissimū, quod ita habet: Ego sum Dns Deus tuus, Deus æmulator
Deu. 5. 8. visitans iniquitatem patrū in filijs et in tertijs atq. quartis filijs eor qui
oderunt me. Facio qo miam in millibus (filijs post filios) diligentibus sz
me, et obseruantibus præcepta mea: Scias quod Dns Deus tuus ipse est Deus
Deus fidelis custodiens pactum et miam diligentibus se, et obseruantibus
Deu. 7. 9. pcepta eius in mille generationes (post generationes) Ipse retributionē fa:
cit his q odiunt eum in facie sua, vt perdat eos, nec tardat quin illi, q odit
In facie quid sit. eū in facie sua retributionē faciat. In facie sua, inqt, hoc est, apertissime
manifestissime, oībus videntibus, cernente sole. Et ira Dei quartam
generationē impior nō transit: Amor aut millenas generationū successio:
Amor Dei superat iram. nes attingit, quod est amorē Dei superare irā nonagies sex nuro generatio:
nū. Quare si tu parueris legibus diuinis, præterquā quod oēs pollicitatiōes
Dei, q comitant legis studio die noctuq. vacantem, benedictiones sz Dei
Legis præstitæ præmia quāta. in oī loco, in quo tu fueris diuturnitates vitæ et hic et in terra viuentiū bo:
na hæreditatis q nullus unquā hominū excogitare, qualia sint, potuit, q
superarent precio, pondere, nuro, mensura, oēs spes et desideria humana,
tuas esse spe et rē persuadere tibi potes: verum et sperare debes Deū tui
grā oēs tuos posteros ad vsq. mille generationes sub tutela sua habiturū,
vt

ut duplex sit posteror tuor futura tutela Dei. Una fidei qua perfi- tutela Dei duplex.
dem tuam factus est Deus Deus tuus, et seminis tui post te usq. quo sit
futura memoria tui: Altera legis qua no solum suas leges obseruantes comple-
tium posteros ad mille usq. generationes, ut vel ex hoc innotescat vir- ctir Deus, vel et suas leges obseruan-
tus fidei super legis beneficium, quod illa oes successor grationes imbuit
etiamsi fine caruerint, hac millenar grationum termino conduditur.
Talis conditio segr tuos posteros si legibus Dei obseruandis vacauerit.
Scribir enim: Non vobiscum solum Ego facio pactum istud atq. iuramentum Deu. 29. 14
istud, sed et cum oi eo qui hodie apud nos hic stat coram Dno Deo nostro
et cum eo q no est hodie hic nobiscum. Quare si te fidei et legis iurame-
to et pacto Deus tener duplici tutela protegere, tenebir et filium tuum
triplici, nepotem quadruplici, et ordine reliquos posteros tuos multipli-
cato ex pacto et iuramento nuro uno tutela protegere et gubernare
successores oes tuos ad mille usq. generationes. Et quis non felix ex
tuis posteris vel hoc uno quod Deum unum et solum, cuius est caelum et cae-
lum caelor, terra qoq. et qcqd in ea est, habeat tutorem et oeconomum? Deu. 10.
Quod si tu, quod Deus omen auertat, cogitaui enim de te ab initio meli-
ora, et de isto samuele, sed expli gra haec dicunr: Si tu, in qua facto
chrianus eor vita considerata, q dicunr chriani et turpissime et perfi-
diosissime viuunt, leges Dei parum curaueris, melius tibi fuisset nu- 2 Pet. 2. 20
quam beneficium fidei chrianae attigisse, quam postquam attigeris, no per ea
opera direxisse vitam tuam, q parauit Deus ut sdm illa seruirer sibi.
Nam praeterquam quod plus repender tibi mali, quod plus boni in te sit Luc. 12. 47 48
collatum, et in eodem gre peccati plus multaberis nunc, cum noris et Deum
et voluntatem Dei, quam antea cum sine Deo viueres et sine noticia vo-
luntatis Dei: Accedit et illud quod ira Dei te corripiet et ptransi-
bit usq. ad filios tuor filior, quoad extare poterit aliqua memoria tui.
Quod si morem viuendi tuum improbum et ex legem tuo explo ductus
sequer filius et filij filius et tu tibi concilias maiore Dei ira, ob vitam
nefariam et explm malum et filius no uni irae se subijcit Dei. Instat n.
in eum iratus Deus cum oibus execrationibus legis, et ob patris eius in-
gratam memoriam et ob paternor malor imitatione. Quod aut in te est
simplex, sed saeua Dei ira, id in filio tuo est duplex, in filio filij est triplex,
in pronepote est quadruplex. Noueris aut quod haec irar Dei multi- Irarum Dei multiplicatio.
plicatio est firmata pactis et iuramentis, ut noris immutabilitatem
sigcari consilior diuinor, ut in bonis, ita in malis. Et quanta est ho-
minis infelicitas ubi tot in eum diuinae condensant irae? Et ubiq. est exe-
cratus a Deo reiectus, et malis multatus? Nosti Deum? Si bene nosti
unum et solum esse Deum, nosti et esse misericordem diligentibus se Deu. 7.
et crudelem erga illos, q suis legibus viuere nolunt, ut tantum noris tibi
obesse noticiam Dei, si Deo parere nolueris, quantum prodesset, si legibus
Dei obsecundares. CHO. Scribir tn: Sicut aia patris, ita aia filij mea
est. Filius no portabit iniquitatem patris aut iusticiam, nec pater porta-
bit iniquitatem aut iusticiam filij. Sed unusqsq. in ppria iusticia aut Ezech. 18. 20
iniquitate viuet vel morier. PAS. Sensum recitasti no verba Vatis. filius non portat iniquitatem pri
Sed notasti illa: sicut aia patris ita aia filij mea est? loqr aut de p-
missionibus recipiendis, quod ius filior transiens a parentibus ad
filios et filios filior, nunquam perit semp viuat, si obedientia erga le-
ges

NONVS

ges diuinas accesserit. Verba aut̄ ꝓphetæ ondunt minas violatæ
legis diuinæ nō transire ad patris impij liberos si illi virtutē coluerint
a vitijs discesserint. Similr̄ pollicitationes Dei ob leges obseruatas nō
pertinere ad filios, si filij nō fuerint patris in iusticiæ cura imitato:
res. Ad hunc modum dicimus: Sicut patre impio si filius iustus fuerit,
nō subit execrationes legis, q̄ corripuerant cum toto grē, prm̄, sed legis be:
nedictiones q̄ ad manus offerunr̄ legis dei obseruatoribus: Ita si pater fu:
erit iustus et filius impius, filiū sequenr̄ violatæ legis pœnæ, et nō pro:
missæ patri benedictiones. Sicut igr̄, si imitatio accesserit, filijs Sanctor̄
Joa. 8. patrū, vt nō solum sint filij Abrahami sdm carnē, ver̄ et sdm spiritū
et vitæ imitationē, multum illos iuuat ex semine Sancto ortos esse. Ita
si impius filius habuerit impiū patrem, duplicat sibi pœnar̄ caussas,
et onera execrationū, vt magna sit adhibenda cura patribus, aut ne se
impios imitenr̄ filij, ne duplices et triplices et quadruplices malor̄ pœnas
dependant: Aut ne se in timore Dei degentes vitam deserant posteri,
improbam vitam sequentes, ne et policitationes sibi benedictione Dei fa:
ctas perdant, et nouas maledictionis Dei caussas geri cōi concilient.
Quæ tales aliquando sunt vt ira Dei auertere nequeant aliqui sanctor̄
supplices quicunq; tandem illi sint, nō Abrahamus, nō Moses, nō Noe
Sanctorū p alijs orōnes nō semper exaudiunr̄. non Job nō Daniel, nō Jesus chrs, nō Apli si viuerent. Legimus enim
Luc. 23. 34 Jesū regasse patrē Deū, vt Judæis ignorantibus quid facerent, par:
Act. 7. 60 cere vellet. Hoc ipsū Stephanus fecit. Sed cum Jerosolyma esset plena
Jer. 15. 1. ad summū vsq. labrū sanguine ꝓphetar̄ vindictā deposcente, nihil
4 Reg. 22. 16 impetrauerunt. Morir̄ igr̄ quilibet in sua aut iusticia aut iniusticia
sed relicto fomite scintillæ benedictionis aut maledictionis Dei, qui cor:
ripit posteros, si iusticia aut iniusticia parentū secuti fuerint in
vita degenda. Et pulcra atq. iucunda est illa consideratio, qua pro:
nepos suor̄ atauorū et proauorum suspicit iusticias, et aui forsan
impietatem cum patris pietate confert. Si enim iusticiæ fuerit cul:
tor corripier̄ a pollicitationibus misericordis Dei factis proauis et atauis
et patri, quod in mille generationes esset protecturus semen illor̄, quod
cultores Dei fuissent: non corripier̄ aut a minis, auo desertori diuina:
rū legū factis. Hæc ratio in minis nō succedit. Nam patris iusticia
delet ex memoria Dei oēm cogitationē minar̄ factar̄ impijs auis pro:
auis et atauis. TEL. Hæc Magnū Deum decent, propensiorē esse
ad commiserēdum, quā ad puniendū. Et, ita regere mīam et iram, vt
nec illa prosit, nec ista obsit immerentibus. Sed in his q̄ peccant est ne
aliquando ratio auertendi minas a se et a suo grē? PAS. Est, et potis: DE POE:
sima qdem omniū pœnitentia, sine qua nulla est rō conciliandi sibi NITEN:
Deut. 30. 1 Deū. Illis enim verbis legis: Cum venerint sup̄ te oīa verba ista, be: tia
nedictio et maledictio, q̄ Ego posui ante faciem tuā, redibis ad cor tuū
apud cunctas gentes ad quas te propulerit Dōus Deus tuus, et conuer:
teris ad Dm̄ Deū tuū: Conuertet Dn̄s Deus tuus captiuitatē tuā et
miserebir̄ tui. Et q̄ sequunr̄: Super seruos suos pœnitudine ducer̄, cum
Deut. 32. viderit abijsse potentiā et quod veluti in nihilum sit redactus (populus
suus) His dn̄q verbis fœdere perpetuo obstringit Deus fidem suam, se
parciturū his q̄ leges eius deseruerunt, maledictionesq; commutaturū
cū alteris totidem et amplioribus benedictionibus, si pœnitentia præte:
ritæ vitæ ducti, ex toto corde, hoc est nō fictē et simulatē se ad ob:
seru:

seruantia legum diuinarū conuerterimt. Quibus in verbis apertissime
demonstrat, quantū sit Deus ad bonum propensus & ad multandum tar-
dus. Nam nūn sicut si tui filij relicta pietate impietatem colugrint, ius
filiorū quod abs te ad illos transit, vt dicam filij Dei improbi tamen
ipse malam vitam exterminare nō possunt, ne in illis permaneat semper
& ad posteros eōr pertranseat, quoad suum genus perdurabit: Ita & im-
pietas tua signa esset in te vbi violatas leges Dei, si filij tui fuerint
iusti impietatis tuæ memoria est in illis permansura. Deleri enim me-
moria sceleri patris in filio iusto: sed nō deleri memoria iusticiæ pris
in filio improbo. Quare maior est existimanda ius iusticiæ q̄ imputat
per fidem & legem, quam iniusticiæ q̄ imputat p̄ infidelitatem Chri-
camus enim ita dicis? & impia vitam. Ctra O. Dixisti, q circum-
cidi, teneri eotam legem seruare. Sacr igr vt q nō circumcidat nō
ANTICHRISTIANVS teneatur seruare legem. concionantes quidam male edocti dicunt quor damnatio est iusta, nō noui popu-
cogitantes nec cogitare volentes libertatē noui populi esse a lege nō li quo-
dum virtutis & vitij, quas Deus paciscit se inscripturū diis eōr q sibi cre-
dent: sed sanctificationis & puritatis q̄ acquirebat p̄ circumcisionē.
Nam fidei datū erat ad sanctificandum nouū populū & perpurgan-
dum, eius corda, quod olim erat circumcisionis. Quare segr ex verbis
Pauli nō illud: Igr q nō circumcidi est liber a lege: sed hoc: Igr nō tota
legem teneri seruare nouus populus q nō circumcidit sm legem Mosis,
sicut teneri seruare totā legem is, q ex legis Mosaicæ præscripto circū-
cidit. Nam ille liber est a tota lege sanctificationis, cum sit sanctifica-
tus per fidem, nec sabbatha nec victimas nec aquas lustrales, nec dies
festos nec nouas lunas & alia q̄ sunt sanctificationis instituta serua-
re. Sicut aut, vt euangelium aliquantum, circumcisio carnis iubebat
priori populo, veluti indicium circumcisionis ai q̄ maxime omnibus a Deo
requirebat & in nouo populo, circumcisio carnis desijt nominari, comme-
data ai circumcisione. Ita & pollicitationes vitæ, terræ, salutis,
longeuitatis, cum in nouo populo æterna dici cœperunt, & termissa
mentione terrenor bonor, q̄ oia erant in manu nō veteris sed noui po-
puli, nō debet quis cogitare in veteri populo æterna nō fuisse, qua
nōe terrenor, vt diximus, intelligebant. Quid enim Deus nouo popu-
lo terrem promittere poterat, quod ille nō possideret? Quid dat Judæis
veteri populo æterni nominare, potuisset, quo ille frui nisi moriens cir ter-
potuisset? Quid aut magni de æternis bonis & potentia Dei ad rena bona
reddenda æterna bona cogitare poterat, si se in mendicitate & mi- promissa
sera vita cum rudis adhuc esset populus & terrenū splendorem
admiraret, & quietem poscerat alicubi in terra, Deus ille magnus de-
seruisset? Quare Deus mendicos illos voluit onerare promissis
terrenar rer & opulentos reddere, monarchiaq. orbis q̄ tum in Chananæa
erat donare, vt quanta esset virtus Dei ad reddenda bona æterna, qua
bona dies ais exceperant & spe possidebant intelligere possent cū viderent se
his bonis politos auxiliante Deo, q ne cogitatione quidem comminisci potuis-
sent se aliquando potituros esse. Quod si ista non recipimus, negemus igr
patres illos veteres credidisse Deū esse inuisibilem spm, quoniā nusquam
narrat incorporeū esse Deū, sed vbiq. manibus pedibus etentem, os, facie
caput, oculos habentē, sedes scabella, tentoria, tabernacula, arma possidē-
tem.

Gal. 5. 3.

Act. 10. & 15.

3 Reg. 14.

Deut. 4. 15.

Ius iusticiæ maior quam iniusticiæ

bona æter na a lege promissa.

Scriptores sacri

vitæ
nāe cur
nulla mi
in lege

NONVS

tem. Amori, odio, patientiæ, iræ subiectum. Quod si alius est Deus le-
gis, alius Deus descriptus rudi penicillo vt crassus populus intelligere
posset quid esset Deus in lege, quamuis per hunc ad vnũ Deũ illum in-
telligendũ perueniretur: Ita ẽt alia terra est legis, alia vita, alia mors,
et hæc alia sunt ab his q̃ describunt̃ in lege, promissa fuisse. Cum tamen
hæc declararent potentiã illius Dei, q̃ esset redditurus æterna, sicut
alia est circumcisio cordis quã lex perquirit, ab illa circumcisione q̃ iubet̃
in lege, quæ tamẽ gradus quidam est vt ad illam penoscendã ascendar̃.
CHO. Scribit̃ tamen: Sitis valde cauti pro animabus vr̃is, quoniã non
vidistis vllam similitudinem in illo die, quo locutus est Dñs vobiscum in
Horeb, de medio ignis. Vocem verbor̃ vos audistis, sed similitudinẽ nullam
vidistis præter vocem. PAS. Hæc nõ probant Deum esse incorporatũ
his, quibus nõ pbar̃, patribus Sanctis promissã fuisse cælestem patriã
si Dei legibus paruissent. Nam scimus, q̃ loqr̃ ex igne, eum nulla forma,
aut similitudine videri posse, etiamsi corporea sit forma, et eum q̃ est
tectus lumine, sicut vestimento quali forma sit dignosci nõ posse. Nã
etsi vxor Iarobeami agnosci ex vultu quem obtexerat nõ posset nõ tñ
carebat corpore. Aut igr̃ conceder̃ sanctis patribus vna cum iusticiæ
iure q̃ imputata fuit Abrahamo per fidem, redditam fuisse hæreditatem
q̃ iusticiæ illius erat adiuncta comes, indiuidua. Et in historia quinq̃ li-
bror̃ Mosi nihil narrari, nisi quid in hoc mundo promiserit Deus se-
mini Abrahamico, et quõdo, quod est promissũ fuerit præstitum, et
quõdo genus Isaaci et Ismaelis creuerit in multitudinẽ innumerã,
et opes et imperia huius mundi, q̃ oĩa erant indicia potentiæ diuinæ, cu-
ius viribus hæc erant parta, cum tñ certo scirent post hanc vitam serui-
entibus Deo parata esse præmia: Aut dicemus patres illos veteres credi-
disse Deum esse veluti hõem quendam qui corpus haberet, quoniã nus-
quã in sacris Biblijs eius nominatur incorporatus, sed vbiq̃ describit̃ nõ alr̃
quam si corpus haberet. Sed vt dicam id quod res ipsã clamat: Iniquas
conditiones isti videnr̃ imponere nostris sacris scriptoribus, quas nunq̃
quisquã a scriptoribus prophanis requisiuit. Extant enim ad manus
scriptores, qui Romanor̃, Græcor̃, Carthaginensiũ, Tyriorũ, Aegyptior̃,
Atheniensiũ, Lacedæmonior̃, Scythar̃, Tracum, Germanor̃, Hispanorũ,
Gallor̃, Italor̃ et aliar̃ gentium et priuator̃ hominũ origines continua
historia descripserunt. Quis vnquã, quid illi, quor̃ res gestas referebãt
in tabulas, aĩo de dijs crederent, quid de propria aĩa, quid de altero seculo
opinarent̃, sermonẽ ex proposito habuit? Et valetne in illis dicere? Romu-
lum nunquã narrat Titus credidisse aĩam immortalem esse, transire
post fata ad Deos, æternis bonis si iusticiã coluisset perfrui, Ergo Romu-
lus ista esse nunquã credidit? Quod si hæc ratio examinandi prophana
scripta non recipit̃, qui dicemus recipi opportere in sacris? Scripturi enim
illi de populis quõdo creuissent nũro et potentia, quas leges habuissent
sine q̃bus nulla collectio hominũ meretur dici cætus aut populus aut ciuitas:
Quis illas tulisset, abs quo populus ille duxisset originem: quos successo-
res habuisset ille, qui primigenius genti fuit, Ita texunt historiã vt
nõ euagent̃, sed inter hos cancellos se continentes ita narrant singula, vt
nihil ab illis possit desiderare lector. Nunc disquirant̃ et percribent̃ sin-
guli, Inuenier̃ nunquã gentem aliquam describi q̃ nõ narrer̃ quos deos ha-
buer.

bona æterna a lege promissa.

Deut. 4. 15.

3 Reg. 14.

Scriptores sacri

vitæ æternæ cur nulla mẽtio in lege.

buerit, quōdo illos coluerit et crediderit immortales esse Deos, et alia q̄dam
q̄ ad spem aut metū excitatis populis necessaria esse videbant, Inuocatio
et conciliatio Deorum. Alia oīa prætereunt q̄ labentibus seculis et ad fines
atq. vmbilicos properantibus, ociosi honesto ocio hōes improbor vocibus sti-
mulati disquirere ex proposito ceperunt: de dijs: An fuerint aliquando hōes, quæsti
an aīa sit immortalis sprs, an Deus corpore careat, an sit alterū seculum, onū occa
vbi sit, quid ibi agar, an viuar perpetua vita, et alia q̄ sunt aliena ab histo- sio et tem
ria, et nō prius recepta, quam huiusmodi quæstiones secessionem et dis- pestiuitas
sidia fecerint in populo, et ex dissidijs bella publice suscepta fuisse rer
euentus ondit. Quæ plane in historiā referre cogebant cum ad tempo-
rū rationē describendam pertinerent illi, qui historiā populi illius, cui
ista acciderant contexere sine vitio studebant. Hæ tn̄ quæstiones et a-
liæ q̄ ad pietatem pertinere videnr, nunquā aut inciderunt, aut incidis-
se narrantur, nisi cum ad metas properaret historia, et populus splen-
dorem quitū perdere turpitudine morū inciperet. Neq. vnquā tamen
fuit aliquis, q̄ diceret veteres illos hōes suo seculo claros et celebres, quor
honesta mentio fit in historia, nihil credidisse de dijs, de aīa, de p̄mijs bo-
norū, de poenis malor de æternitate rer, quoniā illos de his rebus disse-
ruisse aliquando, nusquā apertis verbis narrer. Quod si has leges impo-
sitas hostoriæ sequuntur nostri, cur ea argntandi ratio debet in sacris
scriptoribus recipi quæ nō recipir in ꝓphanis? Narrant illi Numam
Draconem Solonem Lycurgum Pythagorā et alios dedisse alijs et alijs
leges: Narrant nostri Mosen distante Deo Iudæis tulisse leges: Narrāt
illi (insistamus in vno populo et nobis decantatissimo) Romulum fuisse
originē gentis Romanæ: Narrant nostri ab Abrahamo cepisse cetum vni-
us gentis reiectis alijs oībus gentibus, q̄ populus Dei est dictus. Narrāt
illi ante Romulum fuisse Amulios et Numitores et alios atq. alios qbus
Romulus successisset, sed in Romulo cepisse eā gentem illustrari: Nar-
rant nostri ante Abrahamū nihil fuisse nobilis et clari, fuisse tn̄ Adamū
ad quem Abrahami genus referri poterat. Ita aut isti ordiuntur histo-
riā ab Abrahamo veluti noto et illustri principio vt descendant narrā-
do incrementa gentis, calamitates, bella, imperia, successus victoriar, Dei
cultus oracula, oraculor nuncios et alia q̄ historiæ postulāt: Sicut illi cum
a Romulo incipiunt et labuntur ad media et ad fines perueniunt. Neq. hi
aut quādmodum neq. illi de conditione deor, de statu hominū post mortem
quicquam dicunt aut disputant, quoniā nō est historici hoc facere ante
datam occasionem ex ipso tempore, sed ꝓphi seu nō historici. Attingūt
tandem illi quædam quæ turbant populum, de sacris nocturnis et alia
q̄ mutare posse videbant patriā pietatem. Hoc ipsū planissimis verbis
faciunt nostri. Neq. prius illi historiæ suæ inseruerunt de dijs et aīabꝰ vitæ futu
et altero seculo opiniones, quā correpta fuisset ciuitas libidine audiendi ræ quādo
ꝓphos græcos in ocio disserentes, et in sectas diuisos Academicor Stoi- iniecta mēti
corū Epicureor et alior quos nobilitauit excultū artibus ingenium, q̄ in sacris
de illis quæstionibus disserebant facundissime et disputabant acerrime.
Ita faciunt nostri. Non prius de spiritibus, animabus, futuro seculo, re-
surectione mortuor commonefaciunt lectorem, quam vrbs harū quæstio-
num

NONVS

num quas a Græcis Iudæi imbiberant fuerit in sectas diuisa, prius binas et mox ternas. Et ausim affirmare, Nullam unquam illi suæ historiæ inseruissent de spiritibus, de resurrectione corpor̄ et vita futura mentionē, nisi necesse fuisset in ciuitate in factiones diuisa, sigcare quis ex qua existeret secta, unde nunquam firmis rationibus, quales requirunt desultoria ingenia, probar̄, sed ubiq. simplici narrar̄ oratione vitam æternam immortalitatem aīæ, corpor̄ resurrectionē fore. Quid enim est illud: Sadducæi negant hæc, Pharisæi econtrario hæc confitem̄? Nihil aliud quam narrare quæ controuersia esset in populo: nō aut̄ demonstrare, qbus rationibus moti alij aierent, quod alij negarent. Deinde quid illud: Deus est Deus Abrahami: Deus est Deus eor̄, q viuunt, Ergo Abrahamus viuit? Quid, inquam, est: recitare Sadducæos negare corpor̄ resurrectionē in vitam immortalem: Animas hominū mori mortuo corpore, et ex animar̄ probata vitæ æternitate per unum pronunciatum ex sacris Biblijs citatū euictam fuisse et vindicatam corpor̄ resurrectionem? Aliud plane nihil, nisi officio historici fungi. Nam nō addūtur rationes qbus illi persuasi fuissent ab Epicuræis ut crederent aīas extingui defunctis corporibus præsenti vita: sed sigcatur ut decet facere sobriū historicum, quid ~~sta~~ stra: uerit illis Sadducæis viā ad negandam corpor̄ resurrectionē, quod sz̄t cepissent, assensi opinioni Epicureor̄, credere aīas hominū una cum corpore mori, et vitam æternam somnium esse et Deum quid esset nullum scire præter Deum: si tamē alicubi aliquid esset quod reuera esset Deus. Has vanas opiniones uno dicto Iesus chr̄s confodit, ex quo elicit aīas viuere post fūnus, quo constituto seqr̄ vita æterna, in bonum quidem bonis, et q semp̄ in hoc orbe experti sunt, cum recte viuerent et sentirent, mala: et in malum malis, et qbus in hoc orbe viuentibus magna ex parte contigerant bona. Seqr̄ Deū esse iudicem iustum, q recipit animas ad se, ut aut mercede bonor̄, aut pœnis malor̄ afficiat: seqr̄ firmitas opinionis patriæ quam pharisæi fouebant, quod corpora hominū essent reuocanda in vitam, ut qsq. reciperet etiam in corpore quod per corpus egerat siue bonū siue malum: Seqr̄ Deum esse sp̄rm, æternū, initio et fine carentem, oībus bonis affluentem, q et aīabus æternitatem et bonis æterna bona donare possit. Itaq. Nostri Scriptores cum accurata obseruatione legum historiæ cū desiderarent historiā contexere, ea q nō erant historici muneris cp̄terierunt, et q in aīs hominū erant, ut certissima ita vulgatissima non attigerunt. Erant enim apud Iudæos persuasissimæ et receptissimæ fidei: Deū æternū, inconspicuū esse sp̄rm et incorporeum: Animas hominū esse in hoc corpore ut peregrinū in aliena urbe, qui desideraret ad patriā remigrare, in qua nō alijs contingerent bona, quā q legibus Dei sanctis et iustis paruissent, et alia q pp̄hetas oēs Iesū chr̄m et Ap̄los credidisse annūciasse et in scripta retulisse cognoscimus. Neq. unquā in populo Iudæor̄ aliq fuissent q de his rebus addubitarent, si Epicurus nunquā aut fuisset aut loqui cepisset. Hinc enim factum est ut Saddocus qdam arrepta doctrina Epicuri, docuerit eos q postea sadducæi sūt dicti, sicut Epicuri discipuli, Epicuræi. Animas nostras mori et nihil restare post fūnus, in quem Saddocum desciscentē a patrijs institutis inuectus est phares propugnator propheticæ et vetustor̄ patrū doctrinę, qui

DE IMMORTALITATE animarū

Act. 23. 8.

Matt. 22. 32.

Sadducæor̄ opiniones.

Deus quid

Anima

Sadducæor̄ opinio unde orta.

qui nō ob id quod solus esset, sed quod inter oēs emineret dedit nomē
patrias leges & opiniones defendentibus vt pharisæi nominarentur.
Hoc ipsum accidit Iudæis hispaniensibus incidentibus in phphiam
Arabum Auerrois Algazelis Albumasaris & aliorum incultam horridam
nullum olentem lectionis antiquarum historiarum & doctrinarum oleum & opam.
Tum enim illi visi sunt esse aliquid, cum relictis veris & germanis sensis
sacrorum Bibliorum, Arabicæ disciplinæ in nulla re fundate, nō in multa
lectione, nō in diligenti rerum discussione, nō in historiarum noticia, præter-
quam in ingenij & quidem Arabici acumine se profiterentur candidatos. Un-
de Talmudici exorti sunt & alij nō pauci Rabbini, qui sacra Biblia mala in-
terpretatione & vitiata intelligentia defedarunt. Et quidem nō de-
erant & illis & his Iudæis lectio sanorum scriptorum, quæ pepererat recta phi-
losophia Platonis Aristotelis Xenophontis & aliorum, qui vitam Socratis re-
citantes doctæ sapiæ imaginē quandam auditorio repræsentare conabantur.
Sed iratus Deus deseruerat suum populum coniungique humanam phphiam
cum cælesti nō permisit. Unde discissus est populus in factiones & in
finē incidit suæ & impiæ vitæ & insanæ opinionis debitum. Si quis enim
recte considerat, quantum quidem ad quædam attinet, quorum semina Deus
inseuit naturæ, consonat cum theologia phphia. Scripsit Plato de aīa
& animarum immortalitate & præmijs post mortem, & spiritu inconspicuo
qui æternus Deus esset, Et scripsit quidem nō tanquam proprias cogitationes
sed tanquam res, quæ in omnium quantum viuerent & aīis & scriptis, quæ ante illud
seculum vixerant essent inclusæ & receptæ. Contradixit illi vnus insanus
Epicurus, si tamē is est ille Epicurus infamis memoriæ, qui post se impios disci-
pulos reliquit. Nam extant celebres autores, qui Epicurum de vitæ san-
ctitate & doctrinæ sanitate commendent, qui inuehuntur in eos, qui eius scri-
pta vitiarunt, & eum sanctum & commendatæ vitæ hoēm male audire
fecerunt, quique aliena scripta pro Epicuri sanctissimis scriptis ediderunt,
vt impiæ opinioni celebre nomen præluceret. In hæc igitur scripta illi in-
cidentes, veluti similes labris asininis lactucas reiecta lectione omnium a-
liorum, qui recte & docte scripserant & senserant, & conformiter cum his quæ re-
perimus in sacris Biblijs, nouas sectas intulerunt, de aīabus nostris & cor-
poribus & vita, in populum Iudaicum, qui repugnant cum oībus Iudæorum
scripturis, Et ne vincerentur autoritate scriptorum, omnium scripturarum ele-
uabant & flocci pendebant autoritatem, præterquam paucarum & earum quæ
vetustissimæ erant, & ob id vestigia obscura habentes, quid illo primo
orbis seculo hoēs de his rebus sentirent, cum illud satis fuisset ad confo-
diendas oēs falsas, quæ postea ortæ sunt, opiniones, quod illi cultores veri
Dei, & qui se verum Deum esse innumeris factis demonstrauerat, fuissent.
Ad quid enim colere illum, & illius leges seruare, qui cum possit bona da-
re se colentibus in hoc orbe, nō daret, & in altero ēt si vellet dare, dare
tamen nō posset cum nullus extaret, quē pro cultu erga se, ex legis præscri-
pto præbito, remuneraret. CHO. Nunquam alias audiui Iudæos Sad-
ducæos à Græcis Epicureis accepisse spirituum humanorum mortem, quæ
& vitam æternam delet, & studium recte viuendi tollit, Et Deum esse
negat, & fatum stabilit, & languescere facit animum à bene cogitando, quæ
oīa in illis ipsis Epicureis & Sadducæis fuere contraria. Nā & in
vrbe

Thalmudici vnde orti.

phphia recta quæ sana scripta peperit

Phphiam in quibusdam consonare cum theologia.

Platonis phphia.

Epicurus

Stoici Epicurei pharisæi & sadducæi vno tēpore orti.

Josephus historicus

Ant. l. 18 c. 7.

Ant. l. 18.

NONVS

vrbe cum ciuibus sām patrias leges vixisse narrauī, ℰ in perquirendis arcanis naturæ, longam operam nauāsse memoraui, ℰ nunqūa destitisse a cultu deoī immortalium referuntur, q̄ oia sunt contraria his quæ sentiebant, vt putarent eoī vita ab optimone, quam habebant, dissentire, ℰ aliud illos habuisse in āio aliud in ore. PAS. Lege, volue ℰ reuolue historias, hoc inuenies vno tempore ortos esse Romæ stoicos et Epicuraeos ex admiratione qua capti sunt Romani, græcos legatos audientes ex tempore loqui, quo nati sunt hierosolymæ pharisæi ℰ Sadducæi: Illi quod audirent dissidentes dissentientes Stoicos his simplia q̄ ipsi ex lege docerent populum: hi quod despiendo maluerint absurda comiche habentes patronos Epicureos, suos dnos tam græcos quam Romanos, quā receptis optimoribus esse contenti. Vtriq; ob commercium diuturnū diuturcentiorī ℰ amplius amicos, quos armis arreptos a Persis subiecti sunt græcis quibus tandem suffecti sunt Romani. Audientes enim græcos dissertes, quoī mores ℰ inq̄a imbiberant, ℰ reiecta sacraī scripturaī lectione quid facere potuerunt aliud, quam cum græcis græcissare ℰ cum pphis vt essent in aliquo nūro, philosophari? Et sæpe me subit admiratio, qui fieri potuerit vt Philo Iosephus ℰ alij tanti viri, sed de Iosepho cuius scripta extant ℰ terimur ab oibus, magis miror, quod fuerit studiosior in satagendo vt eius, historia commendaret a Vespasianis, quā vt de sua gente aliquid nobis certi proponeret. Nam in multis rebus mutat tempora ℰ causas ~~gentium~~ euentuum, ℰ contentionum nō bene explicat, et q̄ deberet abunde, auare scribit. Prætereo illa in quibus suas narrationes commiscet cum narrationibus Bibliorī, vbi necesse est vt aut sacra ista nō legerit, aut legerit qdem sed magis sua placuerint, quibus de rebus oppositis ℰ repugnantibus aliqua vt Liuius facit, facienda fuisset mentio. Sūt etiam loca ex pphetis citata Regia Daniele ℰ aliis ℰ affirmat suo tēpore ℰ eo quem recenset in sua historia fuisse expleta, sed quodo id fieri possit nō narrat: Ioannem, inq̄t, qui Baptista cognominatus est, Herodes necauit, Virum optimū ℰ ad virtutis studium prouocantē Iudæos, ℰ ad baptismi lauacrū, vt ais per iusticiam prius mundatis, adderet ℰ puritas corporis: Narrat vera de Ioanne, ℰ quod fuerit baptista ℰ quod fuerit occisus ab Herode: Sed falsa est ~~ejus~~ interpretatio siue eius necis siue eius baptismi. Vtrumq; optime calluisset si diligentior in perquirendo fuisset. Ita de Iesu: Fuit, inquit, Iesus Vir sapiens, si tamē virū eum est fas dicere (Et nō vatem ℰ diuinum hoēm:) erat enim mirabiliū operū patrator, ℰ Doctor eoī q̄ libenter vera suscipiunt. Accusatus deinde a nostræ gentis principibus, Pilatus addixit cruci, q̄ apparuit tertia post mortem die viuus, ita vt diuinitus de eo (priores) vates, hoc ℰ alia multa miranda prædixerint, ℰ psq. in hodiernū christianoī genus ab eo denominatū nō deficit. Nam chrs hic erat. Non declarat quid fuerit chrm esse, quod declaratus fuerit Iesus a Deo signis mirandis esse christus, in quo referenda erant superioī seculoī vaticinia. Ita aut narrat vita ℰ mortem Ioannis ℰ Iesu, atq. si de priuatis hoibus sermonē instituisset, ℰ christianos græco nōe dicit fluisse denominatos ab eo, ℰ nō Nazarenos seu Iesseos, quos ipse abiecta literula Esseos cognominat. Deinde statutum.

Stoici Epicurei pharisæi ℰ sadducæi vno tēpore orti.

Iosephus historicus.

Ant. l. 18. c. 7.

Ant. l. 18. c. 4.

tum, inquit, coram eo fratrem Iesu chri (post abductum Paulum Romam) Iacobum noe et una quosdam alios reos impietatis peractos lapidandos tradidit. Quod factum oibus in ea ciuitate bonis et legum studiosis vehementer displicuit. Cur vero displicere debuit, si erant illi impietatis conuicti? cur non dicis Ananum fuisse Sadducaeum et oes de resurrectione corpor disserentes perditum ire cupiebat, et ob hanc caussam quod Iacobus diceret Iesum resurexisse eum ferre no poterat? Et vt alia praetermittam q vere qdem euenerunt, sed caussas veras obquas illa euenerint praeterisse vider Iosephus, Quid illud est: Hoc tempore (Antiochi q cognominar Deus, filij Alexandri filij Antiochi Eupatoris et Demetrij, filij Demetrij, filij Seleuci Soteris, filij Antiochi magni) tres Iudaeor sectae erat q de rebus humanis inter se dissentiebant. Una pharisaeor dicta: Altera Sadducaeor: Tertia Essenor et ordine reliqua. Nam cum Essenor sit ex ipsis Iudaeis exorta secta, q habuit hostes et pharisaeos et sadducaeos, Pharisaei aut et Sadducaei ex ipsis stoicis et Epicuraeis manauerint, contrarij qdem inter se, sed ad destruendum essenos coniunctissimi, quodo Esseni eo tempore esse poterant, cum nondum esset Iesus, qui essenis dedit initia? Nam sicut ab Isai factum est Iesse et inde Iessei: Ita illud seculum ab Iesus fecerunt Iessenos et Essenos. Nec defuerunt illo seculo q ex Iesu facerent Iasonas, et ex Emanuele Menelaos. Sicut no defuerunt q postea fecerunt. Manlios vt gentis florebat genius haebraica noia vertetes nunc in graeca, nunc in Romana vt aut graeci aut Romani viderent. Putauit aut Iosephus quod quae euenerant antequam ipse in lucem ederer parum referret si cum his coniungerent, q similr antequam ipse nascerer acciderant, quamuis seculum ferme integrum inter vtrumq intercidisset. Potuisset tn, si voluisset, vel ab ipso Bano ad que sextum decimum annum agens accesserat, et cum eo per triennium fuisset commoratus, scire, no solum quam duriter ille viueret, ver et cur nominarer Essenus, cum ille Essenus esset. Sed sunt multa ingenia hominum, qui quaerunt multa audire et videre et dicere, parum curantes perquirere caussas cur illa fiant dicant et edi debeant. Autor libror de Machabaeis pharisaeum se esse profiteri voluit illo dicto bene et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos q ceciderant resurrecturos sperasset, superfluum viderer et vanum orare pro mortuis. Ita aut affirmat resurrectionem mortuor fore ex facto Iudae militaris viri, vt animar statum ignorasse videatur post mortem. Recipiunt enim aiae post mortem corporis immortalium haereditatum possessione q receptis corporibus, mercedes eor operum, q gesserunt in corpore et p corpus Iudice Deo sunt recepturae et no eor operum praemia q alij aut suffecti aut conducti, aut sua sponte pro illis faciunt. Et male ille interpraetatus est animum Iudae offerentis Deo dona pro peccatis mortuor, ne eor contagium serperet ad viuos, cum transfert ad pbandam resurrectione mortuor, quam vider ignorasse, qualr esset futura. Ad hunc modum legendo deprahendimus totum illud seculum, quod oppresserat Macedonum vis ita neglexisse lectione sacror Biblior, vt doctiores essent in aliena, quam patria lingua, et diligentiores fuerint in perquirendis graecor arcanis, quam hebraeorum oraculis. CHO. Multa tu et laudanda quidem memoriter de commixtis

Iudae

Ant. l. 13. c. 9

Tres Iudaeorum sectae

Esseni.

Iasonae

2 Mach. 12.

Autor libror Machab.

NONVS

Iudæis cum græcis et Romanis, Iudæor tum dominis, quomodoq; pphetica sensa, quibus imbuebat Synagoga suos, vitiari ceperint per admissas græcor phphorum opiniones, quam ob cam vitium facere ceperit consonantissima, vt ita dicam opinio, q antea apud oes fuerat Iudæos de animar immortalitate et corporum humanor resurrectione, cuius nullam vider Iosephus facere mentionem. PAS. Tractant fabrilia fabri, et si vitio ducir fabrosi, quæ suæ sunt artis cum opus est præstare no pot: Et scholastico ignominiæ adscribir si iussus, ex virgilio aliquot carmina recitare no pot, quid de me dici posset si quæ mei sunt muneris et no legre sæpe et non meditarer assidue et non commendarem memorie studiose? Videor aut videre, cum Iosephi scripta cum Euangelio confero, idem fuisse illo seculo animar denegare supplicia et honores post mortem, et negare aias post fata viuere. Hoc autem idem fuisse atq corporu resurrectione pernegare. Ibi enim statuir aiæ vita sine bono et malo: hic aiæ solius vita. Putabant aut conseq necessario, aut aiam nihil esse post fumis, si vel futura est ociosa boni maliue expers, vel semp sine corpore: Aut corpor resurrectione et sensu bonor malorumue fore si aia post corporis morte viueret. TEL. Quod dixisti de isto scriptore id mihi vsu venisset, si ad meos ciues reuerti contigisset. Dixissem chrianos in tot sectas chrianas esse diuisos, quot essent chriani numero. Et ea dixissem de singulis sectis, quæ vulgo dici audiuera. Neq. n. me cura tangebat de singulis diligenter perquirere. Nunc diligentius abs te edoctus hoc non dicere. CHO. Christianitas vna fuit semper, vnas habuit leges, vna doctrina vnum sensu, vnam voluntatem. Sed vt accidit inter Iudæos, vt a Deo desererent ipsi, qui priores et Deu et eius leges et doctrina deseruissent in variasq factiones diuiderent: Ita euenit et chrianis, sed diuerso armor gre. Nam illi ratione et ingenio certabant: chriani sententijs legis, quas vnus vno, alius alio intelligit modo. Neq. prius ira Dei a sæuiendo desistet, qua chriam relictis affectibus et studijs, qbus hominu memoria prosequiunr et ipsis sacris Biblijs imbuere animu doctrina incipient, Et voluntatem ad præscriptu legum diuinar regendam subiecerint, ne quid illa aut velit aut faciat quod lex Dei et desiderari et fieri vetat. PAS. Ex me ista sæpe dici ex pulpito audire potuisti leges et sentias oes quas veneranr chriani esse verbis vnas, intelligentia plures. Non quod ipsæ vnæ verbis, no vna habeant intelligentia: sed quod per incuria hominu impostura sit intelligentiæ orta ex ipsis verbis, quam mordicus teneant hoes. Et hi hoes, qui duces cum sint, alior comites trahunt secu qbus prælucent in decliui et præcipitante loco, vt duce in præceps ruente, oes necesse sit in præceps ruere. Atq. vt relinquamus alios et de nobis solis loquamur: Nos legimus: Audi Israel Deus tuus, Deus vnus est. Legut et nostri aduersarij. Credunt hoc illi, Credimus et nos. Consentimus igr in eo quod legimus: Differimus tn, quonia nos dicimus, Vnus referre vna persona Dei et vna natura: Aduersarij nostri de persona negant, aiut de natura. Et facile conuenire possemus Si illi aut inuenire possent explm in Sacris Biblijs vbi, Vnus, vocula referre natura vna tantum viderer vt illis nos credere possemus, aut illi in nostra sentiam transire vellent cum animaduerterent, vnus, semper vna natura cum vno indiuiduo, cum ppria est et no figurata locutio, sigcare. Simili Nos dicimus: Hoc facite, scriptu esse, in mei commemoratione, Et no: hæc ita dicite et id

DE RESVRECTIONE mortuorum

DE DEO

DE COENA

Iudæi et chriani qua ratione in sectas diuisi

Leges et sententias christianor oes esse verbis vnas.

Deutr. 6.

Cor. 11.

id quod dicetis, erit. Unde ortæ sunt sectæ illæ commissæ inter se, Lu-
theranor contra Papistas et Caluinistar contra vtrosq. Num: hoc est cor- Matth. 26.
pus meu sit propria locutio an metaphorica. Et si est metaphorica, quam
metaphora hoc dictum recipere possit. Hæ siquidem quæstiones euane-
scunt oes cum animaduertir τὸ ῥητόν. Quid enim cupis? τὸ ῥητόν. Et
ego τὸ ῥητόν tibi oppono. Hoc facite, scriptu est, no autem hoc dicite. h.e.
Mandat Iesus vt id imitemur quod ipse fecit quoties edimus panem et ex
calice bibimus: Hoc est, quoties prandemus et cænamus, et no quod ipse di-
xit. Nunc dicas te exhaurire cælum oibus donis spiritualibus, dum cogitas
adesse cænæ domicæ Dni nostru Iesu chrm, quibus beneficijs carereres si
præsente cogitares no adesse. Modo hoc credas Non ex promissione q fit in
his verbis te tanta bona sentire, sed ob alias caussas q et plures sunt et non
sunt vulgares, neq minoris potentiæ ad faciendum Dm nostru adesse no-
bis cum Deo pre et spiritibus beatis oibus, quam essent ista verba, si iussa
fuissent ea nos ita dicere, sicut dixit Iesus chrs, sicut iussu est, vt quod
fecit Iesus chrs facere in eius memoria deberemus. Præterea dicimus nos
DE FIDE. ea, q dicit Paulus et iubet Iesus chrs de fide, q pertinet ad illos, q ex filijs
iræ per imputatione iusticiæ et reconciliationem cum Deo, fiunt filij Dei,
ad alios no pertinere quam ad oleastri ramos, ad agricolas no coductos, ad
subditos principis mundi huius. Sicut et illa q adduntur de peccato de militia
carnis, de morte, de corpore mortis et alia in disputationibus Pauli q extant
in Eplis, quas scripsit ad diuersas ecclesias, ad eor successores no pertinere, q
nati sunt ex ramis oleæ, quod parentes eor primigenij ex ramis oleastri insiti
in bona oleam, bonæ oleæ rami facti ramos oleæ et no oleastri produxissent.
Alr dicunt illi oes, q imputationem iusticiæ per fidem, cuius veluti signacu-
lum est baptismus ad singulos hoes et ad singula facta hominu pertinere di-
cunt. Quæ imputatio iusticiæ, si hoibus, q sunt intra Ecclam, deesset, quan-
tumuis iustis iusticia qua seruarem et cuius gra damnari no deberent
nulla esset. Ita nos: Ita illi. Nos tamen illos ad diligentiore sacror volu-
minu lectionem prouocamus. Hoc si facient ad nostra sentiam iuuante Deo
transibunt certo hoc nobis persuademus. Aiunt illi fidem in Iesu chrm
ab initio mundi, vt saluari possent hoes fuisse: Nos negamus hoc esse aut
scriptu aut impressu sacris scripturis vt eius vestigium alicubi emineat:
Et dicimus fidem credentibus Iesu esse chrm, illos iuuisse, apud quos Iesus
chrs et eius Apli suas conciones habuerunt, qbus illi crediderunt. Adserut
illi (vt veniamus tandem ad nostru propositum) legis bona esse tempora-
DE PRO- ria huius seculi, mala esse æterna: Per legis iusticiam nullum vnquam iu-
MISSIONI- stificatu, ad bona promissa præputiatis, hoc est, populo noui tesnti vocatos
bus legis. esse sanctos, Abrahamici gris. Hæc nos dicimus esse falsa. Quoniam
legimus tabulas Dei decem habere suas pollicitationes, et eisdem pollicita-
tionibus correspondentes comminationes æternis æternas. Quar sicut mi-
næ contingunt inobedientibus: Ita pollicitationes eueniunt obedientibus Deo.
Et sicut q in legem peccant per legem damnanr: Ita q seruant lege, per lege
iustificabuntur. Quod si quis fuerit qui aut totam legem factis suis ab-
roguerit, aut partem seruauerit legis, partem no seruauerit, Vterq, quoni-
am Deus in legibus suis promittit venia resipiscentibus, liberatus ab exe-
crationibus legis pollicitationibus redintegrato iusticiæ q deerat iure

potir.

potiret. Legimus eō multos hoēs placuisse ꝺ causas adduci cur placuissent Deo, quod sēt integro corde ꝺ amante aīo iusticias Dei, q̄ erant, obedientiæ ērga leges Dei coluissent. Narratur etiam, qui ēt̄ ꝑp̄ quid viri alioqui de iusticia commendatissimi, displicuissent Deo vt Moses ad aquas contradictionis: Dauid in facto Uriæ, ꝺt quōdo tandem per pœnitentiā iusticia ꝺ pœnitentiæ ꝺ prior recte factor nō sint primati. Legimus etiam Nouū testum ad veteris Testi bona ꝙ spiritualia fuisse dicit Paulus, vocatos fuisse: vtq̄ sugerent veteris ꝺ bonæ sanctæ oleæ succū fuisse, in oleam veterem insitos, atq̄ ad colendū priorē vineam, ex qua eiecti fuerant mali agricolæ fuisse conductos, ꝺ nō ecōtrario. Una ēst enī promissio, vnus ager compascuus, vnum ouile Dei, in quod prius Iudæi, deinde præputiati sunt intromissi. Utriq̄ vna ob caussa cum rem ad capita deducis, ob imputata sēt iusticiā per fidem, q̄ fuit in primigenijs autoribus gentis, in Abrahamo vnius, in præputiatis alijs præter Abrahamicā gentē, omniū gentiū, quas gentes facere potuerant ꝙ singuli eōr qui ex præputio crediderant Iesū esse chrīm. Sicut singulus erat Abrahamus ex quo vna gens Abrahamica ēst prognata. Hæc ꝺ alia ꝙ in Institutionibus chriānis a nobis editis propugnamus, edocti ex sacris Bibljs. Qui alī sentiūt prodeant in arenam ꝺ proeales sumus q̄ armemus nostram doctrinā ferro ꝺ animū nostrū odio, vt nec aliena legere velimus nisi ad contradicendū, nec aliquos venire ad nos permittamus misi ꝺ mactandū. Nos omi rei incūmbimus, Vt doctrina chriana sarta tecta prodeat in lucem, pura puta eius veritas illucescat orbi, vtq̄ nihil habeat admixtæ rubiginis cogitationū humanarum. Itaq̄ intelligere potes Tetephe, chriana pietatem vnā esse, ꝺ a principio sæpe audire potuisti, quibus in rebus aut credendis aut operādis consistat. Quodsi secta in ea ortæ sunt, diversæ ꝺ armatæ in aciem aliæ contra alias pro ea quam ad se quisq̄ trahit chriana pietate prodeuntes, nō id fit more Pharisæōr ꝺ Sadducæōr, q̄ controuertere cepērunt de veritate, opīnōnū, quas ex Sacris ꝺdidicerant, ex eo quod aliena à sacra doctrina recipere cepērunt: Sed ex eo quod ꝓma lectione se posse intelligere ōia, q̄ in sacris Bibljs essent perscripta, putauerunt aliq̄, quæ nō nisi familiaris quis redditus ꝺ diuturna diligentia assequī pōt. Sunt enim anfractus, quos facit ꝺ scriptoris simplicitas ꝺ temporis conditio ꝺ auditōr assuefactio, in quos quis illapsus emergere nō pōt, nisi adiutus fumbis ꝺ luce vt attrahatur ad dispicie ndum, q̄ tempora illa essent quibus scriptor sacer sacra illa scripserit, ꝺ straguis cōtorsū vt veluti ξυλψῳδὸς varia varijs, dicta dictis componens ꝺ commiscens, sensū sæpe proprietatis hebrææ, in verbis protriē græcis inlueri posset. TEL. Satis superq̄ huic diei datū ēst, ꝺ meæ imbecillæ memoriæ ēst aliquid donandū. Ruminabo diligenter ꝺ scribā pro me ꝺ frē Actio, q̄ de promissis ꝺ minis legis diuinæ disseruisti. CHO. Parorga illa mihi moraris. Sunt certe vtilia ꝺ firmant mentem in proposito argento disturbatā alior Euangelicōr ventis ꝺ fluminibus nē verear nō nō satis firmā se iudicet versari in salo. TEL. Illa Ego aljs q̄ do his rebus dubitare solent ꝺ debent relinquo referenda in Ephemeridas. Tantū q̄ mea salutis interesse videm, notata meis præfiga oculis.

Judaeō ꝺ gentiū promissio vna Rom. 15.

sectæ inter chriānos unde.

oculis cum his allectamentis promissionum et horroribus æternorum malorum, ut legi Dei sim assiduus custos, die noctuque expetendo ab illo auxilium, ut sicut me referre cum Actio fratre in numerum suorum filiorum qui dignus non eram, ut essem illi servus voluit: Ita mihi post fata eum locum det quem dare solet his, quos vivos tutatus est. PAS. Amen. Hoc Deus et tibi et omnibus nobis concedat. Neque enim in die iudicij quærerer a nobis, quam multa scierimus, quam acute disputaverimus: Sed quam recte vixerimus, et quam studiose legibus Dei paruerimus. Malo Ego populum habere probum, quam doctum. Verum enimvero cogitur sæpe Pastor propter improbos de doctrina multa quærere et disserere, cum non satis temporis habeat ad leges Dei explicandas, et animis populi insinuandas.

DIES DECIMVS.

Collocutores: Chorus Pastor, Telephus

CHOR. Estne ocium hodie? PAS. Est quidem tempus accommodum si adest Telephus. Nam ociosus non minus sum cum sum solus, quam cum vobiscum negocior. CHO. Adest Telephus. TEL. Me vero post alios adesse hodie magnam culpam esse puto. Sed a culpa liberabit offm, quod erga mediligens auditor esse voluerim. Erga fm aut sedulus præceptor. Et ad umbilicos deduxi scriptum, incepturus novas tabulas a decem verbis. PAS. Bene fecisti, ut levata memoria onere commendatarum rerum vacuam ad decem verborum Dei et recitationem et intelligentiam adferre posses. Sed assidete ne corpus standi labore defatigatum negotium facessat memoriæ. Decem esse verba Dei, veluti decem tabulas ubique testatur Moses. Ex illis quædam aiunt, quædam negant. In illis est virtus et amor, In his est vitium et timor. Odit enim Deus et immittit pœnas his qui vitia sequuntur: amat aut et tuetur eos, qui colunt virtutem. Aientia numerantur tria, septem negantia. Sed sicut aientia trahunt secum alia mandata negantia: Ita negantia verba secum rapiunt alia mandata aientia. Illud enim: Ego Dns Deus tuus, trahit secum istud: Non erunt tibi dij alieni. Et illud: Non occides proximum tuum, trahit secum illud: Diliges proximum tuum. Amor enim in virtutem sequitur odium illorum omnium qui inimicantur virtuti: Et odium in vitium sequitur amor illorum omnium qui vitio adversantur. Ex omnibus tamen decem verbis Moses aliquando duo tantum facit: Unum ad Deum, alterum ad homines pertinens. Illud vocat Iesus christus primum et maximum mandatum: hoc vero sdm, et simile primo. Habet aut illud duo: hoc aut octo ex decem verbis, de quibus ordine dicendum est, nisi quid aliud placet. TEL. Placet vero ut perpetua tu solus, sine interpolatione loquaris oratione. PAS. Fiet hoc. Sed perquirendum est aliquando, si quis est qui addubitet aut qui aliud vellet. TEL. Sed scis meos esse dies istos non alior, et si quid mihi decederet si alius audiret quod dicis, meo iure posse exclusis alijs solus tuis horum dierum sermonibus interesse. PAS. Accedet tibi aliquid mihi crede, si hi qui doctiores sunt in christianis legibus quam tu sis, aliqua quæsierint. Solent enim rudiores omnia ut dicuntur excipere sine delectu. Doctiorum est non bene percepta, aut quadrantia non recipere. Sed ad rem: Postquam nullus est, qui quærere aliquid velit. Legis primum verbum. Ad Deum illud primum legis verbum refer.

DE PRIMO LEGIS MANDATO.

Decem verborum Dei distributio.

Audi

explicatio. DECIMVS

Audi Israel, Dns Deus Noster, Dns Unus est. Diliges itaq. Dm Deu
Deutr. 6. 4 tuu, istum vnu nostru, ex toto corde tuo, et tota aia tua, atq. tota virtu:
te. His verbis addunt alibi: cunctis diebus qbus victuri sunt super terra
Deut. 4. 9 doceantq. filios suos. In Euangelio mutari videt una vox: tota vir:
Matt. 22. 37. tute tua, in, tota mente tua. Alibi addit præterea una pars ita enim
Mar. 12. 29 legit: Ex toto corde tuo et ex tota aia tua et ex totis viribus tuis et ex
Luc. 10. 27. tota mente tua. Alibi ita legit: Ex toto corde tuo et ex tota aia tua et
ex totis viribus tuis, et ex tota mente tua. Ruoniam omniu sensus est:
Diliges Dom Deu tuu integro et syncero aio no simulate, et ficte, cun:
Amor fictus ctis diebus vitæ tuæ. Huc pertinere videnr illa: populus ille quado
Esa. 29. 14. affligit, ore suo et labijs suis honorat me: cor aut suu elongauit a me.
Et hic timor eor erga me ex præcepto quod ab hoibus docetur. Et, Loquun:
Ps. 28. 3. tur pacem cum proximis suis, et est malum in corde eor. Et, Ore suo be:
nedicunt: intra se aut maledicunt. Et, Responderunt filij Iacob Ipsi Si:
Gen. 34. 6. chem et Hæmor patri eius cum dolo, apud se loquentes quod maculas:
set Dina sororem eorum. Et, Maledictus q facit opus Dni in dolo. Et,
Ier. 48. 10. Maledictus qui prohibet gladium suu a sanguine, quod est, negligenter
facere. Ut sit amare, venerari, benedicere, dolose, negligenter, no ex toto
corde et tota aia: sed fraudulenter et simulanter, cui contraria sut
Gen. 31. 6 illa: Tota virtute mea seruiui patri vro. Et, Dauid saltabat tota
2 Reg. 6. virtute cora Dno. ubi dicere posses: tota virtute oibus viribus ex toto
Toto corde tota aia, mente, &c. corde et ex tota aia. Videnr enim istæ repetitiones esse eiusdem rei
Ier. 3. 9 signcationes, pro eo quod est: quantum poterat. Et, No est reuersa
ad me in toto corde suo: sed in mendacio, hoc est: Non in toto corde suo.
3 Reg. 18. voce magna Et Illud: Clamate voce magna, est clamare oibus viribus, toto conatu quantu
potestis. Et illud: Deus no sinet vos tentari supra id quod potestis, est: si se:
1 Cor. 10. 13. rio rem aggredimini et expendere diligenter cuncta volueritis inuenietis
maiores in vobis esse vires ad repugnandu hostibus quam sint in hostibus
ad vos vincendum. Est aut similitudo accepta a rebus q partes habent.
Tunc enim studiose aliquid fieri dr cum oes famuli, oes in exercitu milites, in:
tegra familia operi adiungir, neq. aliquis relinqr ociari. Ita dicimus, tota
die, totum altare, tota domus et holocaustum, victima, cuius partes igni
consumebant, in toto regno. Sicut aut latinis est omni cura studio et dili:
gentia aliquid facere, quod est, nihil pretermittere, quod ad rem conficienda
facere videar: Ita hoc est legis: Ex toto corde tota aia, tota mente, oibus
viribus, tota fortitudine aliquid conari, cuius phrasis exprimitur dicto
Ios. 23. 6. illo: Agite igr virilr, agite quantum valetis, ut custodiatis et faciatis oe
quod scriptu est in libro legis Mosi, ne recedatis ab eo ad dextram vel si:
nistra: sed adhæreatis Dno Deo vro sicut fecistis in hunc usq. diem, h.e.
Sicut custodiuistis oia mandata legis, et dilexistis Deum vrm ex toto cor:
de vro in hunc usq. diem, ita faciatis post mortem meam in posterum:
Unde laudant multi quod Deum dilexerint ex toto corde. Si tantu, inqt,
3 Reg. 8. custodierint filij tui via sua ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti
in conspectu meo, in corde sz perfecto et integro et in veritate. Et postea:
3 Reg. 14. Dauid custodiuit pcepta mea, et ambulauit post me in toto corde suo, ut fa:
3 Reg. 15. ceret id, quod rectum est in oculis meis. Et, Fecit Asa quod rectum est in
oculis Dni: Cor Asa fuit rectum cum Dno cunctis diebus suis: Lætatus
est pop.

est populus cum sponte tribueret sua et obtulerunt corde perfecto Dño. Et, 1 Par. 19
Iosaphat quæsiuit Dm̃ in toto corde suo. Et, Ezechias operatus est id quod 2 Par. 22. 10
bonum est et rectum atq. verũ corã Dño Deo suo, et in oĩ opere quod cepit 2 Par. 31. 20
pro ministerio domus Dñi, pro lege et præceptis, quærebat Deum suũ, atq.
toto corde suo fecit et prospere egit. Et, Induxit Iosias oẽs, q inueniebant 2 Par. 34
in Israel ad colendũ et seruiendum Dño Deo suo, nec recesserunt cunctis
diebus eius à Dño Deo patrũ suor. Hinc sunt modestæ illæ narratiões:
Obsecro Dõne recordare nunc, quod ambulauerim coram te in veritte et cor- Esa. 38. 3.
de perfecto et fecerim quod rectum est in oculis tuis. Et, In toto corde meo
exquisiui te. Vt oĩbus his summus ille amor, quem postulat lex quo Deũ Ps. 119
amare debeamus sigcari videatur. Amare quantũ potes, pro virili adhære-
re Deo. Ambulare coram Deo in corde perfecto, ambulare post Deum toto sigtiones summi amoris à lege postulati. S. 197.
corde, facere quod rectum est in conspectu Dñi. Habere rectum cor cũ
Dño, offerre seipsum Dño, corde perfecto quærere Dõm in corde suo toto.
operari quod rectum bonũ verum est coram Dño. Colere et seruire Dño
Deo, Exquirere Dõm toto corde et in veritate cunctis diebus vitæ suæ.
Hæc enim nõ sunt temporaria mandata, sed totũ vitæ curriculũ comple-
ctentia. Daturũ se nobis, inquit. Iurauit Deus, vt liberati à timore Luc. 1. 73
hostiũ nostror. seruiamus illi in sanctitate et iusticia corã ipso, hoc est
perfecto corde et voluntate, oĩbus diebus nostris. Sicut aũt multos legi-
mus q ita, vt lex mandat seruierunt Deo, et præmia à lege promissa re-
ceperunt: Ita multos legimus q exleges fuerunt et in minas legis inciderũt.
Extant et expla de illis, q per poenitentiæ remedium à poenis se libera-
uerunt, in quas paulo mox nisi resipuissent erant deturbandi à iusto
legislatore. Sicut aũt nos solemus dicere: Amare nostros amicos ex Amor, quẽ lex expetit erga Deũ qualis.
tota aĩa nostra, et toto corde, quod illor gratia quiduis, quod illis esset
gratũ essemus facturi: Ita lex hunc totius cordis, aĩ, fortitudinis viri-
um, mentis amorem, quẽ homo hõi deferre solet, tam feruentẽ, tã solidũ
tam vigilantẽ in Deum transferri iubet, vt amemus sgt Deum exci-
tatis oĩbus affectuũ nostror viribus, qbus parentes, sorores, frẽs, vxores
filios, amicos, benefactores, ciues, patrias, bona, famã, vitam deinq. nostrã
diligimus, et in vnũ et solum Deũ directis. TEL. Si ita Deus amandus
est, quid reliqui est quod distribui possit in alia, reliqua verba legis,
amoris et dilectionis? Si enim ex tota aĩa diligendus est Deus, tota mẽ-
te, oĩbus viribus, toto corde: Et si totã aĩam, totũ cor, totam mentem,
oẽs vires eximis ab hõe, nihil mentis, nihil sensus, nihil vitæ, nihil dile-
ctionis reliquũ est in hõe, quid erit amplius in hõe, quod hõi ab hõe ex le-
gis præscripto præstari possit? PAS. Nihil. Non amor, nõ odium, nõ
benemerendi voluntas: sed ipsa insensibilitas non solum erga alios, ver
et erga se. Nam q totum te quærit pro se, is nõ solum pro alijs, sed et p:
te vult, in te remanere nihil. Et qui vult vt se solum ames, is nõ petit vt
alia à se odias vel te vel alios, quod inter nõ amare vel odire magna sit
intercapedo. Quod enim nunquã nosti, amare nõ potes: nõ tamen, si nõ
amas, confestim odias necesse est. Sicut aũt nosti oĩa q vides, cõdita fuis-
se à Deo, et nisi à Deo postquã condita sunt fuissent benedicta, multiplica-
ri

Gradus amoris quo Deus est amandus. T. 201.

Amori, quantũ tribuendũ, quatenus amandum.

Matt. 10. 37. Luc. 14. 26.

Act. 4. 19

Matt. 10. 28

Rom. 13. 2

Explicatio DECIMVS

ri nõ possent. Ita postquam leges à Deo, hõi creato à Deo, sunt latæ, postquam dictum est: Diliges Dõm Deũ tuũ ex toto corde tuo, si nihil aliud dictum fuisset, hominẽ aut ce aut alium diligere homo nõ tenerer. Quare sicut quod res creatæ multiplicem̃ vnaquæq. in specie sua, acceptum refers benedictioni Dei, q̃ secuta est creationẽ, et non creationi rerũ, q̃ antecessit benedictionem: Ita, quod alia à Deo, tenearis diligere, nõ mandato illi: Diliges Dm̃ Deũ tuũ, adscribere debes: sed illi: Diliges proximũ tuum. Hoc autem facit vt intelligas quod ex mandato sdo fit, vt te et alia abs te, et à Deo, diligas, et nõ à prio quo iuberis solum Deum amare. Quem enim diligis pp primũ mandatum eum cogereris solum diligere, si sdm mandatũ de dilectione nõ tulisset. Et cũ intelligas in te nihil amoris remansisse præter illum totum amorem, quo diligere teneris solum Deum ex pcepto primi mandati, cum iubearis ẽt alia à Deo, atq. teipsum diligere, scias cupere, vt eũ amorẽ q vsu fructu suus est ppri9 te ad alia à Deo deriuare. Hæc consideratio facit te intelligere, quatenus sit amandũ, et amori, à lege iusso tribuendum, ne sꝫt eo amore qui totus est Dei, et quẽ abs te et alijs abalienares, et in solum Deum referres, prosequeris te et alia, quod ita fieri iubeat Deus tui aut alior gratia, nõ prosequaris Deũ aut æque te et alia atq. Deũ prosequaris. Eum enim plus amare teneris cogente naturæ sensũ cuius grã alia amanda esse intelligis, et nisi ille esset, ista nõ amares. Hanc partem ita explicat Iesus chrs vt dicat, nos odio proseq debere nos, parentes, vxores, amicos, familiã, solum aut Deum amandum, et illis q̃ ille iubet incumbendum: hoc est: Tueri veritatem, obseruare, Vates, venerari Duces, quos Ille in duces declarauit. Quid em̃ est quod teipsum, parentes tuos, Vxorem tuã, liberos tuos, familiã tuã, amicos tuos ciues tuos, et alios oẽs non odias? Deus obstat, q iussit vt hæc oĩa debeas amare. Quare cum noris hæc te amare pp Deum, cauere debes ne ista tibi sint caussa vt Deum odias, aut aliqd facias, quod odit Deus, cum Dei caussa hæc ames et nõ odias. Quamobrem illud: Deo oportet magis obedire, quam magistratui, si ad illud refers: Nolite timere eos magistratus qui occidunt corpus, aiãm aut occidere nõ possunt: Et ad illud: Qui nõ paruerint magistratibus, sibi ipsis damnationẽ à Deo accersunt, videbis quadrare ea q̃ diximus de amore, q virtutis partes descriptas in lege respicit, quadrare timori, q refertur ad vitia, q̃ vitanda esse lex mandat. Nam si aiens mandatũ includit intra sinũ mandatũ negans, et mandatũ negãs nõ sit omnino alienũ ab aiente, necesse est vt q diligit Deũ, cum Deũ diligit is Deũ metuat, cum Deum nõ diligere, sed odire incipit. Sit igr̃ amandũ quicquid est præter Deum, in grãm tñ Dei, si ea dilectio est ex legis diuinę mandato. Diligas tu teipsũ, diligas alia à Deo, diligas proxima quæq. Deo, qualia sunt: Magistratus ordinati à Deo, diligas pphetas et nuncios Dei hi oẽs si qd faciendũ tibi præceperint, et tu quod illos iubearis amare, venerari obseruare, illud feceris quod præceperunt, nulla discussione facta, an is, cuius grã istos ames et obserues, illud fieri permittat, aut ne fiat, caueat legibus suis in salute tua curanda, minis Dei vitandis, et ambiendis pollicitationibus, nimis indiligens es, proximus es exitio. Quid em̃, si quod iubetur hinc, illinc vetarer à Deo? Cum igr̃ aliqd iuber, speciosa illa nomina magistratuũ, parentũ, amicor, vxorũ, liberorũ, matrimonior, gaudior et dulcedinũ vitæ tuæ, bonor tuor, quietis tuæ, sepone et ex consilio tuo abijce quã longissime, et in consiliũ legem Dei solam et vnã, aduoca, si quæ iubeur hinc, oĩa oĩbus modis (sunt em̃ q̃ bona ex se cũ sint, mala fiũt ex circũstãtia.

Gradus amoris quo Deus est amandus. T. 201.

Amori quantũ tribuendũ, quatenus amandum.

Matt. 10. 37. Luc. 14. 26.

Act. 4. 19.

Matt. 10. 28.

Rom. 13. 2.

stantia) cum lege Dei illinc consentiant memineris Deum velle cum amore
et timorem quem illi soli debes, adhæc, oia etiamsi tibi no placeat deduci.
Nam magistratus a Deo ordinatus est, parentes et alij sunt colendi, salus
tua et fortunæ seruandæ. Quod si, quæ lex Dei illinc clamat cum his q
hinc præcipiuntur dissentiunt, et magistratus institutus ad terrorem
male agentiu, et laudem bene uiuentiu, vertir in terrore bene viuere cu-
pientiu et in beneficiu male de Deo sentientiu: Quod si parentes et alia
locum amoris quem habent a Deo, mutare student, et in Dei locu coscen-
dere, et aut superiores aut pares esse Deo, tum vero quid tibi sit facien-
du Iesus Apli prophetæ verbis suis et exemplo docuerunt, parendu szt
esse Deo et suis magistratibus, et his de qbus loqr ipse in sua lege. Hos
magistratus no esse magrtus, hos parentes no esse prntes, hos amicos
non esse amicos, hæc bona no esse bona, hanc quietem no esse quietem
de qua legem tulit Deus et locuti sunt Prophetæ et Apli, q nos auellere a
Dei amore et beneuolentia et legis diuinæ promissis studet, et eo colloca-
re unde exitiu vitæ, salutis, bonor omniu, et comminationu legis conci-
liatio pendet manat erumpit. Intellexistine q de amore, quod est funda- amor legis fundament
mentu diuinæ legis sunt longis circumductionibus dicta? TEL. Intel-
lexi. Et vtinam intellexissem antea. Nam vbi prius era no adeo raro vino
me adobrui sum passus, ductus more gentis illius, cum putare officij esse
quod video esse vitij. PAS. Hæc prima pars legis, est et commendanda
memoriæ, et toti vitæ nostræ, veluti magistra vitæ, q transigenda est, pr-
figenda, nequid fiat in gram hominu, qui sunt amandi post Deum, et in
gram Dei, quod contra Deum et ex odio in Deu videar no oculis tuis, sed
sentia legis esse factum. Nam tam est in culpa q odit Deu, atq. is est, q
in degenda vita no per ea vestigia graditur, q fixit Deus vt per ea am-
bularetur. TEL. Hic vnius Dei amore, sicut prius vnius Dei noticiam
DE DEO. proponis. PAS. Ita vides, Sacra nostra Biblia, no numerant inter postre-
ma nosse quotus nuro sit Deus. Et in fide vbi promissa et minæ, et in lege
vbi no minus promissa sunt et minæ, Vnum esse Deum oibus nunciatur.
Et quamuis in oibus intelligamus Amore Dei erga hoes antecessisse et fi- Amor Dei et fide et lege antecessit
dem et legem: attame si reliquor expla valent, antecessisse fidem impu-
tatem iusticia, amore illum, quo Abrahamus amauit Deu cum Deus se
illi manifestasset, cum eo fidei gre, q tum dr fuisse in Abrahamo, cum ius-
sus est egredi patrios et quærere nouos lares, dicendum est. Nam neq.
egressus fuisset sdm quod Deus fieri iubebat, nisi Deo credidisset, neq.
Deo credidisset, nisi Deu amasset, neq. amare potuisset Deu, nisi Deus
se illi patefecisset, neq. patefecisset se illi Deus, nisi illum amasset,
q tn oia antecesserunt eam fidem, q Abrahamo dr imputasse iusticiam
aliquot annis. Ita Cornelius legir prius placuisse tum ipse tum sua facta Act. 10.1
Deo, qua edoctus Iesu esse Iudicem viuor et mortuor, iusticia q imputa-
bar per fidem tum, et no per circumcisione præputiatis oibus, fuisset
consecutus. Quamobrem dicendum est: Vnum esse Deu, inter prima om-
niu patefieri hoi, qua patefactione summus declarar erga hoes Dei amor.
Hanc deinde patefactione segr liberalis Dei clementia in pollicitationi-
bus hæreditatu suar, q solent esse tum fidei et eius cui promittuntur,
obid

AMOR FIDES LEX

Explio. DECIMVS

ob id quod ille diligat a Deo vt filius a patre, et eius q pollicet Dei, qui hoi donat ius filior coniunctione et nexu, cui fidei tandem comes postremus est lex, quæ est amoris totius in certa capita dispensatio, adiunctis nouis promissionibus confirmantibus priores illas, q has antecesserunt fidei. Quoniam aut et ibi cum deus amat et amatur, et hic cum Deus promittit datq. recipitq. fidem et tandem cum totu amore, quo vult se coli a suis filijs certis legibus explicat, vnus mro est, ob eam caussa vndiq. velut præses omnium rer suar, siue amoris siue fidei, siue legis, vnus esse et no plures apertis verbis sigcatur. Et est qdem vnus et cum amat et cum pollicet et cum iubet: attame mercedis spem no in ea partem voluit vertere, qua vnus est, et qua hoes amat, sed in suis et pollicitationibus si crederent Deu illas et velle et posse dare et legibus si obseruarentur. Quicunq. igr tres personas Dei in vna essentia et natura Dei faciunt, hi et extra fidem sunt, qua maioribus nostris et tibi Telephe imputata est iusticia, quoniam vnus, mro est qui amat et pollicitus est hæreditates suas, quas vnus ipse solus, et no vnus inter alios duos, pot dare, et extra leges, quaru obseruatoribus sunt promissæ mercedes, no a tribus personis vnius Dei, sed ab Vno vna habente persona. Et vides no parua rem esse: Nosse vnu Deu, cum is, q vnu Deu no nouit, quatenus scriptura sacra vnu Deu nominat eum, qui dedit leges, repugnet cu fide et lege. TEL. Gradus quosdam statuisti in amore quo Deus est amandus, dixistiq. magistratum me debere amare, quoniam Deus hoc iusserit, qui si non iussisset, no tenerer ex lege magistratum diligere: Ita me, quod Ego ipse amem, ex lege Dei esse, quæ si iuberet vt me odio prosequerer, esset legi parendum. CHO. Iussit olim patri vt suu ipsius quem diligebat filium occideret, et quod illum occidere decreuisset laudatus veluti virtutis cultor, cum siquis hoc ipsu facere vellet, legibus diuinis damnaretur, vt virtutis desertor. PAS. Iesus chrs dicit: No pot esse meus discipulus h. e. chrianus (diximus discipulum tum dictu quem nunc chrianum nominamus) qui no odit anima suam. Quod odiu est maximus amor, cum quis veluti osor sui se oibus exponit periculis, q Deus q summe amar ita fieri iubeat. TEL. Hispani cum mea cepissent patria, oibus, q se dedidissent pacti sunt libertatem, et Ego cum patre liber eram: verum a magistratu iussus reliqui patrem et parui magistratui. Si ordo est in amore iusso a lege, puto me sine crimine hoc facere potuisse, quamuis quod volens feci, viderem me per vim coactum iri vt facerem. PAS. Vbi vis est, ibi inde fugit quam longissime virtus et vitium. Virtus enim vt virtus sit liberam habet voluntatem, parentem: Ita et vitiu vt vitium sit lege damnatu, quod vitiu, si est a vi externa coactu, Vitium no est, quod liberam voluntatem no habet parentem. Et hæc est veritas, quamuis malicia hominu in recte dictis et factis studeat inuenire ad calumniandu rima. Vis apud nos est socia erroris, q a peccato immunis est, cum aliquis id facit, quod ne faceret maluisset mori et omniu suar rer iactura facere: Sed vinctum corpus id perpessu e quod mille crucibus ducir grauius esse. Nam sunt q putant vim esse id facere, quod si no faceres occidereris, quer damnatio iusta est. De magistratu aut id sentiendu est, præcedi a Deo et præcedere parentes. quamuis enim cum distinguir amor legis in duo capita tantum in Dei

Lex est amoris totius in certa capita dispensatio.

Trinitarij extra fide imputate iusticia, et legem Dei.

vide p. 288

amor legis fundament.

Gen. 22.

Luc. 14. 25. Mat. 10. 37.

Amor Dei et fide et lege antecessit

Vis

Act. 10. 1

Amor erga magrtus præcedit parentu amorem. s. 199. p. 202.

in Dei & proximi, noie Dei oēs intelliguntur qui proximi dici nō possunt, quales sunt magistratus oēs & parentes & q hōr noibus intelliguntur: at hmor parentū amor segr magistratus amotem, qui antecedit amor erga Deum, qui est fons, caussa, scaturigo, caussa cur alia oia post ipsū diligi debeant. Vnde damnatur Coriolanus quod magistratui nō cesserit matri roganti cesserit, cupi observantia mtior deberetur magistratui, quam matri. Ctle gimus aliquando accidisse, cum magratus ius suū concessit parentibus & quē ipse damnare iure ordinario potuisset, parentibus iure extraordinario concessisse multandum. Quibus narrationibus docemur & apud Ethnicas scripe historias extare memoria sensus humanis insiti a natura quod inter Deū & parentes intersecendus sit amor & honor q magratibus debetur. Et extant q cum parentibus coniungant mores & lingua etiam magistros. Sicut aūt cognita lege Dei scis quid amandum, quid nō amandū, qd psequendū, quid fugiendum, qui finis bonor, qui finis malor, qd virtus quid vitiū, nō exeo quod tibi ita videat, cum nullus sit q aliquid faciat quod nō boni caussa, quod ipse putat bonū esse, faciat: Sed qd Deus ita iubeat: Ita cognitis gradibus eor q sunt amandi ex verbo Dei facile nosse poteris inter bona utrum melius, aut quid optimū & prosequendū maxime, & inter mala utrū peius, aut quid pessimū fugiendū summopere. Quæ noticia parui pendenda nō est, valet enim ad multa. Nam sicut aliquando accidit vt magratus obuertat Deo terga, statuta decreta Decretis Dei repugnantia, cum hōes incerti videant qd seq debeant, magratūne, ne videam rebelles perfidiosi infames perdant q bona oia cum libertate & patria & vita: an Deū cuius caussa nōcir magratus esse amandus, & q si noluisset nunqua magratus fuisset inter amandas res numeratus? Ita fit cum magratus aliqd iubet, cuius contrariū iubent parentes, iussa aut utrorūq & magratus & parentū videm cum lege Dei consonare. Fit & tum filius filiaue exempti a patria potestate parentū, ille ducit uxorem, illa nubit viro, & aliud illis præcipit aut a costa aut a capite, & aliud a parentibus. Accidit etia, cum mandata præceptor contraria sint præceptis parentū. In qbus oibus & similibus diligens examinatio adhibenda est, & videndū quid præcipiatur, quis præcipiat. Illud an bonū & cum lege Dei consonū, an vero melius an magis consonū: hoc aūt, an simus eius iuri subditi an soluti, & cui teneamur magis parere, cui minus, cui nihil, in oibus considerantes ne deserantur leges Dei pp mandata hominū quantumuis magnor. & legibus Dei se tuentiū. Quicunq. n. magratus ex ministro Dei cupit se dici aut existimari Deū, mutatus est oibus legū diuinar tutelis, & ex magratu reddit homo. Illud enim: frustra me colunt docentes doctrinas præcepta hominū, & ad magratus referendū est docentes & irritum facientes mandatū Dei pp traditiones & leges, quos vocat hōes & nō ἐννόμους aut diuinas vt alibi: Et frustra quidem, nō solum multius præmij consecutione, sed do transgressu præceptū Dei & subiectionem in execrationes & multas legis sequat. Et putabant quidem illi, quos notat Iesus chr̄s, denegare subsidiū parentibus vt videreris colere Deū, esse cultū Deo gratissimū

Amor parentū magratui præcedit. 3. 201.

Magistri mores & loco habēdi

1 Reg. 14.

1 Reg. 15.

4 Reg. 10.

Deus non tentandus

Amor erga DEVM.

Mat. 15. 9

Timor Dei.

Exptio. DECIMVS

mũ sicut postrema tempora fugientes pueros à parentibus & induen:
tes se, denegata cura parentũ, cucula papæ, inter sacrificia gratissima
Deo numerabant, cum oĩa essent repugnantia verbo Dei, & signa eius
quod esset rectum bonũ & sanctũ coram oculis hominũ sdm hominũ tra:
ditionẽ, & nõ ante oculos Dei, sdm Dei decretũ. Amorẽ igr̃ in lege Dei de:
scriptũ & iussũ, oẽs ~~priuati~~ hoẽs, priuati & magr̃atus, cum suo ordine quo
in Deũ totus dirigir̃, & à Deo in hoẽs amandatur, & gradibus eor̃, qbus de:
ber̃, & qbus plus, qbus minus est adscriptus, defixũ ante oculos mentis &
corporis gestare debent. Ita enim nõ facile labemur in culpam, cũ delibera:
tio de aliqua re suscipir̃ si huic studio diligens nauabir̃ opera. Nam ob hu:
ius studij negligentiã videmus & Saulem ex puluere creatũ & erectũ in
regem, iure regio potuisse in Ionathan filiũ sæuire, & sæuisset nisi populus se
1 Reg. 14. interposuisset & vicisset Amalecitas. Qui tamẽ postea, cum nõ, quod
rectũ videbar̃ Deo, sed quod benefactũ esse putabat ipse, fecisset, prædamq.
cum rege hostiũ seruasset à priuato hoẽ magratus ipse deiectus est ex re:
1 Reg. 15. gno. Sicut enim Deus priuatos per magr̃atum ordinario: ita magr̃atũ
per priuatos extraordinario iure punire solet. Et sicut Sauli creato in re:
gem immutauit cor Deus, vt regios spiritus indueret & regere pro digni:
tate regia populum posset: Ita in vnũ Iehu conuerso fauore principũ
4 Reg. 10. ex famulo creauit regem & vincere atq. suũ Dom ~~suũ~~ leges Dei Dñi
omniũ deserentẽ occidere & ex regum memoria oẽm illius posteritatẽ
& genus delere fecit. Adorare Deũ: Tentare Deũ: Irritare Deũ:
Timere Deũ: Seruire Deo: Inuocare Deum: Execrari Deũ.

Solet amor habere suas illecebras, q̃ quoniã inuadere possent populũ
Deus non tentandus familiarẽ iam redditũ Deo, cauent Sacra Biblia ne putemus esse ludẽ:
dum cum Deo & tentandum, quantum amet, quantũ possit, quantum
velit, aut simulata ab eo ad alium Dom fuga, cognoscere velle quãti
pendat nostrum amorem, quanti nos, veluti riuali proposito faciat &
quod morosuli amantis est, in malis silendũ esse & expectandũ nũq̃
inuocati Dei auxilium, aut proruendũ in mala esse, vt experimentum
fiat an Deus nos diligat, & nos in mala properantes retrahere, aut in ma:
lis contabescentes non vocatus solari velit. Hæc enim fieri solent & ab
eo, q amatur & insolescit in amore, & ab eo q amat & sine ratione ama:
re existimatur. Hæc vitia lex auferre properat ab eo amore quẽ ipsa
Amor erga DEUM. iubet & innuit. Iubet em̃ vt nos vnũ Deũ nostrũ amemus ex toto corde
nostro, & innuit Deũ amasse supra oẽs populos maiores nostros & nos qui
ex illis descendimus oppido quam multum. Iubet igr̃ vt amemus Deũ vnũ
& vnũ Deũ quem amamus, illum solum adoremus, illum solum timeamus,
illi soli seruiamus, illum solum in precibus inuocemus. Illum nõ tentemus
nõ irritemus, nõ execremur factis, dictis, occasione: sed ita ferueamus in
curanda eius gloria vt luceamus, dictis factis & cogitationibus apud eos,
qui miraculi vicem habere existimant, si Deus tales suar̃ legũ obserua:
tores inuenerit, quales ipse quærit, statuuntq. Deum ob id tulisse leges
quas nullus seruat, vt haberet vnde damnare posset hoẽs, & nõ quod ho:
minũ saluti consulere voluisset, quor̃ damnatio iusta est.

Adoratio aut̃ mentis subiectionem petit, vt reuerearis illum quẽ prm̃ ap: DE ADO:
pellas Deũ. Timor aut̃ intentã mentem notat, qua studetur ne quid fiat RATIONE
Timor Dei. quod. DEI.

quod offendat Deum, et quem vocas prim ut noris esse Dom. Seruitus aut est obsequendi desiderium, ut intelligas, quamuis sis hæres, ut filius, esse tn conducticium veluti seruum et operarium, qui ita incumbit operi, ne si no incubuerit priuer et hæreditate promissa ut filio, et mercede pacta ut mercenario. Inuocatio aut est et in bonis ut gratias agas Deo pro his q dedit, Et in malis ut ab his, aut q instare cognoscis aut qbus iam subditus es malis, libereris. Est aut tota inuocationis materia duobus verbis expressa, a Iesu chro: Ne nos inducas in tentatione, aut tuam aut aliena: sed libera nos a malo, aut futuro aut cui subsumus. Ex utroq aut, siue cum intelligimus nos in tentatione no fuisse impulsos, siue cum nos fuisse a malis liberatos cognoscimus, exoritur gratiarum actio. Tentat aut Deus nos siue per diabolum ut Iobum, quem permisit male tractandum pro eius arbitratu: siue per se, immittendo falsos pphetas, qui nos docere studeant mendacium, fame, pestem, bellum, inopiam, orbitatem, proscriptione, bonor dispoliatione, vincula, ergastula, cruces, neces et alia mala, quibus sicut aurum per ignem argentarius, Ita ipse suos, et qdem carissimos, cupit, nostra constantia in amore erga se quanta sit declarari. Tentare aut Deum est, cum possis honeste et de iure, pericula vitare nolle: aut illa dicere, q videant potentia Dei, dilectione erga suos curam, in sibi commendatos diminuere. Dedit aquam, inquiunt illi, nunquid et panem poterit Dare? Irritare seu prouocare Deum est ad alium Deum aut hoem quam velit Deus pro subsidio recurrere, perinde atq si Deus, aut no posset, aut no ita facile concedere vellet, quod est ἐπλοτυπίας vredine in Deo excitare velle, quod est peruersi et desertoris ai. Nunqd, inqt, no est Deus in Israel, quod vos itis ut consulatis Baal-zebub Deum Ekron? hæc impietas opponit inuocationi Dei. Execrari Deum fit verbis et factis. Nam cum vita mala chrianor occasione dat alijs ignaris legum chrianarum, execrari Deum, q tale famulitium æquo aio ferat et no statim perdat chrianos tales, præstare debere illar execrationum culpam nostræ leges censent, et cum quis impijs verbis aggredir ad conuitiandum quibus quibus rationibus nome Dei in execrationis, execrandus ipse culpam incidere dr. Eius expla nulla sunt in Sacris Biblijs. Celebris est illa Rabsaces, qua illustrauit nunqua alias audita multa: Quis est in oibus dijs terrarum istar, qui liberauerit terra sua de manu mea? Nunquid eruere poterit Dns Ierusalem de manu mea? Ut videar idem esse irritatio et execratio seu blasphemia græce, nisi quod hæc fit verbis, illa factis. Sicut aut aliud est bene vel male viuere, seu virtutem aut vitium sectari in vita degenda, aliud, poscere vel no poscere subsidium: Ita alia est execrationis caussa, q fit per impiam vitam, alia irritatio Dei, cum Deus deserir, et ab alijs et no a Deo auxilium petir. Verecunda aut sacræ scripturæ narratio, sicuti mariti et vxoris congressum gratissimis et tectissimis verbis effert: ita hanc quam vocamus execratione per contraria vocem intelligendam lectori offert. Ne forte, inqt peccauerint filij mei, et benedixerint Deo in corde suo. Hæ oes virtutes adorare timere, seruire inuocare: Et vitia tentare, irritare, execrari: illis incumbedo hæc vitando, cuniungenda sunt cum amore, quo super oia lege mandante est diligendus Deus. Adoratio per corpus varia est apud diuersas gent.

DE INVOCATIONE Dei.

DE TENTATIONE Dei.

DE EXECRATIONE Dei.

seruire Deo

Matt. 6. 13.

tentare Deum Matt. 4. 7. Ps. 78. 21

irritare Deum.

4 R. 1

Esa. 36. 20

Iob. 1. 5

Exptio. DECIMVS.

tes. Iudaei stantes, Alij genu flectentes, Alij aperto, Alij tecto capite, A- ADORA-
lij pansis manibus, Alij in pectus contractis, Alij in terra demissis, Alij TIO.
in cælum, Alij in terra oculis defixis, Alij surrecto, Alij demisso capite,
Iob. 31. 27. et flexis genibus, Alij osculando manu, velut parentem bonor, q quis
sibi comparasset, Alij alia forma protestantes se Deo referre oia accepta,
adorare solebant. Etiam in loco erat varia opinio, An in montibus
in qbus veteres pres Deum adorauerunt, An hierosolymis, An Memphis
esset Deus adorandus. Præterea alij orientem solem versus, alij occidu-
um, alij ad hierosolymæ situ oculis versis consueuerant adorare. Pau-
1 Tim. 2. 8. lus cum dicit: Volo viros orare in omni loco sustollentes puras manus absq.
ira et disceptatione, indicat chrianis præputiatis licere in omni loco orare.
manus tol- Tollere aut manus ceremonia erat componendi corporis, sicut cum dixit: fle-
lere. cto genua mea ad prm Dni nostri Iesu chri, quodo componeret corpus cu
oraret, sigcare voluit. Iudæi nunc stantes nunc genu flectentes adoras-
Matt. 6. 5 se Deum leguntur: Illi, inqt, solent in conciliabulis et in angulis platear
Act. 7. 61. stantes orare. Stephanus cum vidisset Iesum stantem a dextris Dei (et
orantem sgt.) Ipse genu flectens orauit. Iesus genu flexisse narrar. Erat
Luc. 22. aut corporis aut inclinatio aut in terra deiectio, aut genu flexio, aut ad
pedes eius, q adorabar, deuolutio, sicut capitis detectio apud nos signu ho-
noris potius qua amoris. hoc tn cum fieret ex aio, quod reuera illi nos
subijceremus, cui corpus deijceremus: illa erat adoratio, q erat portio amoris
quem a nobis lex requireret. Quam quidem partem amoris, q adoratio dr
ad suæ gentis morem quiuis componere pot. Nam quamuis animus stan-
te, sedente, accumbente, ambulante, quiescente, corpore, per se pot tacito
adorare Deu, neq. corpore indigeat, cum hoc debitum offm amoris redde-
re Deo cupit: attamen in publicis conuentibus, vbi adorare oes moniti pa-
storis voce aut moris recepti lege, conuenit scire quodo consuetudo sit
chriani populi adorandi Dei. Sunt enim multa apud aliquos honesta,
q apud alios sunt noua et no recepta. Ponit et Paulus in sexu discri-
men, neq. eam forma, qua decet viru adorare Deu dicit fæminis con-
1 Cor. 11. 5. uenire posse, ne gentes essent Iudæis hac in parte exosi. Quare pa-
stor patriu morem si honestus est et receptus in adorando Deo sequatur:
Populus aut sciat ibi esse Dei templum vbi est quiuis chrianus, et ibi ado-
rari posse Deum sdm eu morem quem addidicit componendi corporis et
pro commodo loci. Nam vanu esset peregrinati et hostes vitanti ex equo
descendere, et adorare Deu stando aut genu flectendo cum hoc ipsum
sedendo fieri potuisset. In his enim omnibus Deus amore quærit et
animi erga se subiectione: cæteras circumstantias compositionis corpo-
ris ad tempus locum occasionem reijcit. Seruitus, cultum sigcare SERVI-
Matt. 4. 9. vider eo in loco: si prostratus adoraueris me: Dom Deu tuu adorabis TVS DEI.
et illum solum coles λατρεύσεις. Sicut aut coniungunr προσκύνησις
et λατρεία, seu adoratio et seruitus seu cultus: Ita alio loco ἀγάπη
seqr δουλίαν et ἀνθέξιν q sunt amor, seruitus, complexus amoris. Alio
loco σέβας et λατρεία sunt idem, hoc est: reuerentia et cultus, q con-
iuncta amori fit vt cultus sit seruitus, et seruitus cultus. Vnde, sicut
Act. 20. 19. cu dicit Paulus: seruiens Dno δουλεύων est λατρεύων, Ita cu dicit: ser-
Rom. 1. uierunt et coluerunt Creatura ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλατρεύσαν. Et Ste-
phan

phanus, seruire militiæ cæli λατρεύειν videntur accipere λατρείαν et σέβας Act. 7.
pro δουλεία. TEL. Et cur tanta cura in voce vna satis fuisset dicere
seruire et colere idem esse, vt seruitus et cultus sequitur amorem dilectio-
nem et obseruantiam. Nam sunt et diuersa verba res diuersas significantia
quæ tamen in repetitionibus, cum in eum vsum deuocantur, vt vna res melius per
vtrumque quam per alterum exprimatur, idem significare coguntur. PAS. Ma-
ior sæpe de verbis, quam de re oritur apud multos contentio quod et ὑπερδου-
λείαν finxerunt, vt δουλείαν infimum latriæ supremum inter gradus tres,
quos fingunt dare possent, cum res illa quæ in lege δουλείας voce significatur
sit illa ipsa quam λατρεία significat. Est igitur hoc loco seruire Deo, colere Matt. 4
Deum ambire gratiam Dei, non aliena significatione, ab amare Deum, cum nihil præterire
eorum quæ venire possunt in cogitationem, desiderare pro loco et tempore Deum,
quem ames. Commodissima significatio plane pro eo quod filius est et non seruus,
et qui sit ita redemptus pretio, vt erectus sit ad filij dignitatem et condi-
tionem. Hanc seruitutem coniungi ex sacra lege adorationi Dei, et ado-
rationem amori, quo iubemur complecti Deum, diximus.

TIMOR DEI. Timor duplex est: Vnus quem excludit amor horridum quiddam et suppli-
cium ferens secum: Alter, amoris erga superiores, vt filij erga paren-
tes, famuli erga Dominum, clientis erga patronum, vxoris erga maritum, priuati
erga magistratum est comes. Est autem timor iste seu metus diligentia et se-
dulitas, qua quis cauet ne quid abs se fiat, quod Deo displicere possit, quod
Paulus dicit: in charitate ambulare. Sicut omnia christianorum iura sunt amo- Rom. 14. 15
ris plena: ita cum Caritas seu amor deserit, in proximos timoris fines in-
curritur, vt si timere non vis, amare te oporteat, et hoc quidquid est in amore
quo metuis ne excludaris, et exeas in vita degenda amoris notas, est timor
iste quem comitem amoris facimus. Deum timete, inquit Petrus. Absque 1 Pet. 2. 17
timore Paulus ὀφθαλμοδουλείαν excludit. Huic timori alibi δόξα con- Coloss. 3. 22
iungitur. quoniam ortum habet, non a metu pœnarum, sed a virtutis amore, et re- Apoc. 14
spicit non oculos hominum vt illis absentibus aut non videntibus seruire no-
lit: sed Dei aspectum, qui præsens est, et contuetur omnia et quæ facimus et quæ cogi-
tamus. Timorem sequi seruitutem, seruitutem adorationem, adora-
tionem amorem diximus. Quoniam autem adoramus et vt petamus ea quibus

INVOCATIO caremus, et vt gratias agamus de his quæ recepimus, ob hanc caussam in di-
squisitione harum vocum, quas recitauimus animaduertere oportet quam
partem adorationis sequatur inuocatio, quæ semper est coniuncta precibus
aut vt possideas bona, aut vt effugias mala. Adorans, inquit, et petens Matt. 20
aliquid ab eo. Et, Cadens in terram adorauit, dixitque: Nudus egressus sum Iob. 1.
de vtero matris meæ, et nudus reuertar illuc. Et, procidens in faciem 1 Cor. 14
adorabit Deum (incredulus et indoctus) renuntians quod Deus reuera Adoratio-
in vobis sit. Hic adorare est honorare, ibi adorare est silere et silendo nis vox.
gratias agere. Illud vero primum adorare est petere. Quæ adoratio
cum ad primum mandatum pertinet et coniuncta est inuocationi et ad
solum inuisibilem Deum referenda est. Is Deus est qui Deus pater dicitur.

DE DEO. Neque enim alius est Deus, qui Verus et inconspicuus Deus sit, nisi is, qui ita
Deus et Dominus dicitur, vt et pater et noster et Iesu christi et omnium sanctorum
dicatur. Patres nostri, inquit illa, in monte hoc adorauerunt. Quem- Ioa. 4. 20
nam

Exptio. DECIMVS

nam? Et vos Iudæi dicitis Ierosolymis esse adorandum. Quemnam?
Pater solus adorand⁹ inuocād⁹. Vos, inqt Iesus, adoratis in hoc monte, quod nescitis: Nos Iudæi adora:
mus quod scimus. Quemnam? Venit hora quando vos neq. in monte
hoc neq. hierosolymis adorabitis. Quidnam? PATREM, inqt, Deum sȝt.
Venit hora et nunc est, quando (vos et nos) veri adoratores adora:
bunt spiritu et veritate. Quemnā? Patrem, inqt, Deum. Quoniā ado:
ratio coniuncta precibus et amori primi mandati ad solum Deum pa:
trem referri debet, q est vna persona, quæ sola verus et inconspicuus Deꝰ
dicitur. Verte sursum deorsum oīa, euolue à sacris scriptoribus pscriptas
Sanctor patrū preces à condito mundo, nusquā aliud inuenies, quam sā:
ctos patres, sanctos prophetas, sanctos Aplos, sanctos reges, sanctam Ecclam,
Iesū chrm, et qdqd fudisse preces vnquam recitar siue in ꝓpheticis siue
in Aplicis scripturis, Vnū inuisibilem et inconspicuū verū et solū Deū
vna natura diuina et vna patris Dei persona constantem adorasse,
coluisse, obseruasse, timuisse et in precibus inuocasse, et cum decies aut
vicies Iesus chrs, pluries Eccla tota chriana, multoties Paulus narrer
adorasse et precatus fuisse, nunquā alio directam fuisse orationem
quā ad Deum patrem oculis ipsis cernimus, et manibus contrectamus.
Orationum formulæ. Et cum Iesus chrianos, hoc est, discipulos suos institueret, quōdo Deū
orare deberent, cum alioq ignari sint hōes eor, q petere in precibus
Rom. 8 debeant, patrem Deum orandum esse perpetua lege, quā ipse, oēs Apli
Matt. 6. et sancti Dei seruarunt oī tempore, sanxit. Confiteor, inqt, tibi pater
Luc. 10. Dne cæli et terræ. Pater grās ago tibi. Pater salua me ex hac hora. Pa:
Ioa. 11. ter, clarifica filium tuū. Pater, oīa tibi sunt possibilia, transeat à me
Ioa. 12 et 17. calix iste. Pater dimitte illis. Pater in manus tuas commendo sprm me:
Mar. 14. um. Et quando alr Iesum orasse Deū reperies? Ita Paulus, Flecto,
Luc. 23. 46 inqt, genua mea ad prm Dni nostri Iesu chri, et nostrū prm sȝt. Et
Eph. 3. 14 Act. 4. 24 Apostoli oēs: Dne tu es Deus q fecisti cælum et terrā mare et oīa q in
eis sunt. Conuenerunt aduersū sanctū filium tuū Iesū quem vn:
xisti. CHO. Stephanū oportet excludere ab hac lege. Nam inuocādo
Act. 7. 60. Dne Iesu suscipe. dixit: Dne Iesu suscipe sprm meū. PAS. Imo hanc legem seruasse dicē:
dus est, q nō ad Iesū stantē, q est descriptio orantis et precantis, (Dixi:
mus enim morem fuisse gentis vt assurgerent et stantes orarent
vel hōes præsentes vel Deum): sed ad Iesum Deum sȝt, sedentem sup
sedem suā cælum sȝt, q iuuare poterat, direxit orationem. Cum eni
Iesus ascendisse in cælum et audisse à Deo prē: sede ad dexteram
Act. 2. meā, sit narratū, et assurgere q aliquid petituri erant pro more fuisse
1 Cor. 14 gentis Iudaicæ dicar, et nullus stet nisi surgat, si prius sedebat, cum
Act. 5. et 7. et 2 Lucas dicat Iesū stantem, quem prius dixerat sedentē, et vbiq. in nostris
scriptoribus Iesus dicar pro suis orare Deū et nō concedere per se quæ
petuntur à suis, necesse esse vider vt per eam vocem Lucas sigcare vo:
luerit Iesum fuisse de Stephani salute pro se mortem obeuntis sollicitū
et nō quod stephanū innuere voluerit ad chrm orationē direxisse. Fe:
cisset eni Iesum sedentem, quod est eius qui rogatur, et nō stantem, qd
est eius qui rogat. Et nō minus Pater Deus dr Iesus per oīa sacra
Deus pr Iesus dr hebraica Biblia, qualis est ea vox nōe appellatiuo, quod sit per se ser:
uator, quā Iesus chrs. Iesus filius Nun, Iesus Iustus cognominatus, vo:
centur Iesus, nōe proprio. Et si voluis sacra Biblia, locum fere nō in
ueni.

uenies, in quo antequam fuerit natus Jesus chrs, Deus pr Jesus nō dicatur.
Et si Paulus illam partem hebraicis vocibus scribere voluisset: Juxta 1 Tim. 1. 1
delegationē Dei seruatoris nostri, et Dni Jesu chri, sicut hanc partē fecit
Lucas, vt excandescentem animū Judaeor ex amphibolo vocis concitatum
et quodo et quam ob caussā Judaei in stephanū furere cepissent, sigcaret,
ad hunc modum scripsisset: Juxta delegationem Dei Jesu nostri, et Dni Je:
su chri. Si enim Jesus esset seruator, magis Jesus est is q est per se, quā
q per alium est seruator seu Jesus. Neq. n. credendū est Stephanum
alij Jesu sprm suū commendare voluisse, quā illi Jesu, cui Jesus ipse mori
ens commendauerat suū sprm. CHO. Paulus dicit: Cum oībus q inuocāt 1 Cor. 1. 2.
nomē Dni nostri Jesu chri in quouis loco vel suo vel nostro. PAS. Mutat q inuocāt
vocis sigcatum Paulus cum dicit πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους ἄυτον. Et, nomē Dni
σὺν πᾶσιν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χρισοῦ. Rom. 1.
Et, τὸν καλούμενον βαρσάβαν. Et, ὃς ἐπικαλεῖται πέτρος. Et δεῖσαι Act. 1. et 10 et 9
πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα σοῦ. Graece recito, vt ambiguitas vn:
de orta sit manifestetur. Est enim aliud inuocare aliquem, vt nos ser:
uet, et aliud ἐπικαλεῖν aliquem seruatorem. Hoc fit in his, qbus sūt Inuocare et ἐπικαλεῖν
indita aliqua cognomina ob eos honores, quos à Deo habuerunt: Illud
est in eo, q vocatur vt opem ferat. Nunc legite oīa Aplorum scripta, an
alicubi scriptū sit aliquem inuocasse Jesū post mortem vt opem ferat,
et tunc statuere poteritis quod sigcatum habeat vox ἐπικαλεῖσθαι cū
ad Jesū refer, maxime cum scribar: cum oībus q inuocant nomē Jesu chri.
Oēs q inuocant nomē tuū. E contrario aut, nec aliam ob caussā legimus Act. 9
Paulum fuisse aduersariū Ecclae, nisi quod Illa Jesum cognominaret
chrm, nec aliud fuisse in ore omniū eor qui salutem desiderabant in oī
loco et proprio et alieno quā Jesū esse chrm. Et quem veriorē, firmiorē
solidiorem, certiorem interpretem verborū Aplicorum quaerimus, quā ipsa
facta et gesta apostolica? Quid enim dicit Paulus? Quid Ananias? Quid
Lucas testatur? Oēs chrianos vbiq. gentiū Jesū chrm ἐπικαλεῖν inuocare
consueuisse. At enim quodo? in precibus ad eum pro auxilio recurrisse?
Atqui nullus vnquā legir hoc fecisse. Si igr ex duobus sigcatis q hēt
haec vox vnū hoc excludir, remanet alterū quod in oībus Ecclesijs, et in oī
loco vbi chriani erant fuisse legimus vt ἐπικαλεῖν sit Jesū cognominare
chrm, sicut Simon cognominabar Petrus, et Josephus Barsabas, alia tn
et alia ratione. CHO. Si Stephanus inuocauit in precibus Jesū chrm et
nō Jesū Deū prm, quadrare posset dictū Pauli ad inuocationē precū.
PAS. Ne sic qdem quadrare posset, quoniā mors Stephani antecessit Pauli
ad fidem conuersionē, quae fuit multo ante, quā epla illa scriberer ad Co
rinthios, quo tempore scripsit in oī loco inuocari nomē Dni nostri Jesu
chri, cum diu ante mortuus fuisset Stephanus. Verba igr Pauli factum
stephani sigcare nō possunt, cum illud praeterijsset, haec aut essent de
re praesenti. Deinde oīs conatus Pauli, cum accepisset litras à principibus
hierosolymitanis, nomine eo tendebat, ne id faterentur chriani, quod cum
stephanus negare noluisset spectante Paulo, à Judaeis est occisus? Et quod
primū conuersus Paulus fateri et concionari cepit? Atq illud nihil ali:
ud fuit, quā Jesū esse chrm, et nō inuocandū fuisse in precibus Jesū chrm.
occid.

DECIMVS

Exptio.

Act. 7. 60. Stephm inuocantem. Occiderunt, inqt Stephanus, eos, q prænunciabant de aduentu iusti (chri) illius, cuius vos nunc proditores et occisores fuistis. Et, Ecce video cælos apertos, et filium hois (Iesum) stantem à dextris Dei (esse chrm) Quæ verba vt blasphemia auersati illi, aures immissis digitis obturauerunt ne illa audire possent. Et de Paulo Lucas: Continuo inqt, ingressus Paulus in Synagogas, prædicabat chrm quod is esset filius Dei, (Rex et Messias) Et seqr: Stupebant oes q eum audiebat nunciantem quod Iesus esset chrs, ac dicebant: Nonne hic est q expugnabat hierosolymis eos, qui inuocabant nomen istud? Quod nã nõen inuocabat Paulus, quod prius illud inuocantes expugnare perseuerabat? Seqr Lucas: Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes Sacerdotũ (q inuocant nomen istud) Saulus aut multo magis inualescebat et confundebat Iudæos q habitabant Damasci, affirmãs quod is (Iesus) esset chrs. Hæc est inuocatio illa, qua Iesus chrs inuocabar in oi loco, et de qua scribir: Dnõ audiui de Viro hoc ex multis quanta mala fecerit sanctis tuis hierosolymæ, Et hoc loco hẽt potestatẽ à principibus Sacerdotũ vinciendi oes, q inuocant nomẽ tuũ. quod est: qui affirmant te esse chrm. CHO. Nonne delineatur inuocatio precũ illis in verbis: quodcunq. petieritis prm in nõe meo, dabit vobis? PAS. Locus ita habet: Ego ad patrem vado, et qcqd petieritis prm in nõe meo hoc faciam vt glorificer pr, per filium. Si quid petieritis (prm) per nõen meũ, ego faciam, (vt id habeatis rogando prm) Sprm mittet pater in nõe meo: Fructus vr maneat, vt quicqd petieritis prm nomine meo, det (ipse pr) vobis: Quæcunq. petieritis prm in nõe meo dabit vobis. Hactenus nõ petijstis quicquã in nõe meo. Petite et accipietis (à pre meo) Cum palam de pre meo annunciabo vobis. In illo die in nõe meo petetis (à Deo pre) Et nõ dico vobis quod Ego rogaturus sim prm pro vobis, Ipse enim pater amat vos, q2 vos me amastis. Videtis, aliud esse inuocare et petere à Deo pre: et aliud nomen Iesu chri inuocare et à Iesu chro petere: Et aliud esse, rogare Deum prm in nõe Iesu chri, et aliud intercessore velle vti apud prm Deũ, Iesu chro. Non dico, inqt, vobis quod sim pro vobis rogaturus prm. Ipse enim pater amat vos ex se et nõ habet opus, vt aliquis apud eum intercedat pro vobis. Intercessore enim opus est vbi est hostilitas vbi est amicitia satis est sigcare amico quid velis. CHO. Quid igr est, petere in nõe Iesu chri, si nõ ẽ aut inuocare in precibus Iesũ chrm, aut inuocare Deũ prm sed intercessore Iesu chro? PAS. Putatis aplos intellexisse verba ista cũ Iesus chrs illis hæc loquerer? Certe aut tunc cum nihil ambigerent, aut postea cum etiã, q prius obscura illis fuerant, intellexisse dicuntur, dicendi sũt quæ hæc verba continerent, percepisse. Nunc proponite vobis spectandas oes inuocationis formas, qbus Apli sunt precati Deũ, nusquã inuenietis aut orationem dirigi ad Iesũ chrm, aut in orõne fieri mentionẽ intercessoris Iesu chri. Et cur nos tantis ducibus quibuscum oi tempore sui ministerij vixit, et ante et post mortem rediuiuus Iesus chrs et sua illis patefecit oia arcana non vtemur? Quid ambigimus? Ne erremus cũ illos errasse ita Deũ prm orando, nec audeamus adserere nos, nec vl-

la.

Act. 9. 20.

Inuocatio Iesu christi.

Ioa. 14. 13. qdqd petieritis prm.

Ioa. 16. 23.

In nõe chri et ipso intercessore orare diuersa

Apli sine intercessore Deum sunt pcati.

la unquam ætas adseruerit? Quid dicemus? Nos melius intelligere hæc Je-
su chri verba quam illi intellexerint? Aut illos intellexisse qdem, sed ea in
precibus seruare noluisse? Ego vero hoc dico, si nos alr Deum prm orare
voluerimus, quam Apli Jesu christi fecerint, magnam subitos, culpam, et con-
tra primum legis mandatum de diligendo Deo ex toto corde peccaturos:
Errasse aut illos qui, petere in noe Jesu, et dare in noe Jesu interpreta-
ti sunt, intercessore et mediatore Jesu, demonstrat no solum illud: Ego
no rogabo pro vobis prm, ipse siquidem pr amat vos: ver et constructio
verbor. Nam, petite et pater dabit vobis in noe meo, hoc est: ut glori-
ut ibi meā cum eo iudicium ob Cuaricationem suā qua præuaricatus est in me. CHO. Deus deor Dns est, Deus deor Dns est. Pactum initū inter Nabugodnosorem et Sedechiam, et iuramentū illius et huius, q firmauerunt pactum et fœdus, ob id quod nomen Dei putabat ille apud istum esse sacrosanctū et formidandum; Deus Ipse vocat pactū suū fœdus suū, iuramentū suū. TEL: Puto Ego sicut alijs dicentibus: Viuit Dns, erat iuramentū: Ita Deo dicente: Viuo Ego, esse formā iuramenti diuini. Nam Deus superiorē nō habet, per cuius vitā iurare possit. PAS. Ita videtis q latibula parauerint sibi Romanenses pontifices, euertendi ex imis sedibus diuinas leges, sicut illi, q ad constituendā sibi lucella leges Dei abrogare nō verebantur, quos Iesus chrs reprehendit. CHO. Tantum valuit malicia ut hi q dicunt se successisse Iesu chro, relicto chro transierint ad eor partes, quos toto tempore vitæ suæ chrs est auersatus. PAS. Tolle lucellum ex papatu, et papatus deseretur et a papis et acceder ad Euangelium. Sed ad rem. Si Dolum aufers a iuramento et iuramentū frangir, periurium dr. Si dolus accersitur ut fiat honestus prætextus ad rumpendum iuramentū duplex est periuriū. Oia tn hæc, Iurare in vanū, Iurare per dolum, et peierare, lex vno verbo conclusisse vider dicendo: Non iurabis per nomen meū in vanū, neq. prophanabis nomen Dei tui, Ego Dns. CHO. Consuetudo fuisse videtur ut q leges cōscribere vellet paucis verbis multa complecteretur. TEL. Prophanare et sanctificare contraria esse dixisti. Quodsi prophanare est peierare, deierare veritatem erit sanctificare nomen Dei. PAS. Ita qdem si intellexeris aliud esse: Non sanctificastis nomen meum, quam peierare. Nā q peierat, prophanat, qui prophanat, nō sāctificat nomen Dei. Non tn segr ut q Deū aut nomen Dei nō sanctificat is dicar peierare: Cum sanctificare Deū sit et sine aliqua ai suspensione narrare alijs q Deus mandat. TEL. Dixisti quōdo iuraretur in nōe Dni: non dixisti quōdo iurarer p nomē alior deor. PAS. Eadem forma seruabar. Illi dicebant viuit Dns Deus Israel: hi dicebant, viuit Baal deo Palestinæ. Qui iurant, inqt, per execrandum vitulum Samariæ, et dicunt, viuit deus tuus Dan (q erat vitulus Samariæ erectus a Ieroboamo) et viuit via q ducit in Beerseba (ubi erat erectus vitulus) cadent. Et, Eliminabo eos qui adorant in tectis militiā cæli, et eos qui adorant et iurant per dōm (simul iurant) per regem suū: Si iuras: viuit Dns et nō adoras viuū Dōm (Iehouah) Aut dicat, viuit Dominus et viuit rex, et plus metuis regem quā Dm Deū eiusdem conditionis esse, atq. si dixeris: viuit Baal, viuit vitulus Dan. CHO. Eadem igr erat forma iurandi et adiurandi per verū et per falsos deos. Dicebar eni viuit Iehouah quōd res ita est: Viuit Baal quod verū dico. Illud erat iuramentū populi Dei: hoc eor q populus Dei nō erant. Vider autem nouū quiddam esse apud hanc ætatem, quod nusquā alicubi iuratū fuisse legar per Abrahamū Isaacū Iacobum Mosen Eliam et alios sanctos, sed semp per nomē Dei Iehouah. PAS. Ut mandauit Deus per legem fieri, ita insevit mentibus hominū faciendum esse antequā lex ederetur, et ita seruatū fuisse ab hoibus, nostræ historiæ tradunt. Sicut aut in iuramento licebat addere nomen maior: ita in inuocationibus Pcum. Iurauit, inqt, Iacob per terrorem patris sui Isaac. Est eni nomē Dei terror sicut gloria, spes. Itaq. potes dicere: Iurauit illi per Deū patris sui Abrahami et Isaaci.

Iuramentū pactū, fœdus hominū, cur Dei vocor.

Matt. 15.

2 Par. 36
4 Reg. 24.

periuriū quid

Leu. 19.

prophanare est peierare

deierare e sanctificare

Ier. 38.

Am. 8. 14.

Ezec. 17. 18

iuramento addir nomē maiorum

Gen. 31.

Stephanus aut polonia Rex Ligæ, Iesuitas a Lege violēter obtrusos et dix. nullo modo recipienti, euersione, arce ex opposito constricēda minatus, post hebdomadē subita morte, testamēti scriptione vix inchoata, extinctus est 1587. eodē tempore transyluaniæ gubenator Iohan. Gēci ministris verbi exitiū cū iuramēto minitans, ac primo quoq. comitiorū tempore, negotiū aggressurus, hostem expertus est Steph. Bathoreū Iuniorē, q res nō sine maximo labore et cautione sedata est.

DIES Mandati 4.

In inuocatione addit nomen maiorum

Et dixit Iacob Labano: Viuit Iehouah Deus patris mei Abrahami et Deus patris mei Isaaci. Similr illud: Deus pris mei Abrahami et Deus patris mei Isaaci Eripe me quaeso de manu fris mei. potes dicere Iacobus obtestatus est fidem Dei vt reminiscerer quid Abrahamo et Isaaco promisisset sibiq auxiliaretur (liberaret a suo fre quē ille metuebat. Sicut aut hic non mutatur inuocationis: ita ibi non vitiatur iuramenti forma. Ita nos possumus dicere: iuro per Deū, quē nuntiarunt nobis Iesus chrs et oēs Apli et sancti Dei. Et, Inuoco te Deus et precor vt memineris quid p Iesum chrm et aplos atq sanctos nuncios tuos pollicitus sis maioribus nostris, et nos ab oibus malis liberes. Inuocare aut sanctos, aut iurare per sanctor nomen nullum explm habemus, nos posse, neq maiores nostros, in scripturis quas veneramur, horū alterū fecisse legimus. TEL. Quid volebas supra notari a nobis cum hebraica noia offerres? CHO. Ita est. Cur, cum diceres Iurabis in nōe Dni Dei tui et non in nōe deor, addideras noia hebraea Iehouah Elohim? PAS. Stulticiam illor taxabam, qui cum Elohim referant ad Iehouah, et putant illud esse nomen plurale appellatiuū conueniens pluribus, hoc proprium nomen, conueniens vni, traducunt tn ex hebraea lingua in graecam et ex graeca in latinā ita illud Elohim plurale, sicut hoc Iehouah singulare, singulariter, cum mox idem Elohim relatum ad falsos deos, nō singulariter, sicut cum de Deo vero ponir, sed pluraliter efferant. Inuocabitis itaq, inqt, nomen Elohim vestrorū, et Ego inuocabo in nōe Iehouae. Eritq vt (Elohim) Deus qui exaudiuerit per ignem, ille sit Deus Elohim. Et postea: Iehouah Dns, ipse est Elohim, Dns ipse est Elohim Deus Iehouah. Certe si Deus tres personas continet, nec singulariter efferri pōt Elohim, nec negari poterit quin Baalis idolum fuerit trinitas personarū. Nam hinc erat Elias et Iehouah: Indeb sacerdotes Baalis et Baal, et experimentū capir, vtrum ex his duobus Iehoua et Baale sit adorandus inuocandus timendus et in feriendis pactis nominandus Elohim. Quis igr nō videt: si Elohim in Iehouah sunt tres personae iudicio Eliae, quod eadem vox in Baale erit tres personae, iudicio sacerdotum? Hoc notari a vobis volui vt nossetis quantū abessent a veritate sacrarū scripturarū, qui in vna voce Elohim comminiscuntur tres sdm numerū Deos. Deinde cum legr: Deus deor Dns, El Iehouah Elohim locutus est, et aduocauit terrā, seu: Rex Magnus El Iehouah Deus Dns super oēs deos Elohim, quem notat illud singulare El? Nonne illud ipsū quod plurale Elohim? Cur igr in nōe quaerimus plures personas, cum in re sit vna persona? Et quocunq vertetis oculos per sacras scripturas hoc ipsum reperietis. CHO. Sed quid esset, si iubente Deo esset peierandū? PAS. Id, est virtus, quod iubet Deus, quod fieri vetat Deus, virtus nō ē. Quare sicut in his q vetat Deus si quicquā imprudens aut iratus te facere velle deierares peierandū tanquam minus malum potius esset q peccandum, sicut fecit Dauid erga Nabal, flexus Cpcibus Abigailis. Et damnatur herodes, quod ita non fecerit erga Ioannē Baptistam. Ita in his q iubet Deus per legem, si quicquam Iuraueris, id est virtus quod iubet Deus, et nō quod tu iurasti. Sicut Dauid Iurauit quod posteritatem Saul nō esset deleturus, quā tn iubente Deo dedit Gabaonitis necandam. CHO. Vtrumq genus iuramenti de quo adhuc disputatum est, illis verbis Mosis vider notari, q recitabo memoriter vt potero, de iura

Gen. 32. 9

forma iuramenti noua

DE DEO

3 Reg. 19.

Elohim

El.

Ps. 50.

Ps. 95.

peierare aliquādo satius ē

1 R. 25.

Mar. 6

1 Reg. 24.

2 Reg. 21.

Leu. 5. 4.

Leu. 5. 1.

Adiuratus in proprium damnū fateri debet.

Ios. 7.

1 Reg. 14.

Adiuratio cur parui pendatur.

Num. 30.

Votum quid.

DECIMVS

Exptio.

Leu. 5. 4. iuramento qdem. Anima, inqt, quæ iurauerit, labijsq. suis expresserit benefacere, dicens: Iuro quod post hac tibi benefecero: aut malefacere dicēs: Viuit Dns quod posthac tibi nunquā fauebo, Iuxta oīa q̄ pferre solet homo cum iuramento, deliqueritq. in aliquo ex illis malefaciendo ex illis cui se benefacturū iurauit: aut benefaciendo illi, cui se nunquā benefacturū spopondit, fatebir delictum suū et offeret oblationem. De obtestatione aut, Anima, inqt, q̄ audierit vocem iuramenti seu adiuratio-

Leu. 5. 1. nis, testisq. ipse erit, aut viderit aut cognouerit si nō indicauerit et ob id peccauerit portabit iniquitatem suā. Oportet enim adiuratis veritatem fateri si nomen Dei prophanare nolunt. PAS. Hanc ob caussā q iurat se proximo suo oīa officia humana denegaturū, inter duo peccata se committit. Benefaciendo enī proximo fit periurus, nō benefaciēdo legi fit contrarius, de proximo diligendo, et nō faciendo alijs quod in se fieri nollet. TEL. Magnū quiddam est, vt quis fateri id debeat

Adiuratus in proprium damnū fateri debet. per quod damnandus est si adiuratus per nomē Dni fuerit. PAS. Hoc in priuatis caussis nunquam a maioribus nostris factum legimus. In publicis calamitatibus sæpe factum commemorar, et cuiuis patriæ caritas se ipso debet esse carior. Ita Achan fassus est adiuratus nōe Dei quod fece-

Ios. 7. 1 Reg. 14. rat et suos ciues sua morte expiauit. Et Ionathas nō siluit suū factū per imprudentiā admissū et meritam mortem vitauit et Deum populo iratū reconciliauit. Magna enim maiestas est diuini nōis, et semper in illo sancto populo propriæ vniuscuiusq. vitæ prælata. Sed et iudices cauebant ne huiusmodi obtestationibus insidiarentur priuator saluti, qbus nunquā maiores nostri vsi leguntur nisi vbi respub. alr seruari non posse videretur. CHO. Ob istum magratuū abusū factum est vt adiu-

Adiuratio cur parui pendatur. ratio nōis diuini parui pendar. Nam sæpe ob quinq. obolos adiuratur aliquis vt veritatem dicat, purgatq. se a suspitione, maxime cū aīaduertir illum malle perdere quod petir quam deierare. PAS. Cum abusus fit legis cogir populus quærere sibi subterfugia ne prudens et sciens pereat, sicut et sæpe iudices cum aliquem vident peierare si adiuratus fuerit per nomen Dei paratum, mutant iuramenti formā et per illa cogūt illum iurare q̄ ille plus metuit quā Deum. Vnde duo mala oriuntur: Vnum Iudicis, q transgredir iuramenti in sacra Biblia adscripti formā: Alterū eius q deierat et confirmar in sua opinione vt illi diuinitatem tribuat, in quo, et sine Deo nulla est diuinitas, et si qua est diuinitas, aliena tn̄ esse debet a iuris iurandi sacramento, quod Deus iussit per se solum concipi oportere. absqua culpa Iudex alienus nō est. TEL. Sunt alia q̄ de iuramento dici possint? PAS. Sunt, et non pauca. Nam inter iuramentū numerar votum. Si vouerit, inqt, aliquis, aut fecerit iu-

Num. 30. ramentū, quo constringendo constrinxerit animā suā is nō violet verbum suū sed faciat, quodcunq. egressū fuerit de ore eius. Quod si est sub potestate alterius, et ille votum et iuramentū prohibuerit, nō tenebir sed Dns propitius ei erit. Quod si ille tacuerit, et nō phibuerit illud, erunt rata oīa vota eius, et oīs prohibitio qua obstrinxit aīam suā piuramentū. Votum enim duo includere poterat: Vnum in prosequēdis faciā: Alterū in fugiendis, hoc nō faciam. Et si quis recte considerat: Votum est

Votum quid. iuramentū de futuris rebus curandis aut vitandis aut vitandis: Iuramentū et adiuratio est de pteritis gestis percontationes, vt noscatur fuerintne an minime. Oīa tamen vnius Iuramenti nōe intelliguntur.

DE VOTO.

CH.

CHO. Sed quid, si quis aut de re illicita et impossibili et quam facere ne-
quit, aut impeditur, vouit? Aut cum res est licita sed necessitas cogit ne pos-
sit sine alterius mandati legis violatione obseruari? PAS. Rogas? Nonne Voti ratio
audisti quid dictum sit de iuramento cum in rem futuram vergit? Semper
enim in votis nuncupandis, quaerendum est, quid voueas, quantum bonum,
quicum conueniat quicum dissideat, quicum conuenire aut dissidere possit
ex his quae sunt verbum Dei. Nam laudant sacra Biblia factum Abimelechi 1 R. 21.
Sacerdotis, qui panes sacros consecratos Deo, dederit Dauidi edendos, ne ille
praefame moreretur et ipse esset necis reus, quod aliquo nunquam fieri licuis-
set. Et Iesus christus vota nuncupata cum damno parentum, quos teneris curare et Matt. 15.
colere improbat et seruanda esse negat. Et Paulus melius esse dicit nubere 1 Cor. 7.
quam vri, dicturus est melius esse vri quam scortari, qui dixerat melius esse non
nubere, quam nubere. In his enim omnibus videndum est quid sequar, me-
liusne an peius? Ne, dum minus bonum curatur, patiamur elabi ex manibus
id quod maius est bonum, et quod magis seruare debemus. CHO. Videor
videre quiddam, sed nondum bene possum constituere an recte videam. iuramenti triplex genus
Videor videre triplex statui abs te iuramenti et periurij genus, deieratio-
nis adiurationis et votorum nuncupandorum: Et quod ad tertium iuramenti
genus pertineat locus quidam qui est apud Matthaeum. Da puer Euangelium. Matt. 23. 16.
Ita habet: Vae vobis duces caeci qui dicitis quicunque iurauerit per templum
nihil est (si peierat) qui autem iurauerit per aurum templi reus est (iura-
menti si peierat) Stulti et caeci vtrum enim maius est, aurum an templum
quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit per altare nihil est (si pe-
ierat) quicunque autem iurauerit per donum quod est super illud reus est (tan-
tundem reddere si peierat) Stulti ac caeci vtrum enim maius est, donum
quod est super altare, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iura-
uerit per altare, iurat per ipsum, et per omnia quae super illud sunt. Et qui iurau-
erit per templum, iurat per illud et per eum qui habitat in ipso. Et qui iura-
uerit per caelum iurat per thronum Dei, et per eum qui sedet super illum. PAS.
Recentiora tempora cum Iudaei deportati vagi et dispalati seruire cepis-
sent alijs gentibus ex aliorum populorum commertio musitatas veteribus iura-
mentorum formas habuisse cognoscimus. Vbi enim inuenitur veteres iuras- Iuramentorum vitiosorum formae
se per caelum per terram per fidem suam, per animam suam per caput suum, per hie-
rosolyma per templum hierosolymitanum? Quae omnia in fraudem legis de
iuramento sunt inuenta et vsurpata, et in populi damnum, Vt inde periu-
rus diceretur non peierasse, et hinc lucellum accederet sacerdotibus siquis
periurus non esse et deuotus diris existimari noluisset. De iuramento
voti sunt illa: Postquam Paulus raserat caput in Cenchreis, habebat enim Act. 18.
votum (Nazareorum) nauigauit in Syriam: Sunt nobis viri quatuor
votum habentes super se. his assumtis purificate cum illis et impende su- Act. 20.
per illis vt radant capita. Erat enim εὐχὴ votum, sponsio quaedam, quae spes εὐχὴ
erat iuramenti, vnde et iuramentum nostris scriptoribus dicitur. Sicut et il- Act. 23.
lud: Collegerunt se quidam Iudaei et deuouerunt se dicentes, neque esuros se
neque bibituros donec occiderent Paulum τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες
quod nomen venit ab ὀμόσαι, quam vocem vertit mox in ἀναθήμα.
Quare forma illa antiqua iuramenti: Haec faciat mihi Deus et haec
addat, nisi hodie occidero Paulum, mutata videtur in hanc: Deuotione
deuouimus nos ipsos nihil gustaturos donec occidamus Paulum.

obstring

DECIMVS

Explio.

obstringere aut se voto & se deuouere, erat veluti iuramento se obligare vt aliquid faceret. Illa tñ forma adiurandi: Adiuro te per Deū. Et, Da gloriam Deo, salua persenerauit ad segnentia secula. Nam dñi Iesu chri: 3 R. 27. adiuro te per Deū vīuū. Et illi cæco: Da gloriā Deo. Iuramenti mate- Jos. 7. ria commutata est in formas varias. Quod enim dicebat: Iuro tibi p Deū, Matt. 26. dici cepit post amissa libertatem, & patrios mores vitiatos: Iuro tibi per Jon. 9. cælū, quod est Dei thronus: Iuro tibi per hanc terrā, quā calcamus & q Act. 19. nos fere, & est scabellum pedum Dei. Testem inuoco Deum in aīam meā. Iuramenti ma- teria mutata 2 Cor. 1. Testis est mihi Deus. Vos estis testes & Deus. CHO. Et illa qd sunt: Ob- Ro. 1. testor ego coram Deo & Dño Iesu chro, q iudicaturus est viuos & mortu- 1 Tess. 2. os in apparitione sua & in regno suo. Itaq; ὡς ἔφην videor hoc esse ἐγγρά- 2 Tim. 4. 1. ψασθαί σε ἀλλὰ ὀμνύω σε, vt & dicare debeas instantissime. Et illud: Iterū ne- Matt. 26. gauit cum iuramento, cepit execrari & iurare, quod nō nosset hoēm, μὴ ὀφέλον ἀπολαῦσαι μήποτε ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. Quid inquam hoc est, misi, hæc fa- ciat mihi Deus & hæc addat? PAS. Diuersa expta occurrent vobis, sa- crabibla legentibus, q lucem dictis superioribus adferre poterunt.

Isocrates monet ἕρξαι χρὴ μᾶλλον ἢ ὀμόσαι θεοὺς ὀμόσῃς. Deus iubet vt se potius quā alios deos iuramentor tuor testem adhoces, etsi res minoris momenti fuerit quā sit pecunia. Iesus chris docet per mul- Matth. 5. 34. tum ne iuretur per nomen veri Dei. Quare tantū peiorare dicit, q fal- sodicit per Deū verū (hæc res ita se habet) quantum q dixerit per caput meum & per hanc dextram iuro tibi, verum esse quod dico, si qd dicit cognoscit esse falsum. Qua interpretatio & est legitima & pro- dit inscitia Iudaeor illius temporis, qui periurii nō esse dicebant si quis peieraret: Sed si per nomen Dei factum iuramentum dolo malo & per fraudem iuratum intellectum fuisset, in res etiam illas per quas iurabā- tur cribro interpretationis hidebant grauissima legis præterentes, qua lucellum adferre poterant quantumuis tenuissima, adnotantes. Non esse (dicebant illi) periurii si quis peieraret & deieraret per templum Dei, per altare Dei, per cælum p terra per caput suum: Sed si iuraret per aurum quod est in templo, aut per donaria q sunt super altare, aut per salutem suor armentor, & pere- raret, cogeretur soluere & conuenire de summa soluenda, vt si nō posset sol- uere tantū auri quantū esset in templo & in ara, et si in miseria rediger- si totū armentū dare deberet vt expiaret a crimine periurij saltem illud da- ret quod esset comentū & factum. Locus igr ille Matthæi de iuramento Matt. 23. 16 valere pōt & pro minuendis occupationibus votor & pro deieratiombus. Siue em popu- lus adserendo se vera dicere, siue minuendo vota per ea q erant in alta- ri se obstrinxisset ad soluendum, si peierasset cogebatur, nisi vellet a sa- cerdotibus arceri ab ingressu in templum & synagogam. Quonia autem iuramenta concepta in ea q sunt Dei redeunt in ipsū Deū, & idem dictu est: Iuro per aīma mea, atq. iuro per Deum q dedit mihi aīma qua viuo ob id cum facilis lapsus sit furentis ai & incogitantis & assueti iurare ad iuramento in periurii nōis diuini, hortatur chris Iesus, vt q in periurium Matt. 5. 33. cadere meluit ne ommino deieret. Audistis, inquit, quod dictum fuerit anti- quis senatoribus in senatū in synagoga a scribis & phariseis, sedē- tibus in Cathedra Mosis seu legis & prophetarū ad declarandū legem & prophetas, non peierabis, sed persolues Dño ea q iurasti: At Ego dico vobis, ne iuretis ommino, neq; per cælum qa thronus Dei est, & si peierabi-

tis in.

DIES Mandati 4

tis, in Deum peierabitis: neq; per terrā q̄ subsellium est pedum eius, et si peierabitis in Deū peierabitis: neq; per Hierosolyma q̄ ciuitas est magni Regis et si peierabitis in magnū Regem Deum peierabitis: neq; per caput tuum iurabis, ꝓea quod nō ꝓtas vnum pilum album aut nigrū facere et ita caput tuū, tuum nō est, sed eius q̄ pōt in capite tuo albos aut nigros, pilos facere. Itaq; si peieraueris meū peierabis cuius est caput tuum. Sed erit sermo vr Est, si est: Non, sinō est. Porrō quod vltra hāc adiungitur ex malo est. Iacob. 5. 12
cordis & proficiscitur. Fluctuandum Apli verba: Ante oīa, mgt, frēs mei nolite iurare neq; per cælum neq; per terram, neq; per aliud quodcunq; iusiurandum. Sit aut̄ ōrō vra Est, si est: Non, si non est: vt ne in simulationē incidatis simulatio.
in periurium eis ὑπο κρίσεως incidatis, in hypocrisim est in quā incidere pōt is, q̄ alr̄ facit quam dicat, et facit id quod iurauit se facerē, nolle, et quod iurauit se facere velle non facit. Nec incidatis, inqt, quod est de periculo euentus, et nō in rei ꝑteritę narratione, in qua conscius es tibi ipsi vera aut falsa dixisse. Quod si iuras te aliq̄d facere velle, cum incertus sis q̄d futura paritura dies sit, posses peierare, et tuum est, fieri non est. Vnde sum leuitate vsus Paulus: Vbi sum leuitate vsus? aut ea quæ cogito 2 Cor. 1. 17
sēm carnē cogito? vt sit apud me quod est, est, et quod non est, non est? Ita
fmo fidelis Deus, quod sermo noster ergā vos nō fuit est et nō est. Nā Dei
filius Iesus Chris, q̄ apud vos per nos est ꝓdicatus, per me et Syluanum
et Timotheū non fuit est et nō est, sed fuit per ipsū, est. Quotquot enim
sunt promissiones Dei per ipsū sunt est et per ipsum sunt amen, Deo
ad gloriā per nos. Et mox: Ego vero testem Deum inuoco in aīam meā
quod parcens vobis nondum venerim Corinthum. CHO. Mutastis ali-
cubi verba sensu mutato sensū, et ita melius percepi Pauli verba. LAS. Ita
facere soleo vt intelligentia sit plānior. Animaduertistis aut̄ esse ver-
ba hæc, ꝛaſi, Esi, et, Zaiw, rerū futurar̄ et pollicitationū, nō aut̄ ꝑteritar̄
et q̄ præterierunt. In his certum periurium est si peierare votes: Le-
gitimū aut̄ iramentū si peierare noles. In illis sæpe etsi nolis peiera,
ob multas intercedentes causas, q̄ nō permittunt vt id adimpleat quod
es pollicitus. Vnde iubet Aplus vt nō absolute spondeamus, sed ad hanc Iuramenti ge-
formam: Si Deus voluerit, et si vixerimus faciēmus hoc aut illud. Ita nus, de futu-
enim, Est nr̄m, erit Est, et non Est, erit non Est. Quod obseruatum fuis- mis permitti tau-
se eo seculo legimus. Vnde et in precibus: Non nostra voluntas, Deus, sed tela legitima
tua fiat: Et in sponsionibus: Volente Deo ad vos veniam, dicebatur, quod Iuratio
erat desiderare suum Est, esse Est, et Non, esse Non: Et suum Non, esse iuramentū Rom. 1.
Non, et Non, est. Quoniā aut̄ Paulus promiserat se venturū Corinthum bis,
et nō venerat, Et Corinthij velut obstrictum fide detinere se dicebant Pau-
lum: Respondet Paulus suum est esse Est. Quamobrem si q̄d illud vq̄ Iuramentū
tempus nō venisset Corinthū, nō esse id leuitatj adscribendū, sed impe- chris nō dam-
dimentis: non inconstantiæ, sed iustis caussis. Inconstantia eni sigatur nauit
per illa verba Est, Non: Constantia aut̄ et consilij firmitas per Est, si
est: Non, si non est aliquid faciendum. Qua verba vt diximus futura
respiciunt, et cum votorū minutiis conueniunt, neq; pertinent ad
iurgmenta aut̄ adiurationes. Ad illud referūr: Verū ad vos prout sit, 1 Cor. 4.
Tenemus iura- volūerit, vbi dr̄ Est, nulla re adiuncta. Et: Iuro per Deū me ad vos uentū
mēti de futu- ro nō venturum. Vbi dr̄ Est adiuncta parte per Deum, q̄ est in his rebus ad
cautela legi- periculo, scilicet ne si ea nō fieret quod promittit, peieraret, et in hypocrisim in-
tima cideret. Ad hæc refer quod seqūr: Testem inuoco Deū in aīam meā, quod
parcens vobis nondum venerim Corinthum. Illud est de futuro, hoc
est.

est de preterito. Illud est cum periculo ne id fiat quod dicit, hic id, pro quo iuratur diu ante confectum est, et non est periculum ne periurium committatur. CHO. Video quid velis dicere, neq. scio aliquem, q hunc locum ante te explanauerit. Et plane videtur iuramentum repræhensum in vno loco cap. 23. esse iuramentum quod emendatur in alio loco cap. 5. apud Matthæum. Esse autem vtrumq. ~~vot~~ iuramentum nuncupationis voti et non explicandæ veritatis. Nam dr: Non peierabis, sed persolues Dno ea q iurasti. Quod quidem illud est: Si vouerit aliquis votum Dno aut fecerit iuramentum quo constringendo constrinxerit aiam suam, is non violet verbum suum suum, sed faciat quodcunq. egressum est de ore eius, hoc est: persoluet Dno vota q iurauit. PAS. Acu rem attigisti. Prohibet igitur Iesus chrs ne in his iuramentis q persoluenda sunt, nomen Dei iuremus. Id enim fieri ex malo diabolo sz̄t q vellet si iuramenta persoluere non possemus, nos cadere in hypocrisim et epiorciam. TEL. vidi hominum genus iurare nolle etiam pro seruando amico. Nam qdam cum alio multos annos vixerat, et cum vterq. esset in itinere, et ille facie repræsentaret furem quendam pro fure captus est. Eius socius rogatus an illum nosset et quidui? Respondit a pueritia, et bonum virum illum semper fuisse: postulatus iuramentum, iurare noluit, quod in signum fraudulenti ai illi accipientes, et illum pro fure suspenderunt, et hunc in vincula damnarunt. PAS. Sunt hoes voculas, literulas, apices, rapientes et mordicus tenentes neq. vltra figuras scripturar ad sensa latentia penetrare cupientes, quos si Apli rediuiui docere conarentur dimouere a semel imbibita opinione non possent. Oia q ab illis docte asseruntur, et ab illis ob tarditatem ingenij non intelliguntur, illis videntur olere carnem et sanguinem et humana dogmata. Hi sunt q dicunt chrianum hoem alium adiurare non posse, et ob id magratum gerere, chrianis oibus esse vetitum, necogant hoes peccare, si occasio darer vt ab illis esset exigendum iuramentum neq. ipsos iurare et iubente magratu posse. Quoniam in his q mala sunt et vetita legibus, sit magis Deo parendum quam hoibus. CHO. Chrs tan adiuratus non siluit cum prius sileret, et adiuratione est veneratus, quod minime fecisset si iurare est peccatum. Nam dixisti quod dr adiuratio in eo q quærit veritatem, dr iuramentum in eo abs quo quæritur veritas. Quare, si licet adiurare in vno, licebit iurare in alio. Et q credit iuramentum esse peccatum, is sine culpa adiurationem venerari non pot. Nam videtur confirmare id esse bonum quod veneratur, quod credit esse malum si putat iuramentum esse peccatum. Deinde, nusquam a Iesu chro inter vitia adnumeratum est iuramentum. Quod si periurium inter vitia numeratur ab Aplis, necesse est iuramentum quod est illi contrarium inter virtutes numerari. PAS. Hi talia dicunt, decepti huius loci verbis, q non loquuntur de veritate dicenda et quærenda, quod fit per magratum: sed de votorum nuncupatione, in quibus committitur periurium, cum id non soluitur quod iuratum est. Periurium aut nullum committeret, si quadmodum iubet chrs Iesus et Apli, votum nuncuparetur sine iuramento, dicendo: Offeram tibi sacrificium laudis hoc in loco vertente anno, si voluntati meæ annueris, vt viuere et venire huc possim, Dne Deus seruator meus. CHO. Contrahamus

vela

Matth. 23.

Matt. 5. Num. 30. 3.

Anabaptistarum de iuramento error.

Adiuratio iuramentum

Iuramentum chrs non damnauit

vela · PAS · Dixi tria esse in hoc verbo de iuramento: Iurare, Adiurare, Vouere · In extremis duobus est id vitiu, quod piuriu & oipus tribus. Est et sanctificatio & profanatio diuini nois. In primis duobus si vana opera, aut per deum aliquid iuratur aut adiuratur C vt hic adiurare sigat obtestari, vt quod verū est sciri possit) prophanatio nois Dei seq dr. Nunq aut esse illicitū iurare iusiurandū verissimū, cum obtestatio a magratu fiebat. Caute en oia sunt agenda, ne, quod Deus iubet fieri pro salute, in exitiū vertat eius, cuius saluti est consulendū. TSL · Angit me scrupulus vnus q á multis annis diuexauit animū meū. Quid si commendata fidei meæ q patefacere nó possū sine perfidiæ nota, petit magratus per iuramenti religionē machinas patefieri: ffme exi est periurū si illa non patefiunt: Si aut patefiunt, inde imminet perfidia. PAS. Sæpe occurrunt ista, vt duo capita legis vno tempore seruari nequeant, & alterū pretermitti oporteat. Sicut diximus honorandos esse parentes & vota esse pio soluenda. Quodsi soluendo vota, cogeris deserere parentes, dicit Chris Iesus peierandū potius esse, hoc est: nó esse soluenda vota, qua deserendi parentes. Integer vero pæsiquide decem omū præstat alij. Ita Isaac ne fame moreret coactus est ire in Palestinā, & cum ibi periclitaret de vita ob uxoris suæ speciem mendacio veritatem texit, & satius visū est mendacio vitam suā tueri, qua veritate fatendo morti se opponere. Et multa sunt expla sanctor vtor, q de obseruatione legis amplis verbis sunt commendati q tamen inclusi in has angustias vi verbo legis adhæserunt & aliud deseruerunt. Et scimus patrem Abrahamū dimisisse Ismaelem filiū, cum Isaacū, & Ismaelem pariter apud se seruare nó posse intellexisset. Et hic vigilantissimo est opus aio vt videas quid & an legitime quæratur. Sunt enim magratus q expugnare contra iura aios reos quærant per fas & nefas vt perdere possint: Vt videas cum bono cui meliori cui optimo, vt videas tua persona, vtiū magis deceat, vtrum vitiū grauius, tetrius, pernitiosius, magis infame, q quia pro tempore occasione, persona, caussa, & alijs circumstantijs mutari solent. Nam sicut est aliqua caussa, in qua peierare iurata vota licet vt honorare possis parentes: offerri & aliqua caussa poterit, in qua peierare licebit vt fidem serues, neq; exitiū conciues tibi & alijs. Non quod liceat simpli peierare, sed quod censeatur minus malū periurio esse aliquando quā perfidiam. CHO. Lex et dicit Nazaræor licere caput nouacula abradere diebus suæ separationis. Verū si fortuito quispiā circa eū mortuus fuerit, cogit Nazaræū nouacula capitis pilos óes abradere, atq; ita quod nó licebat, fit ob circumstantiā licitum. Et eadem lex iubet octauo die natiuitatis circumcidendos esse infantes, qui tamen iustam ob caussā sine violatione legis vsq; ad annos ætatis quadraginta circumcisi nó sunt. PAS · Videm sæpe hæc mala esse vetut, venena, q quamuis semper hausta occidant hoes, nonnunq tñ sumtre mecha ad purgandum corpus & recuperanda sanitatem. Memini me audire, Mediolani fuisse Virginem quandam nobilem, q cum in morbum grauissimū incidisset, ex quo mori eā necesse erat, consultis oibus medicis qbi sunt, & multi miro & doctrina nó vulgari & experientia exphis multis confirmata, hoc vnū inuentū esse remediū si menses illi potuissent prouocari per viri congressū, postqua nullum aliud remediū successisset: ffoc cū facilū fuisset a fratribus virginis, clam capto mendico quodam, q vtroq; oculo captus oculo reptabat per vrbem mendicans ostiatim panē, & in domū perductus fractus viaꝝ & circumductiones declinauit locoꝝ, ne notare ille posset adesse ad-

Iuramenti triplex genus. Supra f. 240

Inter duo mala. f. 238.

Matt. 15.3

Ge. 20

Num. 6.

Exod. 12. Iosu. 5.

duito.

Lex nulla q̄ iubeat Deū amare hoes, & parentes, dilige liberos. Esa. 49.14

ducto, q̃ moribunda iacebat et tabe videbar̃ absumta, et de qua nulla spe salutis, medicor̃ quisquã promittebat, purgato corpore conualuit. Hoc ipsũ Venetijs medici faciendũ consulebant, cum quodam polono adolescente ob virus genitale intra vasa corrupto, grauissime decumbente, quod cum facere renuerent hi, qui ægroti curã habebant ob religionem, ne curã tes corpus perdere velle viderentur animã, ægrotus ille extinctus est. CHO. Si cieri corporis purgatio per vnã et aliam partem corporis potest et multis rationibus per sudorem per sanguinis emissionẽ, per aluum, per vomitũ (parcite narranti), per cucurbitas impositas humeris, cur ẽt per alias partes nõ liceat, q̃ laborant et q̃bus purgandis iuuanda esse natura externe appositis remedijs, indicat ars ipsa naturæ æmula, cieri corporis ægroti leuamen nõ video. PAS. Serio hic consulendũ est. Anceps enim animus hõis et turbatus consilior̃ controuertentiũ contrarijs et acutis rationibus q̃ eum hinc inde impetunt, cui parti se dedere debeat, videre nõ potest, illi sæpe se dedet cui defessus iã et procumbens resistere nõ pot, quoniã viribus caret, resisteret adhuc si viribus nõ careret. Sed felix est is q̃ iusto legis momento cuncta recte expendit, et id facit quod minus malum est, aut quod maior virtus. CHO. Tempus est vt suũ sabbathũ concedatur et tuo ori et nõ nostris auribus si nihil vider̃ esse addendũ. PAS. Satis est dictum pro Telepho, plusquamsatis pro vobis. Alia in alium diem, q̃ quidem ad primũ et maximũ mandatũ pertinẽt, vt sunt illa, q̃ iubentur de parentibus honorandis. Sed tempus est vt cætus soluatur. CHO. Vt placet. Deus te nobis seruet diu incolumem. PAS. Et vos mihi.

DIES VNDECIMVS.

Collocutores. Chorus. Pastor. Telephus.

CHO. Læti aduentamus, audituri si vacat residua. PAS. Et q̃ cã noua læticiæ? q̃ aberat cum de Deo loqueremur? CHO. Quoniã sermo totus noster est. Locuturus enim videris de honore, quo filij parentes proseq debent, nos aut̃ ferme oẽs patres sumus. PAS. At enim hoc cogitare non est vr̃m, sed filior̃ vestror̃. Sicut cogitare quõdo nutriendi sint filij, vestrũ est et non filior̃ vestror̃. Ita em̃ quilibet suas leges expendit, et nõ p̃ter missis legibus q̃ ad se spectant, leges q̃ ad alios pertinent, considerat. CHO. Et vbi inuenies leges, q̃bus Deus teneatur erga hões, et parentes erga filios? PAS. Et quid putas legem loq, aut vana et nõ necessaria, aut cautibus et nõ hoĩbus? TEL. Non intelligo ista. PAS. Si dixero tu tuũ amato frẽm Actiũ, quid dices? TEL. Non esse opus vt mihi commendes frẽm, quẽ ego ẽt te nõ commendante amem. Aliquid dicere te existimarẽ, si mihi alienũ et quẽ me nõ amare aliquando posse coniectura prouidere posses vt amarẽ diceres. PAS. Intelligis igr̃ quod illa q̃ nunquã amari possunt et q̃ nunquã nõ amari possunt vana opera nobis vt illa amemus commendari. Et lapides q̃dem et marmora nullo affectu ãi tangunt̃, Quare illis lex non mandat vtament. Sed neq. parentes desinere possunt suos amare filios, Et decantatissimũ est illud: Nunquid obliuiscer̃ mulier infantis sui, vt nõ misereatur filij vteri sui? Etiamsi illa obliuiscerer̃ Ego tñ nõ obliuiscar tui. Quo dicto sig̃catur Neq. Deũ posse obliuisci hominũ, neq. parentes suor̃ liberor̃. Quare vanũ fuisset si lex fuisset Deo posita, q̃uæ diceret: ama hões: aut parentibus, q̃ iuberet: diligẽte liberos vestros. Quoniã et Deus hões

et par.

DE HONORE PARENTVM ERGA liberos et liberorum erga Parentes.

Lex nulla q̃ iubeat Deũ amare hões, et parentes diligere liberos.

Esa. 49. 14

& parentes liberos sua sponte diligunt & fouent & nō opus habent monitis legis q̄ norteţur & mādet vt amare debeant. Ita nisq̄d imiens legem aliquam latam vt homo seipsū amet, vt sua vxorem, diligat, quoniam vxoris & hāc natura instituente & cogente instillantur nobis ab ipso ortu, & sunt nisq̄ mandata tūr lege vt noticia in noscendo, ita rami insiti affectuū, quos insimatos & imbibitos resipit tota vita ingeniū humanū a prima coaguli conceptione. CHO. Certe hoc ipsum illud est, quod quidam sapiens dixit: Inter parentes & liberos, Dnos & seruos gmi cticia esse nō posse, quod paritas amoris inter hāc duo paria consistere nequeat. Plus em̄ parentes amant liberos q̄ a liberis amentur, & plusserū metuūnt dnos quā ament. Amare aut seipsū vxorem suā amicos suos, affines cognatos fert ipsa natura nō lex. Vnde & in illis inuenīr huius modi amor, qui nullas habent leges. Nomne intelligis apud tōs nullam esse noticia Dei Veri? Nullam memoria de Iesu chro? TCL. Ita est maxime, & ante aduentū hispanor, & in illis locis in q̄ nōdum penetrarūt hispani, postquā nostra attigerunt littora PAS. Cum ignorent illi Dēū, leges Dei hās, quas nō nisi suis patefecit Deus cū spe & mior, illos ignarae necesse est: Amant tn̄ illi inter se & socia asuefiunt ad rebellendum cōem hostem nulla lege lata q̄ Deo impellente, sed natura instigante & stimulante. Et posset quidem illos aliqs veluti currentes increpare verbis ad se armandū & tuendū & pugnandū pro cōi salute, sed si hoc facere conaretur scita & fixa publice lege, infamia vt dorer notare gentem illa, illi infamia nō dissimili: Duris gemuit tetrāi tribus horrens, Caucasus, hircanaq. admorint vbera tigres. In quas nō esset affectus, q̄ in multis animantibus rōne carentibus inuestigetur? Et monet quidem Paulus vt parentes ament & nutriant bene suos liberos sed ita situt q̄ currenti equo adiqit calcaria vt nō desinat currere. Et Iesus chrs, dicit, Amare & diligere & suos sibi gerere deuinctos & benefaci entes sibi esse cōem affectū inditū ōibus gentibus, atq. adeo male audientibus & infamibus populis. Cogr igr lex filijs ad hunc modū: Dilige Dominū tuū: Honora patrem & matrem tuam, quoniā ab vtroq. q̄ filij sunt detrahi possent. Nondicit aut Deo aut parentibus: tuo nutu, fluete dete filios vros, quoniā nulla vis euellere pot ex āis aut Dei ne nos amet & curet: aut parentū ne illos alant quos susceperunt, & ita alant vt studeant illos fieri & bonos viros erga Dēū & prouidos ciues erga patriā & bene affectos erga se, vt amoni potius parentes, quā metuant. Quoniā aut & infamia liberor redundat in parentes, & parentes cum liberis, sicut maritus & vxor vnus carnis & ossis & sanguinis esse dicuntur, reijciemus hūc locū de cura parentū erga liberos & mariti erga vxorem in aliud tempus, cum de dilectione loquemur, qua lex ipsa docuit, quoniā necessariū nō erat hoīm monere vt seipsū amet, cū nimio plus quā debeat aliquando seipsū diligat. Dēū aut nos amantissime amare tam certum est, atq. nos esse. Nisi em̄ nos tueret, curaret, protegeret, aleret, vestiret, quī essemus? quī viueremus? quī terra nos sustineret? Prætermisit igr lex monere parentes de filioī cura, quoniā hoibus loquebat nō insensibili stipiti, & his hoibus forebatur, in quibus natura dictatis residebant, & recitare superfluū videbat legi. Sed intremus concamerationē & ibi consideramus & colloquamur.

Honora patrem tuū & matrem tuam, sicut precepit tibi Dns Deus tuus, quatenus prolongetur tibi dies tui, & vt bene sit tibi super terram, quā Dns Deus tuus dat tibi: Qui maledicit patri suo aut matri suæ, morte interficiatur: Percutiens patrem suū aut matrem suā morte interficiatur.

Vmusq

Amor sui & vxoris

Parit ad Amorem inter impares consistere nō pōt.

Deut. 5. Exod. 20. Exod. 21.

Deū ama & hōes.

Explio. # VNDECIMVS

Leu. 19. Leu. 20. vnusq; misq. matrem suā & patrem suū timebitis: Quisqs fuerit q maledixerit patri suo & matri suae morte interficiat: Patri enim suo & matri suae maledixit, sanguis eius sit in eo. Honor igr reddendus patri & matri vitrico & nouercae q patris & matris pōe sicut qui atauū proauū & patrueles & alij intelligūtur, est in verbis ne maledicas, & in factis ne percutias conitusus. Honor arga parentes, qua in re. Maledicere & benedicere pr. Maledicere ait est nō benedicere, & percutere est nō defendere. Ipa Iesus chr̄s subtrahere alimenta, quod est nō benedicere dixit esse, maledicere, hoc est: nō honorare. Erat aut iūs patriū erga liberos apud hebraeos non dissimile Romano, nō omnino tamē idem. Iūs patriū erga liberos.

Deut. 21. Pater filiū proterūū & rebellem q commessaretur & potaret & absumeret & monentes patrem & matrem audire nollet, accusare apud senatum poterat & senatus damnare ad mortem eggeparī nullo dato loco ad respondendum filio, illeg. lapidabatur & deinde suspendebarī in furca & post vesperam sepeliebatur. Liberos pater de iure defendere cōra magistratu poterat. Vendere filiā in ancillam iūs habebat pr̄ sustentanda sua vitae caussa: Sed emptor vendere alij nō poterat: Et pater nō, nisi gentis hōibus vendere filiā facultatem habebat. Filia viri Sacerdotis fornicari incipiens & patrem suū profanans igni comburebar. Uxor conditione mariti sequebatur & nō patris sui. Filiae vota infirmabanī reniente patre, confirmabanī annuente aut audiente & tacente. Publicare tamen filiā & facere scortari patri nō concedebar, quod inter magna scelera numerabatur. Ob hanc caussā cum tantū esset iūs pr̄is & matris erga liberos & tanta subiectio liberor erga parentes, puniuit dns Eli Sacerdotem, quod filios suos rebelles proterūos, sompotores commessatores nō dedisset Senatui ad necem. Unde perdidit ipsū & eius genus extinxit Deus, & reliquias a sacris remouit. Iūs tamē patri nō erat, iūs primogenitura transferra a primo filio ad sequentes. Erat aut iūs primogenitura duas partes accipere omniū quotū reliq frēs vnā partem accipiebant ex patrimonio. Iusta tn caussa filium primogenitu privare poterat pater primogenitura iure. Sicut Ruben deiectus ex loco primogeniti quod lectum patrum maculasset, in sequentem locum concessit, & Iosephus illi successit. Filijs honorantibus dientibus iuuantibus protegentibus parentes suos spondet Deus Pter cēt Pmiū propositu oībus legis suas seruantibus vitae longaeuitatē, felicitatē rōr omniū prosperū successū in patrijs bonis: Contrariū facientibus comminat Deus repentinā calamitatem, praesentem mortem, vitam infelicem in peregrina terra. Unde sicut illud notauit Paulus hoc esse primū mandatū in pollicitatiōibus, quod nō est in illis tribus verbis: Diliges dōm Deū tuū: Nō peierabis in nōe eius: Sabbatha eius Sanctificabis: Ita notandum occurrit quod inter maledictiones proclamandas, & illa Deus voce excelsa a sex tribubus denunciari mandauit. Maledictus q maledicit patri suo & matri suae, & dicet oīs populus amen. Quidsi maledictus est q maledicit, benedictus est q benedicit: Et si maledicere est nō benedicere, qui maledicit & qui non benedicit, hoc est: q factis & dictis nō honorat primū suū & matrē suā, pō fouet pō tegit nō sublenat, est maledictus à Deo, quo malo nihil est in tota lege tetrius damnosius erumnosius. Neq. n lex quicquā habet gratuitū, quod in se peccantes torquere possit nisi mortem corporis & maledictionē Dei. Nomine parentū veniunt magratus & praeceptores, & q nos veluti filios parentes aluerint. Unde illis oībus idem honor debet q parentibus, & eo magis, quo magratus est pater nō ut homo

Deut. 22. Exod. 21. Deutr. 21. Leu. 22. Num. 30. Leu. 19. 1 Reg. 4. Primogenitura eius. Deut. 21. Gen. 44. Gen. 48. Eph. 6. Deut. 27. Gen. 27. Maledicere, & benedicere pr. Parentū nōe qui intelligēdi. 249.

DE MAGISTRATV.

ve homo sed vt deus. Inde est quod Elohim principes dij sūt principes et magrātus dicuntur. Et quod scribit: Dijs nō maledices. idē est atq. : si maledixeris magratui, eris maledictus, siue: Qui magratui re sistent, ipsi iudiciū accipient, siue: tibi malū operanti magratus vltor adest ad iram nō solum corporis ipse, sed et qm̄ Deus. Hoc em̄ est nō solū pp̄ iram verū et̄ propter conscientiā. Et concludit: Reddite ergo magratui, quidquid debetis timorem, timorem, et honorem, honorem. Et rogandum esse docuit pro magrātibus vt Deus illos gubernet, quo eor̄ gubernatione nos placida et quieta et vitam degamus cū oī pietate et honestate. Vita em̄ placida et quieta esse nequit quam hinc illinc nō ambit pietas et honestas. TEL. Dispice dilectionis gradus. q. 202. f. 254. re nō possū si Deus est amandus timendus adorandus ex toto corde tota virtute et fortitudine nostra, quid reliqui honoris et timoris esse in nobis possit, quo honorare adorare et timere parentes et magratus possimus. PAS. Illud quod scripsit Petrus dubitationem tuā dissoluat. Subditi, inq̄t, estote oī humanæ creaturæ propter Deū, seu quoniā ita fieri mandat Deus, siue regi tanquā excellenti, siue excellentibus vtq per illum sint missi. Adde tu, siue parentibus, quos ipse tibi dedit, siue præceptoribus per quos erudiri te voluit. Nam Eliæus Eliam patrem vocabat. Vult Deus totū nostrū amorem, timorem cultum obseruantiā in omnē colligere et oī totam concredere et dedicare. Quoniā aut ipse iubet vtin hæc alia ab se missa, nos hæc deriuare debeamus ob hanc causā hæc nos tenemur amare honorare timere et colere teme legem Dei, hæc amanda et timenda ex lege Dei ꝯ erunt. Unde cum hæc deuiant a legum præscripto, mandat nobis, ne illis obsequamur, ne videamur illa nos pluris facere quā Deū cuius gratia illa sunt amanda. Admittitur enim illa propter Deū, nō aut Deus colit illor̄ gratia. Tantū aut his oībus deferimus ex amore honore metū et adoratione dedicatis et donatis Deo quantū ex illo amore, honore metū adoratione dedicatis et donatis Deo. Vult Deus et mandat vt ad hæc deferatur. Sunt igit dicti iudices Elohim dij, sed nō vult Deus seu Elohim, illos vt Elohim amari et honorari, sed propter Elohim, cuius cum sint vicarij dicuntur Elohim. Nimqd aut in felicibus ætatibus legimus in Ecclia Dei alios fuisse patres pastores præceptores magratus mīri Ecclæ membra. Unde Paulus etiā in infelici tatē collapsæ Ecclæ et priuatæ libertate publica, mandat vt magistratu erigat, causar̄ ciuiliū decidendar̄ causa, vt pristinæ libertatis aliquod specimen extare posset, quoniā oī tempore Ecclia suos habuit Elohim ab Elohim missos vt iudicia exercerent, ex his q filij erant Ecclæ ab ipsa natiuitate ed̄ grīs singulor̄ principijs. Legit̄ et̄, si pater conspuisset filiū iratus, ꝑd immundos numerabar̄ per septem dies: q lex transferenda est ad oia dicta et facta q irati parentes iacsunt in liberos inobedientes. Huc reduc̄untur Dñi et serui, Dña et ancilla. Nam idem ius est, neq. seruus seruū dom̄ maledicere pōt quin prius ipse sit a Deo maledictus, neq. seruus dom̄ pōt maledicere iustam ob causā iratus, quin vnq opera reddat immundā et impiū coram Deo. Iohane cum iubent nostri autores seruis ex aio seruire dm̄is tanquā Deo. Quoniā quamuis dm̄i ōibus rebus, quas faciunt serui nō interfint et decipi a seruis possint, Deus tn, cuius sanē Vicarij dm̄i, omniū est inspector rerū et̄ cogitationū, vt decipi nequeat. TEL. Multa mihi inclusisse videris in prīs nōe, q vox cum vltro citroq. commeet cum voce filij, necesse est vt tocies dicatur filius, quoties dicit pater. PAS. Est ita vt dicis, neq. negari pōt, si Dñs vocat pr̄, quod seruus vocari debeat filius, cū in vocibus.

Exod. 22.

Rom. 13.

1 Tim. 2.

1 Pet. 2. 13.

4 Reg. 2.

1 Cor. 6. 5.

Num. 12.

Eph. 6. 5. Colos. 3. 22

Rom. 8.

Exp

cibus s
usq. d
mem
olim a
Dñm Adonai dij olim nominati.
vocar
sit p
suos
Vox patet, qd sit cōis Pastor. spōnis
est p
ri vo
mis
carit
ed am
apud
suau
comp
ed f
1 Reg. 24. 4 Reg. 5. Vox pr̄ q complectit. 247.
fam
mim
exer
Iudi
bus
datu
bat.
bus
re st
mia
voce
geni
quit
edsi
lijs e
aut
edsi
patr
pra
los, q
edoc
Sed
tes
cert
& ma
mul
pap
cum
Pater. rdmis.

Exptio. VNDECIMVS

cibus sumus legalibus, in qbus legislator reliquit sobrio iudicio lectoris eo:
usq. deducere voces quousq. sigcata vocu viderentur deduci posse. Sed
memineris has voces legis non esse recentes, aut recentis sigcati. Nam
olim aliud erat regem regulum principem dom esse quam nunc. Olim oes
dni Adonai voce dei nominabantur, sed hoc tempore quis suu dom adonai
vocare inciperet qui no derideretur? quid enim nunc vulgatius voce dni?
Atqui olim erat tanti imperij, vt Cæsar Octauius, cuius tantu fuit impe:
riu, quantu postea nulli imperator Romanor, ea voce nunqua compellari
sit passus. Et regis vox nome est receptissima? Populus tame Romanus
suos principes oibus imperij vocibus se compellare passus est: regis nunqua
est passus. Deus rex regu et dns dnoru et deor deus patrem se appella:
ri voluit, quo noe carissima pignora naturæ, ex qbus in lucem editi su:
mus cognominare solemus. Pastorem qo et sponsu, quibus vocibus, hac
caritas et tutela qua complectir sponsus sponsa: illa innocens vita
et amor deducendar ouiu in alimenta bona et salubria sigcatur. Et olim
apud veteres, reges se patres, et serui dnos patres cognominabant et hac
suauitate vocum et delectabar antiquitas et leniebat horrorem que
complecti secum imperiu videbatur. Et Saul Dauidem armigeru suu
et fugitiuu filium, et Dauid, Regem Saulem patrem appellat. Et
famuli seruiq. Naamanis patrem eum appellabant, q illor erat do:
minus. Et Elisæus eum, cui in ministerio succedere debebat, patre appel:
lat. Itaq. patris vox apud veteres oia q in nos aliquod ius habent et illud
exercere possunt et cælestia et terrestria, complectebatur, Deum, nuncios Dei,
Iudices Dei, reges Dei, dnos, parentes, magrat vitæ degendæ, q postea labenti:
bus ætatibus ex vno veluti vocis vnius complexu diuulsæ sigcationes suu qq
datu accepit sigcatum nomen et separata est ab ea cum qua prius conueniebat.
Veru enimuero legislator q suæ ætati scribit no id quærit, quid in voci:
bus facere possit et conari velit posteritas, sed qd ætas postulet qua erudi:
re studet. A patris tamen noe remotus est Deus, qui omniu maxime pr est, quo:
nia in primo legis pcepto Deus est inclusus. Præter Deu igr oia, q patris
voce compellari poterant, vt parentes, aui, ataui, proaui, maiores, et primi:
gerij vt Abrahamus et Iudices, vt dni, vt maiores ætate, vt pceptores et alij
quire quodam naturæ imperare nobis possunt, et nos illis parere debemus
et si no paremus reprehensione digni esse existimamur, hac vna lege lata fi:
lijs et filiabus, pro patribus et matribus intelligi voluit legislator. Quæcuq.
aut dicta sunt de filijs erga patres, transferri debent ad filias erga matres
et si reges, principes, iudices, ~~sacerdotes~~ pceptores, ministri verbi, dici solebat
patres, ab his q eor dici poterant, eo sigcato filij, et reginæ principu, iudicu
præceptor, ministror verbi, vxores, matres dici ~~poterant~~ oportebat apud il:
los, q sigcata legaliu vocu, quantu extendi poterant vsu consueti conuictus
edocti intelligebant. TEL. Magnum erat ius patriu apud hebræos. PAS.
Sed maius apud græcos et Romanos. Ius patriæ potestatis apud alias ge:
tes quantu fuerit ex historijs no liquet. Aliquod tamen fuisse coniecture
certæ ex narrationibus insertis de peregrinis gentibus historiæ produnt.
Emolliuit tandem oia sequens ætas et dulcedo amoris parentu erga filios et mi:
nuit et ferme sustulit ius patriæ potestatis. Aduenerunt deinde iura
papalia, q pmiserunt filios et filias nutritos magnis laboribus et sumtibus
cum puberes essent fugere a parentibus et connubia contrahere, et cu:
culla

Dni Adonai dij olim nominati.

Vox pater, qd sigcet.

Pastor. sponsus

1 Reg. 24. 4 Reg. 5.

Vox pr q complectir 247.

Papæ tyrannis.

concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, et si quid aliud vt multa sũt
alia, sanæ doctrinæ aduersar. Fui prius blasphemus persecutor, contumelio-
sus. Non vinolentũ, nõ percussorẽ, nõ litigiosũ, non cupidum. Quæ in deli-
1 Tim. 3. cijs est, viuens mortua est. Oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspi-
1 Tim. 5. ciones malæ, conflictationes superuacaneæ hominũ mente corruptor. Radix om-
1 Tim. 6. 10. niũ malor est cupiditas (habendi opes) quã qdam appetentes errauerunt
à fide. Loqr de ministris verbi. Discedit ab iniquitte oĩs q inuocat nomen
2 Tim. 2. Dñi. Erunt hoẽs seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus
2 Tim. 3. nõ obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine fœdere, criminatores, incõ-
tinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, volupta-
tũ amatores magis quã Dei, habentes qdem speciem pietatis virtutẽ
Tit. 1. aut eius abnegantes. Et hos deuita. Non superbum, non iracundũ, non vi-
nolentũ nõ percussorẽ, nõ turpis lucri cupidum. Sunt enim multi inobediẽ-
tes, vaniloqui, mentiũ deceptores. Abnegantes impietatem et secularia de-
Tit. 2 sideria. Neminẽ blasphemare nõ litigiosos esse. Eramus et nos olim in-
Tit. 3. sipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs et voluptatibus varijs, in
malicia et inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Nolite obdurare
Hebr. 3. corda vra. Deteriora meretur supplicia q filiũ Dei conculcauerit, et san-
guinẽ testamenti pollutũ duxerit. Nondum vsq. ad sanguinẽ restitistis
Hebr. 10. et 12 aduersus peccatũ pugnantes. Ne quis fornicator aut profanus vt Esau.
Hebr. 13. Sint mores sine auaricia contenti præsentibus. Et si quis per oĩa sa-
cra scripta peruagaretur, innumera vitiorũ genera et res atq. vires of-
fenderet, q oĩa ad quinq. aut sex verba reducere, operis esset et sine fruge
et perditi ocij. Nam nostri autores et oratorie vtuntur repetitionibus
et patrio sensu edunt verba græca, et ad vnius rei sigcationẽ plurima ac-
cersunt verba, et vnũ verbũ ad multor vitior sigcationem edendam ac-
commodant. Sigcat aut Paulus vsq. ad sanguinem oportere nos aduer-
sus peccatũ contendere, si volumus vitam nostrã donari ea vita q fineẽ
caritura, vt luceamus corã hoĩbus videntibus nostra opera bona vt lumi-
naria magna discutientia densissimas noctis tenebras. Hoc ipsũ in-
uenier et in pphetis, q vitior et certa et noĩa et genera multiuiga vo-
Ps. 14. cũ varietate examinant, et explanant. Quis (inqt vnus, instar omniũ)
habitat in tabernaculo tuo Dñe? Qui ingreditur sine macula (verte
ad hanc formã sequentia) qui iniusticiã nõ operatur, q in corde suo mẽ-
daciũ cum proximo suo nõ loquitur, neq. dolum egit in lingua sua, nec fe-
cit proximo suo malũ, et opprobriũ nõ accepit aduersus proximos suos.
Ad nihilum deductus est, in conspectu eius malignus. Timentes Dõm nõ vi-
tuperat. Iurat proximo suo et nõ decipit neq. peierat. Pecuniã suã nõ
dedit ad vsurã, et munera super innocentem nõ accepit vt in iudicio con-
demnet illum. Quis oĩa colligere posset q multis et varijs vocibus expli-
carunt prophetæ, q paucis et grauibus noĩbus complexus est legislator?
Virg. Aen. 6. Non mihi, dixit ille, si linguæ centũ sint oraq. centũ, Ferrea vox, oẽs
scelerũ comprendere formas, Oĩa pœnar, pecurrere noĩa possem. At
mihi nõ scelerũ sed virtutũ, nõ pœnar sed pmior, nõ noĩa sed res vnæ
noĩbus varijs explicatæ essent in vnã formã redigendæ. TEL. Tam
difficile hoc est? PAS. Difficile dicis et nõ inutile? Vtile illud est:
Ex proximi rebus nõ esse quicquã furandũ, et distrahendũ neq. concupi-
"et illo insciotollẽdũ"
scendũ

scendū. Proximi vitam nō esse impetendam aut ferro aut falso testi=
monio, neq; hoc vt ab alio fiat concupiscendū. Mulieres neq; nō tuæ
neq. alienæ aut facto aut verbo aut inhonesto desiderio attingendæ.
Quid hac oratione et breuius et facilius? TEL. Dico, et clarius aliqd
hac orōne me nō desiderare. Puto aūt, si has res sicut negans ita
aiens explicares, facile à nobis oīa vitia, et illis contrarias virtutes
quas ex sacris autoribus colligi posse dixisti, suis locis intra sex verba legis
collocares. PAS. Magna est supellex vitiōr et virtutū, nō solū à sa=
cris ver etiā à prophanis autoribus verbis græcis latinis et hæbraicis
ob oculos legentiū exposita, quæ aiendo et negando explicata est. Ma=
ior aūt est vitiōr moles, quoniā sunt virtutes, quas duo vitia ambi
unt, et est summæ felicitatis extrema diffugisse, et mediū, vbi vir
tus collocata est attigisse. Oīs tn hæc numerosa suppellex est breui
bus periodis à legislatore declarata. Quod si negantibus verbis verba
aientia, q illis ex æquo respondent, coniungere voles, ex sex facies duo
decim verba, vt proximū sȝt tuū iuues re dono et mutuo, testimonio
vero vitam eius existimationē famā tuearis. Vxorem alienā et quā
uis mulierem, q tua vxor nō est foueas protegas ne eār fama et hone=
stas lædār. Et hæc nō solum facere ver et desiderare vt fiant. Itaq; furtum
vides: Non furtū facies, includere nō furari, nō rapere, nō latrocinari
factis aut appetitu aliena, sed suppeditare indigenti necessaria ad vi=
ctum ad famā tuendā ad elocandas filias, ad nutriendā familiā, mu
tuare illi prædem, obsidem, fideiussorem pro eo fieri cū possis, posse
aūt debes desiderare, vt hæc facias cum non possis: et cum possis vel=
le debes proximū subleuare, si proximus ille tuus talis sit, quem lex vult
tibi esse proximū, hoc est: Non falsū non mendacem non perfidum et
q paratus sit te malis opprimere, qbus tu illū subleuare es conatus. Studeat Eph. 4.
quilibet, inqt ille, operando manibus suis quod bonū est, vt habeat vnde
tribuat necessitatem patienti, quod est nō furari. Nam cū ita agis vt et
tu nihil pro te habeas et alijs leuamen aliquod dare nō possis, videris id
quærere vt quod posses tibi dare et alijs tu nō habeas sed accipias id ab
alijs quod subsidiū ægrotis et corpore mutilatis esse possit. Hanc ob caussā
Iesus chrs veluti prouerbio dicere solebat: Beatius est dare quā accipe Act. 20
re, quoniā dando nūquā peccatur, accipiendo aūt nonnunquā furtum beatius dare.
committir. Simili rōne sicut mandār ne falsū testimoniū dicas, ita pe furtū
tir abs te vt verū testimoniū dare nō detrectes, cum sæpe nō minus
damnū inferār proximo tacendo verū, quam dicendo falsum. Huc conij=
ce clancularium discessū et fictā profectionē ne quis cogār testari verita=
tem. Vbi oīa damna q proximus patir nostro silentio et tergiuersatione
ex legis præscripto debitores sumus illi persoluere, et ex falso testimonio
quod nō diximus labimur in furtū. Ad hunc modum de homicidio loquē= homici=
dū est. Non solum enī perimit, qui ferro confodit, ver et qui iuuare posset dium
aut in iudicio quod verū est dicendo, aut cām defendendo ne à magratu
reus capitis fieret proximus, aut prodendo proximū aut nō defendendo as=
silientibus in eū hostibus, aut latronibus in sylua cū tueri possis et te
et illū homicidiū committir. In legem vetiti stupri refert Paulus
ADVLTE= aduersā et auersā venerem, et oīa quæ improbitas perditōr hominū com=
RIVM et mentū

DVODECIMVS

FORNICATIO.

Leu. 18. menta est. Quæ et ipse Moses apertis verbis referre voluit. Tantum aut malum erat apud Iudæos stuprum alienæ vxori intulisse, aut vxorem fugere a marito et adulterum quærere, vt Deus explo maritatæ mulieris vti voluerit ad signandam improbitatem populi Israelitici, cum se deserto ad cultum alior deor accessisset. CHO. Putas duo esse verba an vnum repetitum: Non mæchaberis: Ad vxorem proximi tui no accesseris seu, no concupiscito vxorem proximi tui. PAS: Si repetitio vnius rei hec duo mandata essent, nec Moses diceret verba legis esse decem, nec Paulus post quinq. numerata verba q ad proximum pertinent addidisset: Et si quod aliud est mandatum, cum vno verbo, non concupisces signari potuisse videret: Non concupisces vxorem: Et, Non concupisces qdqd aliud quod sit proximi tui. Quare, Sicut sunt quatuor: Colere Deum, Colere requiem Dei, colere nomen Dei, Colere vicarios Dei: Ita visa sunt legislatori Sex esse, violari facto fortunas proximi, violare desiderio. Nam no minus concupiscere rem proximi tui seruum ancillam bouem asinum domum agros quam furari si potestas detur potes violare vitam violare caussam violare existimationem, aut in vxore aut in filiabus. Nullum enim est scortum quod alicuius no sit filia, cum nulla mulier seu fæmina sit aliquando per se nata et in lucem prodita. Quare si hæc sunt duo mandata: Non mæchaberis, Et no concupisces vxorem proximi tui, seu vt alibi repetit: Non dormies cum vxore proximi tui, Opinio illor, q scripserunt simplicem fornicationem lege Dei no interdici falsa est. Nam si vxorem ex bonis proximi tui exemeris, quid gris fæminei remanere poterit nisi filiæ et ancillæ? Ancillæ aut nomine sunt alicuius proximi tui filiæ? Quod si ius patrium proximi tui translatum esse videt in dominum cui ancillar vel emta precio, vel conducta salario filia, quodo licebit eam iure legis violare, quam no licet concupiscere interminante lege: Non concupiscas ancillam eius? Duplici igr iure teguntur ab illicita venere ancillæ: vno quod filiæ sunt proximi tui, quas violare no debes: Altero, quod sunt proximi tui ancillæ, quas concupiscere no licet. Vnde est illud: No erit scortum de filiabus Israël, nec erit scortator de filijs Israel. Si alij viri tu no fuissent in orbe, satis fuisset vnum ex his dicere. Nam nulla muliere existente meretrice, nullus esse potuisset aut scortator aut leno: Et si nullus hominum fuisset scortator, nulla mulier fuisset scortum aut lena ex gente sgt Israëlitica. Verum cum scortari possent et fæminæ et viri Israëlitici gris cum viris et mulieribus et Israëlitici et no Israëlitici gris scriptum est, vtrumq. vt nec filiæ Israëlis essent scorta vel suæ vel alienæ gentis hominum, nec filij Abrahamici essent scortatores vel cum suæ vel cum alienæ gentis fæminis. Sed et pæna grauis lata in meretrices, scortationem tollere e medio populi Dei desiderabat. No inferes, inqt mercedem meretricis aut precium (venditi) canis in domum Dni Dei tui in quocunq. voto, quoniam abominatio est Dno Deo tuo. Vtrumq. et Manzer (q est ex damnato legis coitu natus) no veniet in congregatione Dni et in gratione decima, q est natus ex illo, no intrabit in congregatione Dni, quod est nothos habere patres naturales, nullos aut habere patres ciuiles, qbus succedere possint in honoribus cum sint filij terræ. Quæ lex valuit prius apud græcos, deinde apud Romanos. Damnato enim coitu oibus malis ab oibus gentibus adobruebar fœtus. CHO.

Iesus.

Ier. 3. Ezech. 16.

Exod. 34. Deut. 4. et 10. Rom. 13.

fornicatio simplex.

Deut. 23. 17.

Deut. 23. 18.

Iesus chr̃s dicit in Euangelio: Audistis quod dictū sit antiqnis Cab interp- Mat. 5.
tibus sūt legis) Non mœchaberis: Ego aut dico vobis quod q̃cunq; viderit
mulierem ad concupiscendū eam iā mœchatus est eam in corde suo. Valle
scire quid nōc mulieris aut Moixeiæ aut concupiæ intelligat. PAS. Opti- 2 Reg. 8
me monuisti. Sunt em̃ q̃bus lex Mosi interm hōis cura deposuisse sit visa. Lex & cor
ed hoc vnū curasse quōdo hōes exterya specie sanctitatis vitæ placere ho- poris et
minibus possent. Qua q̃m iane mihi monstrosius. Verbū em̃ illud: nō cō- Esa: 58. animi.
cupisces, quod Paulus dicit demonstrare peccatū esse concupiam nulla alia
lege damnatū nisi diuina, q̃ fuit lata per Mosen quem hōem curat institue
re interm̃ in extermin̄. Sed hos ed indoctos, ed vanos hōes relinquamus.
Iesus chr̃s interpretatione recepta Scribar & pharisaor illis dictis damnat Luc. 19.
ed legem Dei proprio loco ed intelligentiæ germanæ restituit. Mulierem Mulier á le
aut intelligit ed q̃ vxor nō est nostra: Est aut aliena aut vxor aut filia ge vetita.
aut meilla aut virgo aut vidua: Moixeiaꝫ aut intelligit damnatā con Moixeia
sociationem q̃ cum mulieribus contrain pōt. Et mutat culpa nomina
sicut ipsæ mulieres statu ed conditione inter se possunt esse distincte.
Concupiam aut intelligit propensionem ai, qua vellet si posset impbum Concupia.
desideriū perficere is q̃ suas malas cogitationes adhuc in corde tbi ista
deliberantiū eam, et consuluntur tegit ed celat. Respicit aut hæc pars
dictor Iesu chr̃i verba legis: non concupisces, vt demonstret, duplicē esse Deut. 23.
moixeiaꝫ, vna cordis, altera corporis! Et cum dr̃: nō mœchaberis, itaud-
endū esse: corpore: vt ex eo quod dr̃: nō concupisces, addi et debeat, desi-
derio. quod illud lege ipsa, nō mœchaberis: hoc lege cōi, nō concupisces
sit interdictū. Ett. Sunt multi, q̃ illud Iesu chr̃i: Mutuū dantes ni-
hil inde sperantes, coniungunt ed lege illa Mosis: Non morsū inferes fri-
DE VSV- tuo per vsurā pecuniā ed per vsura frumenti aut per vsurā cuiuscūq; Leuit.
RA. rei, qua moleri pōt. Alienū mordebis vsura: frēm aut tuū nō mordebis. 25 Deut. 23. 19.
vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in oi re. PAS. Mali sūt expensores rer. Luc. 19.
q̃ verba notant, sensū sētiæ, qui ex coniunctione verbor ominet et extat Matt. 25.
prætereunt. Nam Iesus dicit licitū esse mutuū ei, ab quo te mutuū aliquid
do accepturū desperas, vt cum tu sis mutuū dures ed ille multū pauper vt
vereri nō possis, ne aliquando commutata vice, sicut tu illi quoniā indiget
mutuū das, ille tibi cum indigueris mutuū dare possit. Et ita sētia nihil
facit cum vsura, sicut neq; illa: Fabis mutuū multis gentibus tu vero Deut. 15. 6.
non accipies mutuū, sed dominaberis gentibus multis, ed ipsæ nō domina-
buntur tui. Est em̃ hoc mutuū imperij ed nō fœnoris. Et mutuū dare ē
tributa imponere, ed est eius q̃ imperat erga eū q̃ est subiectus. Ad mutuū
aut de quo legi Moses eo in loco quē citasti pertinet illud: Si fuerit inte Deut. 15. 7.
pauper vnus ex fribus intra vna portar tuar in terra tua qua Dñs Deus
dat tibi, nō obstrmabis cor tuū neq; contrabes manū tuā à frē tuo paupe
re, sed aperiendo aperies illi manū tuā ed mutuū dabis illi quod sufficiat
pro penuria eius, qua ille laborat. Et, Ad vsura nō dederit ed emolumē- Ezech. 18
tū nō acceperit. Et, Cui pecuniā suam nō dedit ad vsura, Hæc de mutuo Ps. 15
ed vsura, quæ comitatur mutuū loquuntur, de quibus nullibi in Euangelio
à Iesu chr̃o disputatur. Fœnora aut crūdelitas existimata semp fuit
veteribus fœnus exercere, feneratoribus aut magna erat potestas à le-
gibus, vnde nonaꝫ tabulaꝫ in populo Romano desideriū. In orbe creato
à Deo duo grā hominū erant, vnū populi Dei, alterū alienū à populo Dei.
Hominē populi Dei, homini populi Dei mutuū dare lex iubebat, vsuram
mutui dati accipere interdicebat. Permittebar aut, sicut publicē magi-
strat.

DVODECIMVS

stratibus, ita priuatis hoibus, vrbibus et hoibus alienis a populo Dei,
illis vt tributa imponere, his vt vsuras accipere possent. Ita Moab
2 Reg. 8 pendebat tributum Iudæis. Non licebat aut vt pbs hæbrea vrbi he-
brææ aut Iudæus Iudæo soluere aut illi tributum aut huic vsuram.
Esa. 58. Vnde repræhendunt apud Esaiam q hæc faciebant. Et dr tum eor ieiu-
nia et preces placituras Deo cum ab vsuris desisterent. Et ille q suspi-
cari poterat se in legem peccasse quod publicanus esset, ait: dimidior
bonorum meor Dne do pauperibus et siquid aliquem fraudaui quadru-
Luc. 19. plum reddo. Postquam aut ostium fidei gentibus oibus est adapertum, et nul-
lus est q dici possit alienus a populo Dei gre aut gente, cum oe hominum ge-
nus sit in vnum gentis electæ ouile conclusum nulla amplius relicta est fæ-
noris exercendi ex lege ratio. Iudæi ἀπίστοι q hæc no credunt neq. præ-
putiatos πιστοὺς interpopulum Dei numerant sicut alijs in rebus ita et
in vsuræ exercitio peccant. Et magratus, qui iustam ratione vsurar exer-
cendar no edicunt lege aliqua in leges Dei no minus quam illi peccant.
Peccat enim et is q peccat, et ille q cum posset prohibere no phibet tamen
ne peccetur. Et quod maius excogitari potest scelus, quam cum damnum qd
infers exuperat sua grauitate beneficium quod dedisti? Nam si plagar
modus et numerus debet respondere culpæ magnitudini, quodo no vsu-
Deut. 25. ra debebit respondere mutui beneficio? CHR. Quod si mutuum ab vr-
bibus extruseris, maiora damna sequent miseros, quam vsuræ malum.
Nisi aut aliquid pendat illi qui mutuat, quis esset paratus ad seruien-
dum alijs sua pecunia cum nullus sit q sua opera vlli gratis locare velit?
PAS. Nulla vnquam fuit respub. q ita vsuris fuerit infensa, vt no iustas
vsuras admiserit, cui parti vsurar alludere videt illud ex similitudine:
Luc. 19. Quare no dedisti pecuniam meam trapezitis, et ego veniens cum vsuris eam
Matt. 25. exegissem? Erant enim mensæ publicæ certo loco appositæ, ad illas sede-
bant conducti certo salario hoes probatissimæ fidei, illis a priuatis ho-
minibus dabar pecunia, et erat constitutum et licitum fænus, quod solum
terræ respiciebat abs quo fænore soluebar: et illis q ad illam sedebant men-
sam et mutuabant alijs indigentibus accepta aut syngrapha aut pigno-
re, pecuniam illis concreditam, et his q suam mutuandam alijs, illis trapezi-
tis siue nummularijs pecuniam numerauerunt integra semper remanente
sorte. TEL. Quam putas legitimam vsuram? PAS. Ego mutuum laudo, vsu-
ras no laudo. Si tamen magratus essem aliud edicerem et facerem.
Priuatus igr priuatis dicerem vt suis succurrerent proximis et frib
indigentibus numerata pecunia et si nihil sperari posset lucri. Magra-
tus aut creatus alio verterem oculos, quam graue sit misero huc illuc
per integrum diem vagari, vt inueniat qui mutuare velit, et sæpe nullo cu
fructu suscepto labore. Quare fætus fundi, terræ, soli considerare
ad illius ratione fænus inde reductum accommodare vt tantum redderet
vsuræ quantum fænoris terra reddere posset ex tanto suscepto semine quan-
tum illa pecunia cuius soluenda est vsura emi posset. Nam si versa pecunia
in frumentum, pannum, vina, ligna, ferrum, equos, boues, armenta et alia, lucrum
dno reddere sdm oes leges pot cur pecunia perseuerans pecunia hoc facere
no poterit? Nam videt quod per alium facere possumus per nos ipsos fa-
cere posse. Et quod no licet per nos fieri, p alios qo nostro mandato fieri no
licere. Itaq hortarer ciues et si possem cogerem, vt pecuniam quam domi
seru-

seruarent ad beneficiū communiū ciuiū miseror̄ in coēm locum et tutū certo hōi pignoribus et fideiussionibus acceptis concederent ab illo mutuo accepturi statuta vsura tempore suo soluenda qui necesse haberent libertate data his, quo pecunias suas in eū locum coniecissent, vt quoties ipsi vellent et opus haberent recipere possent. Huc oēs ministros verbi vt adhortarentur populum impellerem. Et hæ sunt istæ vsuræ, q̄ iuste oībꝰ recte constitutis rebuspub. sunt visæ. CHO. Sunt chrīani q̄ piaculare factū putant aliq̄d aut accipere vltra sortem pecuniæ mutuo datæ, aut sperare. PAS. Et bene. Scriptū est enī Non furaberis. Sed hi ne furem̄ nolunt mutuū dare, daturi libenter mutuo si furari, hoc est vsuras petere liceret. Et sunt alij, q̄ ne videant̄ furari denudant et excoriant hōes. Memini cū nō vicesimis contenti essent fœneratores, hoc est quinis, sed et vicenis parū desiderijs suis satisfieri putarent in singulos menses ad sortis summā. Sunt et q̄ ad hebræos fœneratores, q̄bus ipsi suā pecuniā exercendā concrediderunt remittant, vbi coguntur miseri duplicem vsurā soluere. Vnā ei cuius est pecunia, alteram hebræo q̄ mutuat. Hi oēs cum Deo colludere videnr̄. Nam si putarent Deum eōr concupiam cernere, nō externis facie honesta contectis operibus Deo imponere studerent. Ego satius et magis chrīanum esse puto mutuū dare cū vsuræ exactione, quā mutuū negare. Et vsurā mallem esse simplicē, q̄ illi soluar̄ clam, palam cuius pecunia est, quā duplicem, q̄ Iudæo et chrīano solui debeat. Illos, qui vicesimas in petendo excedunt, neq. contentisūt eo fœnore quod iniquissimū visū est et Romanis Deū ignorantibus hos inter publicos latrones et sicarios et rerumpub. hostes et humanæ societatis inimicos denumerandos esse iudico. CHO. Approbas igitur aliquod vsuræ genus? PAS. Quam vos vsurā dicitis, eā Ego vsuram nō esse dico, prima lege lata de proximi bonis nō violandis, teneri tanquā fures existimo q̄ cum mutuū dare et succurrere fr̄i indigenti possunt nolunt, aut q̄ lucrū nō recipiunt, recipere aut̄ nolunt ne fœneratores dicam̄ et in legem peccare videantur, aut q̄ nō dar̄ tantū lucri quantū ipsi vellent, aut q̄ cū nomē vsurarij auersentur veluti infame, malunt infamiā in Iudæū conuertere cum duplici damno fratris modo lucellum clā accedat ad se, quā nomē suū prostituere cū aliqua vtilitate fr̄is miseri. Quā aut̄ vos vsurā dicitis esse, cur vsura dici debeat nō video. Explanate vos, et discutite diligentius verba, cū oīs opera et oē beneficiū suum mereatur præmiū. Sedet mercator, accedit ciuis emit pannū ferrū factū infectū frumentū auenā fænū vinū duplo plus, sæpe sesquialtero quā ille emerit. Hæc permutatio pecuniæ in pecuniā cui insinuar̄ veluti mediū quiddam ferrū pannus vinū cum tam magno lucro vsura nō dicitur. Dicitur aut̄ vobis vsura, cum pecuniā tantā quantā ager cultus reddere solet parit pecunia nō mutata in ferrū pannū et vinū, scire vellem quam ob caussā? CHO. Quoniā pecunia mortua est ex se, viuit aut̄ cum est in vsu: mortuæ aut̄ res nihil, viuæ aliquid parere possunt. PAS. Sed quōdo nummus ex se viuus nō erit, transformatus in pannū viuus dici poterit, cum res mortuæ mutatæ in mortuas nunq̄ viuæ dicantur? Expendite quæso hanc pecuniæ quā illi datis μεταμόρφωσιν quantū damnū inferat miseris, et quantū beneficiū rebus publicis pariat. Et si ex damno aut vtilitate iudicatis aliquid esse aut expetendū aut fugiendū, dicatis mihi vtrū vtri sit præferendū, Vsuraria pecun-

DVODECIMVS

cunia permutatæ, an permutata usuariæ? Commutata pecunia in rem parit tibi et qdem nondum anno absoluto ultra sortem centum quinquaginta et amplius et hoc nõ adeo raro: Usuaria pecunia nõ ultra decem ut summa dicã ad quam conscendere põt. Nam quamuis sint agri q et sexaginta et centũ et nõ adeo pauci ducentũ reddant: attamen ager Siculus pro exemplo usuariæ pecuniæ esse solet, ut decem pro fructu reddat. Deinde utilitas hæc est quæ capir ex pecunia usuaria, ut alia ferme præter vitã et honorem hõis nunquã sublevare soleat Commutata pecunia corpus et suppellectilem a damno conseruet. Nunc videte quantum vita et honor hõis intersit corpori et suppellectili, et intelligetis quantũ excedat utilitate pecunia ut dicebatis mortua quã viua. Nam emis pannũ ut corpus tegas et soluis viginti, cum si ille q vendit pannũ pecuniã qua ille pannũ emit mutuare vellet, aut abs te (subtractis õibus expensis) recipere et decem daret et decem reciperet. Itaq. pro decem qbus emit pannũ accipit abs te cui pannũ vendit, viginti. Verum cum soluendũ est creditori et periclitatur tua existimatio, aut emendus panis ut vita sustẽtari queat, aut elocanda filia et occasio est deest tamẽ pecunia, neq. auctione rerũ tuar malo occurrere potes, neq. frumentũ vinũ pannũs mutuo acceptus, Ubi duplex malum incurritur, occasionẽ detinere ne effugiat potest. Accedis ad argentariũ et decem qui argentario constant decem, accipis pro decem et post annũ soluis vnũ, et iactura illius nũmuli vnius te ex õi tuo periculo liberauit. Cur igr quod licet mercatori libror olei casei pullor fructuũ vendere sua decem pro alteris decem, nõ licebit argentario dare sua decem pro vno quod accedat ad decem? Cur minus proximi damnũ dicetur fœnus, et maius damnũ fœnus nonerit? Quod multor culpa, qui abusi sunt usuaria pecunia, fecit, ut argentarij male audiant faciat prouisio magratus et restitutio argentarior ad iustos lucri fines, ut mutuare pecuniã cum laudato ab hõibus scriptoribus lucro bene audire incipiat. Primũ igr locum do pecuniæ cum ita in mutuũ venit ut nihil pariat. Hoc enim est et chriãnũ et humanũ opus. Secundũ do illi locum inter mercatores, cum minus parit, quã õia alia gra merciũ quæ fiũt ex μεταμορφωσει pecuniar et regionis agros respicit illisq. in fructu et partu se adæquat. Tertium locum nõ do pecuniæ, quã improbitas hominũ ultra omniũ merciũ lucra componere est solita. Sicut aut pecunia mutata in rem, cum illa nõ est, res est præsto, magis onerari mali pondere vider proximus: Ita cum nõ dar ad lucrũ capiendũ ex pecunia, sed ad usũ ut commutationibus crebris quod oritur lucri, dimidia pars accedat pecuniã danti sublevari existimanda est miseria indigentis proximi. Nam q corpus habet vegetũ et mentem industria et sagacitate valẽtem et caret pecunia, torpere domi cogir: econtrario aut diues ægro corpore seruatã in arca pecuniã consumere cogir maxime si accedat morbus. Idem faciunt viduæ pupilli et alij qbus vagari huc illuc honestas publica aut alia impedimenta nõ permittunt. Hi enim q habent augere nequeunt absumere in dies singulos magis coguntur. Quid igr? Hi pecunia data, et illi industria allata ineunt societatem, ex qua pecunia vtriq. prodest. Illo aut priore modo, cũ deficiente pecunia datur res, puta frumentũ pannus ferrũ, cum vtilitas nõ recompensat damnũ in proximo egeno, incommodi magnitudo facit ut idem iudiciũ nõ feratur, quod fertur aut in societate aut in usuaria pecunia. TEL. Si quis mensarius esset et cauere sibi vellet, ne in hanc de furto peccaret legem, quid faciend

ciendum sibi putares? quid præfigere permutationū rationi? PAS. Magnam commoditatem adfert et publicis et priuatis rebus pecunia præsens. Cauendum aut est, ne is qui pecuniā dat vt succurrat proximo, damnū ipse, cum a damno vindicare studet proximū, patiatur, et ne eū, cui dar pecunia ad subleuationē, cogamus maius sentire damnū quā commodū ex pecuniæ mutatione. Cum enim hinc damnū recompensat vtilitas, et inde succurrere proximo, nō est sibi ipsi in ea re qua illi succurritur nocere, locū habet illa quā diximus vtilitas, q̄ ex agrorū ratione ad pecuniæ mutationē venit. Nullus enī est q velit gratis seruire, cum seruitus sit sudor ille, q comparare debet ex statuto Dei victū et vestimentū hoī. Et videmus nullos, nisi qui plus nō valent aut audent illis artibus dare operā, ex q̄bus lucri nō accedit tantū, quantū ad sustentandā vitam et suā et suor satis esse vider. Quare cum ager datus sit hoī ex cuius cultu vitā sustentare possit nulla vider iniuria adferri argentario si tantū illi concedir recipere ex pecunia mutuo data, quantū Deus reddere voluit hoī laboribus et sudoribus incumbenti. Quod si argentarius vertit suas cogitationes ad illos q plus mercando, vendendo, emendo, distrahendo, commutando, in longinquas terras mittendo, lucrantur, meminerit se nō sibi sed Reip. pro publico bono seruire: lucrū accipere, sed sine periculo: suis ciuibus se commoditati esse sed sine suo dispendio et nō sine fructu, paruo quidem sed iusto, et quem Deus ipse ex agrorū fructu statuit esse iustum: populus q̄o huius modi hominū genus magna lucra deserens et eius lucro studens sicut oībus q eius commodis nauant operā regibus principibus ministris aliquo fructu vt honorario ita debito honorare nō grauetur, maxime cum examinatis oībus intelligat se argentarijs pro ea summa soluere vnū, pro qua mercatoribus vt minimū octo et decem soluere solet. Illa aut cum syngrapha data, hinc in Indias et apocha reddita certam summā pecuniæ confestim certo constituto p̄mio tibi numerandā curat. Aut cum elocanda filia ē et ab eo q lucrū præsens et certū deserit vt tibi pecuniā suā, vt elocare filiā, cum alr fieri nequeat, possis, concredit, eo ipso p̄mio quod desertū est, vt tibi succurreretur, et alia q̄ conditio humani conuictus fert et parit quotidie nō sunt huius loci, vbi de furto et fænore quæritur. CHO. Quid si ad mensem vnū aut duos pecunia mihi esset opus, de eo ne totius anni vertentis vsurā persoluere? PAS. Crassæ mineruæ est ista petitio. Si enī pecunia datur "ad annum" et tu reddis per nouem menses ante annū, nonne vides nouē mensiū p̄cidi oportere vsurā? CHO. Video. Sed qui mutuauit integri anni vsuram expetit. PAS. Petat et plus quam vicesimā. Quicunq. n. delitescentem in aīs hominū concupiam nō cernit ex his operibus q̄ fiunt, prodeuntem se veluti ex vmbra asinū perspiciet. Non vult ad vsurā dare, quoniā ad paruū tempus petitur, aut paruā summā pecuniæ mutuatur. Ita illi nō habent quod mutuent, quoniā nihil se petere posse ab amico videt aut aliquid petere religio est. Vbi cum cauent, ne quid ex proximi bonis cōuinci possint furari vsuris et fænore conuincuntur et bona proximi concupiscere et eo esse fures, hoc est, lege de furto teneri, quoniā proximo indigenti nō succurrunt. CHO. Sunt qui ἕξιν et διάθεσιν, de qua Artes multis in locis disputat, in virtutibus et vitijs examinandis exigunt et scrutantur. PAS. Possunt hoc illi facere, sed nō in culpæ ratione, sed in culpam labendi aut difficultate aut facilitate perquirenda. Et sæpe iudicaui Ego, hydram illam quā nominant perturbationū humanar q̄ hoēm ruer-

HABITVS VIRTVTIS et Vitij.

hydra est concupia

DVODECIMVS

ruere in mala impellunt illam esse quam lex diuina concupiam vocat.
Sit vinolentus et sobrius. Sobrij, natura sumus nati, vinolenti fimus
assuetudine, sed nō continuo q semel vinolentus est sobrietatis vim à na:
tura conciliata proiecit. Neq; qui sobrius hodie est cras ēt sobrius erit, quo:
niā sobrietatem à natura sibi insita vsus consuetudine nō sibi altissime
infixit. Sunt enī virtutū et vitior semina nobis indita summa cute, sic:
ut et rerū omniū noticiæ, quas nisi coluerimus exarescunt. Sed hoc est discri:
men inter virtutem et vitiū, quod virtus nisi colas nō solū exarescit ipsa
et euellir radicitus ex aīo vt non magis ad virtutem reditus fieri possit
quā vt cæcus sua sponte visū recuperare: sed ēt vitiū sibi contrariū al:
tissime figit. Vitiū aut ēt si nō colueris, modo virtutis curā deponas
per se altas radices agit. Dicunt igr illi, virtutis studiū eo tandem p:
cedere vt in aīo hōis nullas relinquat vitij radices. Hanc vocant vir:
tutis ἕξιν ad quā peruenitur διαθέσει. Vt si vinolentus esse nō vis,
vino te ne semel qdem adobruere debeas. Nam semel repetitū pluries nume:
rū facit et ex διαθέσει ad ἕξιν peruenitur et sobrietatis procliuitas
perditur cum vinolentiæ se dedet homo agendū ferendū, cumq; vitium
hoēm occupauerit, tantū abest vt ad virtutem redire queat, seminaq; virtu:
tis confouere amplius in se possit, vt ēt virtutem q̄ in alijs est contagiosa
familiaritate corrumpere conetur. Hæc igr disputant illi, vt demonstrēt
διαθέσιν et illud semel peccare inebriari scortari furari conuitiari exe:
crari cadere esse fugiendum ei, q constans et perpetuus possessor virtu:
tis esse cupit. Nam illud semel gradus primus est ad habitū aī, qui
tam facile deponi pōt, quā est facile igni suū calorem mutare in frigus.
Ps. 1. Hæc meditari sapientes est et beati, qui in lege Dni meditar die noctuq.
Sed cum ad peccandū venitur, sicut qui in duo legis mandata peccat duas
mortes commeretur, ita q in vnū legis præceptū bis peccauit, duabus est
puniendus mortibus. Ob hoc leges quæ duplici morte hoēm punire nō pos:
sunt quod homo vnā habeat vitam atrocitate et diuturnitate pœnæ
multiplicis mortis quā commeretur reus imaginē repsentare ad exem:
plū alior vt vitia fugerent sunt conatæ. Fac, homo hoēm vnū occi
dat, morte damnatus est, fac alterum occidat, altera et nō vna mor:
te damnatur à legibus: fac tam nefariū opus in habitū improbæ mētis
verterit, alr facere nō poterit, q2 leui de caussa hoēm perimat. Ita ebri:
us fiat aliquis, regnū Dei nō possidebit, iterū fiat ebrius, repetit caus:
sā cur ex regno Dei sit excludendus. fiat ex semel, bis, tertio habitus
imbibiti consuetudine ebriosus et vinolentus, radices sobrietatis à se re:
uulsit, et sicut ad sobrietatem illi redire vider impossibile, ita perpetua
damnatione ex regno Dei repulsus cum impijs numeratur à Paulo.
1 Ioa. 3. 9. Quod enim dr de virtute: peccare nō potest, q2 semen Dei manet in eo
Matt. 12. ita de vitio scribitur: Non potestis bona loq cum sitis mali. Quod si loq
bona dicuntur nō posse, quōdo bona facere dici possent valere? Hæc
vis est habitus aī et affectionis, quæ nō ad pœnas legis referenda est
sed ad aī propensionem, vt libenter quod facis facias, quod hilarē dato:
rem vt diximus diligat Deus. Vis leges Dei alacriter seruare? Virtu:
tis semina altissime recipias in animū. Vt vero nullam excusationē
prætexere possis, habes Deū tecū cuius es templum, habes spiritū
supr. 167. sanctū Dei vt pignus et vicariū Dei, habes Iesū chrm in cælo pro te
vigilantem ne quid tibi ad benefaciendum et parendum Deo desit.

Quod si

DIES

Quod si vitijs es deditus gradum fac ad virtutem διαθεσιν corripe, eam repetas. Nam sua sponte verter in ἕξιν et ex ebrioso fies sobrius, ita ut ebrietatem fugias magis, quam prius sobrietatem fugiebas. TEL. Quod-nam legis mandatum vinolentiam cauendam esse dicit. PAS. Illud ipsum quod prohibet seipsum occidere. Nam sicut Non occides prohibet vno homicidij nomine conuitia, plagas, vulnera, neces et alia quibus violatur proximus Ita cum non liceat seipsum occidere, non licet et seipsum vsu rationis priuare et quod dicitur: quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, vertere licet in hoc: Quod in alium fieri prohibent leges illud in teipsum ne admittito. CHO. Leges iniurias prohibere voluisse existimandae sunt. Volenti autem et desiderati nulla infertur iniuria. Atqui amicus conuenit cum amico ut exhilarentur laetentur exporrigant frontem et impleant se Deo. Cui hac in re infertur iniuria, cum nulli inferatur malum? PAS. Haec voces referunt tempora illa cum ignoraretur ab hominibus Deus et genus vitae quisque sequebatur quod sibi gratum et bonum videbatur. Verum postquam Deus seipsum patefecit omnibus, et ex omnibus nouam creaturam facere decreuit, quae non exhiberet membra sua arma iniquitati ad peccandum, sed in nouitate vitae ambularet, vt corpus mortuum gereret, sed spiritum viuum vita iusticiae possideret, alia verba decent homines et alij mores. Ob id enim nos Deus liberauit in maioribus nostris a seruitute peccati et diaboli, vt non amplius nostri essemus iuris sed sui, vt qui viuunt, iam sibi non viuant sed Deo, qui dedit spiritum suum omnibus, vt tum homines essent filij Dei cum non carne sed spiritu Dei agerentur ducerentur regerentur et facta carnis exterirent, et implerentur non vino sed Dei spiritu. Vis igitur inebriari sine crimine? redime te a Deo, facque te tui esse iuris. Ita enim neque tibi neque alij faciendo quod appetis iniuriam inferes, amareque te poteris plusquam Deum et Deum post te. Nam quamdiu alieni es iuris iniuriam facis et tibi et tuo domino, cum id facis, quod est contra tui domini voluntatem, et cum primum locum non das mandatis diuinis, sed concupiscentiae tuae. Ita enim solent disputare alij: Cuinam infero iniuriam? Conuenit illa mecum, et nulla vi illata alteri ab altero scortamur. Mutuum do illo petente pecuniam meam et soluit mihi vsuram secundum pacta nostra et conuenta. Ita Ego cupio, ita ille vult. Vbi est iniuria? Atque isti disputant examinantes leges Dei non ad intelligentiam et consilia legislatoris, sed ad arbitrium eorum, qui subsunt legibus. Qui templum Dei, inquit, violauerit disperdet illum Deus. Nunc fac tu templum Dei templum non esse Dei et perfeceris, vt ea quae vult templum in se admitti sint licita. Quoniam templum ita vult contra quam velit is cuius est templum Deus qui violatores sui templi disperdet. Quis tu es, inquit, qui alienum iudicas seruum? Domino suo stat aut cadit. Damnum igitur nostrum non est nostrum, vt possimus donare vel ex pacto vel ex conuento vel conuenientia, illi qui infert: sed est Dei cuius sumus nos, vita nostra, decus nostrum, bona nostra, et omnia quae sunt nostra. Itaque non est quaerendum, quid nos velimus aut simus pacti, sed quid Deus velit cuius nos sumus. CHO. Nunc mihi facile esset aceruos illos vitiorum quos ex Paulo Apostolo plaustratim huc conuexisti suum in locum sex verborum legis reponere

Nam.

Ebrietas quo legis mandato prohibita

Ro. 6. et 8.

1 Cor. 6. et 7. 2 Co. 5.

1 Cor. 3

Rom. 14.

DVODECIMVS

DE DIVORTIO

Nam videre nõ poterã quo vmolentia referenda esset. Nunc dicas rogo. Scribitur nõ concupiscas vxorem proximi tui, placet aũt mihi id quod tu dixisti minus licere violari id quod concupisci nõ liceret. Sed id quæro, cũ sit scriptũ: ad vxorem proximi tui non pones accubitũ tuũ vt semine eam contamines. Et Qui fornicatus fuerit cum vxore proximi sui morte moriatur tam adulter quã adultera. Quid opus erat dicere: Oĩs q dimiserit vxorem suã excepta fornicationis caussa facit eã moechari? Nam vxor nõ dimittebatur à viro libello repudij dato fornicationis caussa, sed à ingratũ occidebatur cum adultero. Atq. ad hunc modum vir sine vxore remanens liber erat vt aliam duceret. PAS. In manifesto et perspecto adulterio mors erat constituta pœna legis omniũ grauissima: In obscuris et q̃ suspicionibus pungebant viri animũ dabatur actio contra vxorẽ viro. Ita enĩ scribitur: Cum vir acceperit vxorem et maritauerit eam, fiatq. vt illa nõ inueniat grãm in oculis eius, vt si deprehenderit in ea rẽ turpem scribat ei libellũ repudij tradensq. in manũ eius dimittat eã de domo sua: Non poterit maritus ejus prior q illã à se dimisit reuerti et ducere eã sibi in vxorem posteaquã illa polluta est. Nã abominatio est in conspectu Dñi, et nõ facies peccare terrã. Quæ verba ita refert Jeremias: Si quispiã dimittat vxorem suã, et illa abiens ab eo facta fuerit vxor alterius viri, Nunquid ille (prior maritus) reuerterẽ ad eã iterũ? An nõ pollutione polluta est terra illa? Et tu fornicata es cum socijs multis, sed reuertere ad me dicit Dñs. Si dimittat inqt vxorem suã, quod sit sz̃t polluta in conspectu suo. Quibus verbis innuitur crimen adulterij. Nam quod dr: et tu fornicata es, idẽ est cũ eo, quod præcessit pollutione polluta. Hoc aũt concedebatur marito in vxorem nõ vxori in maritũ, Cum maritus quod ipse scire poterat, argũtis ad probandã caussã apud Judices destituebatur, aut argũtis probare crimẽ poterat quod intendebat vxori: Sed famæ et vitæ vxoris parcere p consultius videbatur. Ita Joseph laudatur, quod cum existimaret suã vxorem rem nefariã commisisse, maluisset illã libello dato à se dimittere, quã ad exemplũ aliar infamia inspergere et morte multare. Quod si maritus intentatũ crimen vxori probare nõ potuisset mulctam grauem pendebat. Jesus chrs igr cum hæc sciret de iure mariti disputat, nõ quo accusare maritus vxorem poterat et perdere si euincere posset quod intentabat, sed quo iustã ob cãm vxor à viro dimitti poterat. CHO. Cur est scriptũ: ab initio aũt nõ erat sic? PAS. Ab initio sz̃t cepti matrimonij inter hões maritus et vxor erant vnũ os et vna caro vinciente vtrumq. et compaginãte in vnũ os et vnã carnẽ Deo, Quod vinculũ et copulã legalem tollit et soluit adulteriũ. Moses aũt ita fauit Maritis in dimissione vxorũ, vt illis libertatem dederit agendi vel nõ agendi contra vxores apud senatũ, cuius cognitionẽ illi declinabant, ne si probare nõ possent vxorũ crimẽ admissæ calumniæ pœnas cogerentur dare, vbi sicut illi lege adulterij contra vxores, ita vxores lege calumniæ contra maritos agere poterãt. Accipiebant igr mariti partẽ illã, in qua sine periculo vxores dimittere poterant, et in qua vxores lege agere contra maritos nõ poterant. Et dimittebant quidem illi prætextũ contaminationis vxores, cũ aliæ caussæ subessent, vnde petebant à Jesu chrõ: An oĩs caussa iusta videretur quã ob cãm maritis suas vxores liceret dimittere, et allegabãt Mosen veluti quamuis ob caussã ille vxores dimittendas à viris censuis

Leu. 18.
Leui. 20.
Matt. 5.
Deut. 24.
Jer. 3. 1.
Matt. 1.
Deut. 22.
Matt. 19. 8.

suisset, quod disertis verbis scripsisset sine cognitione magratus uxorem
q visa fuisset polluta in oculis sui mariti a marito dimitti posse, ne sit
maritus opprimere uxorem in iudicio falsis testibus laboraret, quod e
cordis in malicia obstinati, si videret sibi no licere de plano ea q sibi in-
uisa esset, ob nefariu opus, uxorem dimittere. CHO. Hoc forsan est
illud Pauli: Oe peccatu quodcunq. fecerit ho extra corpus est: q aut 1 Cor. 6. 18
fornicatur in corpus suu peccat. Nam fornicatio dissoluere vider
id corpus ex uno osse et una carne in duo ossa et binas carnes, quod
Deus ex duobus ossibus et binis carnibus in unu os et una carnem com-
paginauerat. Sed hæc multi ad fornicatione et qua vocant spralem
transferunt. PAS. Neq. lex lata est, neq. exemplu extat uspiam hac-
dere aliquod; Et fornicationis sprtualis frequentissima est mentio
in sacris Biblijs. Cum enim Iudæi ad cultum falsor deor transiuis-
sent, ubi legir dissoluta fuisse matrimonia huius rei caussa petente
aut marito aut uxore. CHO. Paulus dicit: Si infidelis discedit, disce- 1 Cor. 7. 15
dat, no eni est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi.
PAS. Lege et sequens dictu: in pace vocauit nos Deus, et quod antece-
dit: Cæteris Ego dico no Dns, et examina et quære et dispice qd dixe-
rit Dns. His, inqt, qui matrimonio iuncti sunt pcipio no Ego sed
Dns, uxorem a viro no discedere, quod si discesserit, manere innupta
aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem no dimittat. Quare si Paulus
loqr illis qui sunt a Deo vocati ad pacem colenda, et illis dr a Dno
uxorem a viro no discedere, et discedentem manere innuptam si viro
suo reconciliari no pot, quodo postea ipse ausus fuisset dare consi-
liu contra verba sui Dni? quod consiliu euertere videbar conatus
sui Dni. Nam si illa intelligentia scripturæ q erat de voto: munus Matt. 15
Deo oblatu tibi pderit, ~~abr~~ abrogare dr illud: honora patrem tuu et
matrem tua, et ob hanc caussa illa est tollenda ut hoc diuinu manda-
tum constituatur, Quanto magis illud erit falsu: sororē discedentē
maritu a se caussa religionis dimittere posse et alij nubere? Si Dns
statuit sororem discedentem religionis caussa manere innuptam, us
quequo reconciliatio ineatur cum marito, q si desperatur illam alij vi-
ro nubere no posse? Nam si nulli licet Dei mandata abrogare propter
suas traditiones consilia et statuta et no est permittendu ut vel unu
iota aut apex pereat a lege etsi cælu et terra perire deberet, quid nos
dicemus cum consiliu Pauli propositu ut magis lex Dei de no dissoluē-
do corpore quod Deus coniunxit obseruari ab hoibus posset, eo vertimus
ut per hoc legem Dei antiquemus? Paulus dicit: Non est subiectus fr aut
soror in huiusmodi. Sed pcedit: hoc ego dico, no dns, ne putaremus hoc
esse verbu Dni. Nam id quod est mandatu Dni, no ipse dicit sed Do-
minus. Fac igr ut discedente marito uxor alijs nubat. Nonne si hoc
licet facere illud et licebit, ut discedenti uxori a marito liceat alij
viro nubere. Et ita consiliu serui: Non est subiecta soror discedēte
marito, abrogabit mandatu Dni. Soror discedens a marito est subie-
cta iuri matrimonij. Quare dicendu est, aliud esse Paulo: no esse sub-
iectu, qua alij nubere, aut alia ducere, priore reiecta posse. Quod si
dixeris priorem esse conditione eius abs quo discedit ur, qua eu q di-
scedit: Ego vero dico, in soluendo aut ligando matrimonio eande esse con-
ditionem utriusq. et mariti discedentis ab uxore, et uxoris discede-
tis a

tis à marito, et mariti abs quo discedit vxor, et vxoris abs qua discedit ma:
ritus vt vnū soluere et separare nō possis, nisi altero soluto et separato,
nec vnū ligare queas, nisi altero ligato. Quare si vxor discedens ligata ad:
huc remanet, iussu dñi nō Pauli iuri matrimonij cum marito ita quod mari:
tus illam relinquens et illa alij nubens adulterij notam hæc subeat, et occa:
sionem ille dedisse dicatur: seqr̄ vt marito discedente idem ius rema:
neat in vxore, vt si alij nubit sit adultera dicenda. Nam si religionis di:
uersitas dissoluere posset q̄ Deus coniunxit, nunquā Paulus ad cohabitā:
dū hortaretur fideles mulieres cum infidelibus maritis, et fideles mari:
tos cum infidelibus mulieribus. CHO. Non religionis diuersitas sed odiū
quod sigcatur per discessū caussa esse iudicatur cur Paulus diuinē:
da esse huiusmodi matrimonia censuerit. PAS. Ego nullū inuenio hōem
qui cum sit vnius religionis nō odiat eam religionem q̄ suæ est contraria.
Quod si imbibita religio in aīs hominū defert secū odiū in diuersas à sua
religiones, et odium religionis; sigcatum per discessū dissoluit matrimonia
sequeretur nunquā contingere posse inter maritū et vxorem religionis
diuersitatem, quin vna contingeret dissolutio matrimonij, quod nō nisi
Deus dissoluere potest. Cur igr̄ mittendus huc illuc iudicatur maritus
vt quærat vxorem, si animus vxoris obfirmatus in religione sua, dissol:
uit matrimoniū? CHO. Vnde deceptos putas qui contrariū iudicarunt
dixerūntq. Paulū hic loqui de dissolutione matrimonij? PAS. Extant
illor̄ scripta, legere potes apud illos quæ alio loco sunt à nobis confutata.
Putarunt illi seruitutem nō esse aliam quā iugū matrimonij ferre, cum Pau:
lus vinculum soleat appellare nexū matrimonij. Seruitutem aut̄ cōicatio:
nem officior̄. Et cum partem illam: nō est subiectus fr̄ aut soror in eiusmo:
di seruituti, cum ab illis discedat maritus aut vxor debuissent referre
ad illud. Vxorem à viro nō discedere hoc sensu: Dico, frm̄ aut sororem
ab vxore aut marito ~~nō~~ discedere nō debere: quod si discesserint quærat
reconciliationem, retulerunt ad id ad quod nō debebant, ad illud sz̄t
de quo Paulus nusquā tractat aut disputat. CHO. Sed cur hic dicit: Si
discedit, discedat. Et ibi nō dicit: si stat, stet: sed dicit quā hic tacet, ibi
quærendā esse reconciliationē? PAS. Si vir et mulier infidelis vterq. et
vterq. maritus et vxor audiant nunciari Iesū esse chrm̄, et vnus credit
hoc esse verū, alter credere nō vult ex consona cohabitatione fac dissoci:
atis aīs ex opinione recens concepta ab vno vtrumq. dissidere ab altero,
ita tn̄ vt chrīanus seu chrīana nolit habitare cum vxore, hæc cū viro in:
fideli, q̄ tamē maritus et vxor infideles quamuis nolint credere quod illi
crediderunt: nollent tamen hanc ob caussā neq. ille vxorē neq. hæc maritū
à se discedere. Quis nō videt maritū et vxorem chrīanas ad vxorem
et maritū infideles sine nota mutatæ opinionis reuerti posse? Nam
discessus caussa nō erat quod iste et ista essent chrīani, sed quod ille et
illa essent infideles, q̄bus cohabitationem restituendam esse per recō
ciliationē animor̄ Paulus censet. Quod si accidat vt chrīani permanere et
simul habitare cum secum matrimonio coniunctis infidelibus cupiant, in:
fideles aut̄ illor̄, quod chrīani sint facti societatem fugiant et ob id disce:
dant, quis nō videt chrīanos, ad se, eos q̄ discesserunt infideles, reuocare
nō posse neq. reconciliationē eor̄ quærere sine fractæ fidei infamia? Hæc
igr̄ est caussa cur illi seruituti cui est subiectus fr̄ aut soror discedens
dicat illos nō esse frēs aut sorores subiectos, abs q̄bus stantibus et conuiue:
1 Cor. 7. re volentibus discedunt mariti aut vxores infideles. Vnde subdit: in pa:
ce vocauit nos Deus. Et exempla de discedentibus; Vnde scis mulier C. q̄ dis:
ces.

scessisti) si virū tuū saluū facies. Et vnde scis vir (qui discessisti) si mi-
lierem (uxorem tuā) saluā facies, prenersus ad illā & ei reconciliatus?
Quoniā pacis domestice est ad illum reuerti, q salua tua fide tecū habi-
tare cupit. Illum aut̄ ad te accersere q tua fide integra, tecū cōmūnere
nō vult & ob id discessit, nō cōmenit cū tua fidei constantia. CHO. Ni-
meras tu papistas inter eos, quos Paulus infideles vocat? PAS. Minimē
gentiū. Aduersos Paulo sunt, quibus nō impotuit vnis Deus pater nec Iesus
esse christ̄s & extra fines sunt Ecclē. Papiste Ecclē sunt filij, sed quales ob
Sadducei ignari scripturar & vera intelligentia sacroū bibliōr carentes.
Vnde easdem scripturas quas nos, colunt & venerantur: tu vero & germa-
no sensu sacroū bibliōr a nobis dissident. Neq; vnquā Samaritē regno
subiecti Iudei extra fines Israelitici populi esse sint a pphetis iudicati
quamuis patriū religionem cum falsor dēor cultu cōmutassent. Illis
aut̄ meliores aliquanto videnr esse papiste, melius q̄ hi nō pōsint cōmittere
quā illi tum cum Mosaica lege. Quamobrem statuo ad dirimenda inter
christianos matrimonia, nulla aliam caussa adduci posse ad legis Dei ꝓscri
ptum, quā vna & solam adulterij. CHO. Si ita se habet (dixerunt olim
Apli) hōis cum vxore sua caussa, expedit nō contrahere matrimoniū. PAS.
Atqui expedit nō solum viris nō contrahere matrimoniū, verū & mulie-
ribus non nubere. Apli em̄ vtpote viri virorū caussa seruiebant, quod si
ibi fuissent & mulieres, suā nō defuissent caussa. Expedit sane pro
Euangelij caussa nō pro seruitute, qua tu plus in matrimonio sentias, nō
vxor, neq; tibi contrahere matrimoniū neq; mulieribus, q maiora sentiunt
in matrimonio onera quā viri, nubere: Verū ꝓp fornicatione & vir vxo
rem & mulier maritū habere debet, non solū vt illa vitet, verū & ne
ad illam cōpellatur, quampiam satius esse dī nubere & contrahere ma-
trimoniū, quam vri. Vnde Euangelij grā illos laudat summopere Iesus
christ̄s, q se, vt liberiores essent a curis & milli rei incumbere laborarent ꝓter
quam vni & soli Euangelij ꝓdicationi, quae tum erat recens & periculosa
res, perinde atq; si Eunuchi essent aut a natiuitate aut a cura hominū
qui contrahere matrimonia nec possunt nec solent, ita se gesserunt in vi-
ta. CHO. Quid si Eunuchi huiusmodi vtiones sentire inq; fornicationis tem
peritudine sensim prolabi se cognouissent? PAS. Quis prohibebat matrimo
niū contrahere? Quod enim fiebat vt liberius & commodius annūciarer
Euangelium, & femina sine alia solicitudine his solis seruirent, q Euangeli
um nunciabant, quis vnquā permisisset vt esset infausta veneris & ne-
fariæ libidinis & occasio & turpitudo? CHO. Sanctum Eunuchorū genus
narras. PAS. Hoc tandiu exaltari vidit, quamdiu aris se posse seruire
cum legis Dei integra obseruatione videt. Cum inter hæc duo ob natura
& successores appetit dissonantia oriri incipit, ad id transit, quod sibi
liberū nō est deserere: illud deserit, quod suæ electionis fuerat: Quare
relictis aris redit, nō vt illi dicunt ad haras, sed ad ædes, vt Paulus re-
licta hierosolyma peruenit Tyrum. CHO. Sed scire vellem, An sicut
horū Eunuchorū cum mulieribus legitima consociatio indissolubilis est,
vincente duo corpora, duas carnes, duo ossa in vnū, Deo: Ita & ē, si Eu-
nuchus aut factus aut natus, cum quibus veniunt inepta corpora ad sere-
dos hōes virōr & mulierū, contrahat matrimoniū, ita Deus inter illum
& vxor

DE MATRIMONIO.

Gen. 2.

Ethnicus & infidelis qui.

Leu. 18.

Leu. 20.

Rom. 1. 26.

Leuit. 19.
Leuit. 20.

Matt. 19. 12

Deut. 23.

Matt. 19.

Eunuchus.

Gal. 5.

1 Cor. 3.

Leuit. 22.

DVODECIMVS

et vxorem innectat vinculum, vt dissolui ab hoē nō possit? PAS. Quid
petis? aut quid quæris? putas te aliqd dicere cum nihil dicas, putas tu om-
Joam. 1.1. p. 384. v. 3. p. 341. 387. v. 7. 10. 11. p. 360. v. 14. p. 346. 388. v. 15. p. 357. v. 18. p. 364 / 3.13. p. 365. v. 36. p. 323. / 5.19. p. 361. v. 23. p. 370 / 8.58. p. 356 / 10.8. p. 316. v. 18. p. 346. v. 35. p. 383 / 12.24. p. 345. 361. v. 41. p. 355 / 14.9. p. 392. v. 14. p. 369 / 17.3. p. 316. 323. v. 10. p. 178 / 19.37. p. 355 / 20.28. p. 371. 392.

Actor. 2.33. p. 352. / 5.4. p. 401 / 7.60. p. 369 / 9.14. p. 368 / 15.34. p. 345 / 20.28. p. 365.

Rom. 1.4. p. 405 / 4.24. p. 346 / 8.4. p. 323. v. 29. p. 360. v. 32. p. 364 / 9.4. p. 359. v. 5. p. 371 / 10.3. p. 368. v. 9. p. 219. 346 / 14.12. p. 358. 367 / 15.20. p. 368.

1 Cor. 1.2. p. 368. v. 24. p. 341 / 2.8. p. 361. v. 15. p. 362 / 6.15. p. 365. v. 19. p. 402 / 10.9. p. 355 / 11.7. p. 360 / 12.3. p. 368. v. 4. p. 401 / 15.54. p. 367.

2 Cor. 3.17. p. 401. v. 18. p. 360 / 4.3. p. 360.

Gal. 3.16. p. 359 / 4.6. p. 352. v. 8. p. 371.

Phil. 2.3. p. 360. 361. v. 10. p. 368 / 3.20. p. 365.

Coloss. 1.15. p. 360 / 2.9. p. 394 / 3.9. p. 360.

2 Thessal. 3.5. p. 401.

1 Tim. 3.16. p. 362.

2 Tim. 2.19. p. 368.

Tit. 2.3. p. 371.

Hebr. 1.3. p. 392. 393. v. 5. p. 345. v. 7. p. 368. v. 8. 11. p. 349. 350 / 2.5. p. 350. v. 13. p. 364 / 3.7.12. p. 403. 27.24. 5.5. p. 345 / 9.14. p. 367. 14.26.

Jacob. 2.7. p. 368.

1 Petr. 1.11. p. 352. v. 12. p. 362.

1 Joam. 1.1. p. 384. v. 2. p. 395. / 4.2. p. 323 / 5.20. p. 371. v. 8. p. 400.

Apoc. 5.12. p. 379. v. 13. p. 387.

410/6

INDEX RERV̄ q̄ in sequenti libro continentur.

Abusus libror̄ N.T. 411.
agnini sanguinis aspersio. 419.

Baptismus signū pænitentiæ. non nouus. circū cisioni nō successit. 415.
eius finis. 416. nō est sine pænitentia 416. Ioannis et chri idem. 416. gentiū et Iudæor̄ idem. 417.
baptismo liberos chrianorum nō inseri in popul. 418. propter delicta chriano adhiberi nō pōt. 418.
eius mandatū nō grale. 418. nullū originis tollit peccatū. 419.
chrismata ad tēpus. 416.
a christianis q̄ requiran̄. 444.
circumcisionis diuersi fines. 415.
comminationes pænar̄. 417.
conuersio vngaror̄ ad fidē christianā. 438. 443.

Discrimē inter nos et maiores nostros. 442.

Euangelij prædicatio 414.

Fœdus Dei cū Abrahamo. 413. 437.
fides in chrm̄ nō omniū temporum. 412.
fidei iustificantis duo obiecta. 425.
fidei iusticia. 441.
fides in christum. 437.
Generalia dicta 423. 446.
Gentiū opa qualia fuerint. 417.
Historiar̄ vsus. 411.

Impossibilia nō cōcepit Deus. 444.
Imputatio iusticiæ per opera. 442.
imputationis priuilegiū 442. duplex 421.
infantes. 450.
Iustificare, qd sit. 421.
iusticia duplex. 421. 441.
iusticiæ imputatio duplex 421.

iusticia fidei nō omniū tēpor̄. 422.
iusticia fidei et operū. 441. 422. 442.
iusticia operū coram Deo. 430.
iusticia operū ad legē examinanda. 447.
Iusticia originis 443.
Iusticiæ ratio quatenus exigar̄ 424.

Legem ad seruandū datā 445.
legis conditio duplex. 424.
legū seruatarū exempla. 424.

Manuum impositionē et reliqua χαρισμαῖα ad tempus durasse. 416.
Ministrorū officium 417.
misericordiæ Dei exēpla. 414.
mori in peccatis q̄ dicant̄. 450.

Natura filij iræ quid. 420. 450.
Noua testamenta. 414.
N. testm̄ et melius. 415.
N. testamēti vsus. 412.

Omnis omnia 424.
operum iusticia corā Deo. 430. 442.
operum iusticia ad legem examinanda. 447.

Paulus q̄do vsus veteri testamento. 411.
peccatū originis nullū. 420.
peccata duplicia. 422. ignorantiæ. 424.
pænarū genera. 417.
pænitentia gralior baptismo. 416.
prophetæ suis temporibus seruiunt 412.
prophetarū munus et signa. 414 415. 417.

Remissio peccator̄. 451.

Sanguinis agnini aspersio 419.
serpentis ænei mandatū 419.

Temporū rō et distinctio neglecta quā pniciosa. 411.
tempus iræ et grā 451. 452.
testamenta noua. 414.

toto corde tota aīa 444.

Vngarorū ad fidem christianā conuersio 438. 443.

De peccato. 448.
peccator̄ remissio. 450.

DECLAMATIO CONTRA BAPTI
smum Adulterum, Joannis Sommeri Pyrn.

Inter alia multa, non minus scitè quam verè ab antiquis scriptoribus dictū πολυτρόπως λόγος illud est: Distingui oportere tempora vt concilientur scripturæ. Quod tam intellectum esse dextrè, quam vulgo iactatum, optandum fuerat sanis ibus, ac pietatis vere studiosis. Non em aliud aliquid in caussa fuisse existimandum est, cur simplicissima Apostolor & Euangelistar scripta, ex summa luce in tantas, tamq; perniciosissimas tenebras redigerentur, quàm quod temporis multa habita ratione oscitantes doctores Christi seculum cum Abrahamico, nostra tempora cum Apostolor ætate confuderunt. Vnde tantum erroris, tantū caligmis & ignorantiæ Ecclesiam Dei inuasit, vt ex christo Moses, ex Paulo Esaias, & contra ex maledictione Adæ euangelium chri fierent, ac ea miserrime implicarentur, sic vt nō mō vulgo chrianorum: verū etia ipsis doctoribus, alioq; nec meruditis, nec negligentibus inaccessa quodammodo scripturæ sacræ esset intelligentia. Nō enim in hanc vsq. diem noui testamenti libri alr legūtur quā mediis tertiis condidit fasti ac tempor nostror commentarij & qb ritum ac ceremoniar constitutione petere oporteat. Cum sint delatis illius, qua chrs & Apli vixerunt, perscriptæ illic historiæ, diuinitus nobis inter tantas impior ruinas conseruatæ in hoc, vt quo pacto Deus seculi illius hoibus reconciliatus sit qd eos credere qd facere voluerit, perspicere possimus. Qui usus nō sacrar modo, verū & prophanar historiar esse consuerit. Vita em & morum eiusmodi conduntur leges, qbus ex pacto vniuersa tenetur posteritas, quales erant in populo iudaico circumcisionis & sanctificationis leges, Aliar historiar. Veteris Testamenti quis chri seculo esset vsus ostendit nobis Paulus exempla inde nō raro desumens, & similitudines quadam, ad suos auditores transfert, vt facit Rom. 4. Cum ondit fidē in chrm ita imputari hoibus ad justiciam, vt olim fides nascitura ex sterili & effæta vxore sobolis Abrahæ imputata fuit. Ita 1 Cor. 10. Hebr. 2. & alibi ondit peccata nō minus seueriter puniturū in chrianis quā olim puierit in populo Iudaico Deus. Et Rom. 15. Postquam docuit chrm nō sibi placuisse nec sua quæsiuisse, sed infirmitati aliōr se accommodasse, & multa tulisse, sicut Dauid olim multas contumelias pro gloria Dei pertulerat, q fateō opprobria eor, qui Deo obtrectarent, in se recidisse, subijcit generalem sententiam: Quæcunq; sunt ante illud tēpus scripta, seruire sui temporis hoibus ad doctrinam, vt per patientiam & consolationē scripturarū habeant spem. At quæcunq; Paulus iubet eos superiorū tempor imitari ceremonias si velint saluari & viuere. nec

temporū rō & distinctio neglecta, q̄ perniciosa.

abusus librorū Noui T.

Vsus historiarū superiorū tempor.

Paulus qdo vsus veteris testamēti.

Rom. 4.

1 Cor. 10.

hebr. 2.

Rom. 15.

Nec caruisset reprehensione siqs tum ridicule voluisset postes ædiū agnino sanguine respergere, vt angelum percussorē euitaret, eo quod Maiores in Aegypto id facere iussos esse legeret, cum illo tempore nec mandatum vt id fieret extaret, nec exterminator ipsis esset formidandus, præcipue si eo insaniæ prolaberetur, vt victurū negaret, q id facere neglexisset. Ita chrs cum nō ignoraret, qd serpens æneus in deserto præstitisset, nō tn eo ablegat ægrotos, vt eiusmodi serpentē fabricentur quē aspicientes sanitatem recipiant: Sed sumta inde similitudine, ita historia accommodat suo tempori, vt iubeat Iudæos in se respicere, et in se credere si velint à peccatis liberari, qadmodū olim à morsu serpentū liberati sunt Mosis auditores, cum in æneū serpentē respexerunt. Sciebat eni, nō in hoc serpentē illum fuisse extructum vt ꝑpetuo duraret ritus; sed fuisse illius vnius, idq. breuis temporis, vniusq. illius morsus serpentini à Deo profectum remedium.

Ita nobis qo in historia Noui testamēti versandū erat, vt nō rituum et ceremoniar: verū pietatis et morū inde sumeremus imitationē vt qādmodū tunc recepit in grām, agentes pœnitentiā, Ita nunc qo credamus eum velle propitium esse ijs, q serio peccata, q ignoranter fecerunt, detestantur. Quemadmodum tū filium suum et Aptos protexit in periculis, nec ante horā constitutā passus est opprimi, ita nos qo defensurus est, sic vt nec pilus qdem capitis nostri delapsurus sit absq. illius bona voluntate. Sicuti tunc exaudiuit inuocantes in spiritu et veritate, ita nunc qo exaudiet, q ex corde ipsū inuocant. Hæc et similia alia inde nobis petenda erant, vt ita nobis qo sacra scriptura vtriusq. testamenti seruiret ad doctrinā et consolationem. Alia vero q fuerunt certi temporis instituta, ad nostrā ætatem transferenda non fuerant. Sed Interprætes ob neglectam temporis rationē oīa vt dictum est confuderunt, quod tunc propositū fuit maioribus nostris credendum, si iusticiā sibi imputari vellent, Iesū vzt illum Nazarenū, esse vnctum illum prophetam ac filium Dei, hoc ad totam posteritatem extenderunt, ita vt negent nos nunc qo saluos esse posse, nisi id credamus. Non minus riduculum, quā siqs christi tempore à Iudæis postulasset, vt si seruari vellent, crederent Deum ipsis centenarijs daturū sobolem, qz Abraham hoc credens iustificatus fuerit. Non considerant hōes inepti, huiusmodi suoquēq. seruire tempori, peracta deinde legatione, aut pœnis alijsq. q ꝑdixerant consecutis, nō amplius istarum admonitionū esse vsum, nisi ꝑ similitudinē ad alia tempora accommodentur. Esaias Amos Ieremias et alij, ad pœnitentiā inuitabant populū certissimā denunciantes captiuitatem nisi resipiscerent, cūq. nō reciperentur, pœna tandem consecuta est, vt in Babylonē abducerentur. Tum frustra fuit sperare incolumitatē iudaici regni, si Esaiæ verbis crederent ad pœnitentiā illos exhortantis, cum iam illo excidissent, et vrbs vastata esset. Ad hoc tn in captiuitate poterant illis Prophetar istor conciones prodesse, vt se iuste punitos esse intelligerent, At posteri illor, q post annos 70 inde reducti sunt in terrā Iuda, nō ideo liberati sunt et nacti propitium Deum, quod verbis Esaiæ ad pœnitentiā vocantis

Vsus N. testamenti.

fides in chrm nō singulis ætatibus ad salutē necessaria

Prophetæ suis temporibus seruiunt.

Deut. 18. 15

fœdus Dei cū Abrahamo initū.

vocantis crederent, Priori enim tempore, antequam abducerentur in captiuitatem, id profuisset, sed quia Deus ita se facturum promisisset, id quod per Danielem fortassis, aut alium aliquem ipsis tum quo declarauit, et deinde per Aggaeum Zachariam et alios. Ita enim promiserat ex illo populo semper prophetam se excitaturum quem audirent.

Deut. 18. 15. Istud in scriptura perpetuo obseruatur. Noa suis hominibus concionabatur futurum esse diluuium nisi agerent paenitentiam, et in eius rei signum aedificabat arcam. Ista paenae denunciatio nihil facit ad aetatem Abrahae. Moses iubet Israelitas suos credere, Deum introducturum illos in terram promissam, non iubet illos credere futurum diluuium. Esaias sane non id concionis suae argumentum habet, quod deinde Zacharias. Sic Ioannes et Christus non id quod Moses aut Esaias antea. Israelitae non transierunt Mare rubrum hac fide, quod crederent Iesum illum Nazarenum esse christum, qui Christi aetate vixerunt, non ideo seruati sunt, quod crederent Mosen a Deo esse missum ad liberandum Israelitas ex Aegypto, aut quod crederent aspicientes serpentem aeneum seruatum iri. Ita nos qui nunc viuimus, non ideo seruamur, quod credamus Iesum esse christum. Etsi enim verissima est historia, tamen non ea conditione proponitur nobis credenda, qua illis qui tum viuebant, ut vt per id saluemur. Sicut Iudaeis certa erat historia Abrahami, qua occasione Deus illum adoptasset non tamen hac conditione iubebantur Christi tempore credere, Deum ipsis quo daturum filium omnibus in senectute, ut, nisi crederent perirent. Nos enim in Ecclesia Dei nascimur et educamur, quomodocumque tandem maiores nostri in christianismum initiati sint, quod ad hoc nobis prodest, ut non dicamur ethnici aut immundi, sed filij sanctorum, et viuamus in populo Dei. Sed quia idololatria et impura vita Deum offendimus, postquam iam restituta aliqua doctrinae luce, ad sanitatem per ministros suos nos reuocat, serio agenda est paenitentia, ac emendanda vita ne ira Dei nos quo ut olim Iudaeos opprimat. Fidei autem nulla certa forma, qua iusticiam consequamur, nunc nobis proponitur, cum nullum habeamus peculiari mandato instructum prophetam, sed ex illorum temporum historia id nobis accommodamus quod agentibus paenitentiam Deus velit esse propitius, quem credimus esse retributorem bonorum hebr. 11. Hic erat noster christianismus. Sed nos omissa pietate, non aliter, quam olim Israelitae ex serpente fecerunt idolum, ita nostram salutem quaesiuimus in baptismo, eo quod Christi tempore legamus homines baptizatos fuisse, persuasi temere idem a nobis etiam requiri. Quae superstitio cum plurimum impietatis in se habeat, ab omnibus sanis merito explodenda est.

Ut autem rectius quod dicitur perspici possit ex scripturis planius demonstrandum est, baptismum illum ad nostra tempora nihil omnino pertinere, nec saniore imitatione a nobis vsurpari, quam si quis arcam Noa, iugum Ieremiae, aut Regis Ioas sagittas, sine certo iussu et mandato Dei velit imitari. In hoc enim labor hic a nobis susceptus est.

Foedus Dei cum Abrahamo initum. Ex historia Mosis notum est Abrahamum cum posteris suis, ea conditione interposita in gratiam a Deo receptum esse, ut coram ipso ambularet quod nisi faceret, futurum esse praedixit, ut pro Deo et Patre aduersarius ipsis

Vsus N. testamenti.

fides in christum non singulis aetatibus ad salutem necessaria

Prophetae suis temporibus seruiunt.

ipsis et hostis existeret, ac grauissimis pœnis impietatē ipsor̄ psequerer̄, id quod nō vno loco à Mose clarissimis verbis pscribir̄. Et si aut̄ frequenter admodū deficeret impia posteritas, ac dum in deserto vagaretur, oībusq. sequentibus seculis iram Dei experirer̄ atrocissimam, tñ frequenter scriptura commemorat, Deum, ad confirmandā pmissionis suæ, quā patribus dederat veritatem, noluisse illos plane delere, ne impiæ gentes ipsi insultarent, ac si in tutelam semel receptū populū, eo quod perducere eo quo promisisset nō posset, pudore adductus occideret. Repetitū qdem in Sina fœdus, expressam qo obedientiæ conditionē amiectebat, comminitans atrocissimas pœnas, si per impietatem pactum rescidissent. Extant tñ nō pauca misericordiæ ipsius et remissionis peccator̄ exempla, sed talia omnino q̄ ondant nō legis beneficio, q̄ per mortuā et letalem lr̄am aliud clamare nescit, quam: maledictus q nō manserit in oībus his: Sed aut vltro oblatam, aut per intercessionē Mosis Aaronis Samuelis et alior̄ piorum remissionem illam impetratā fuisse. Ideo et perpetuo ex sua gente habuerunt prophetas, qui, cum tempus miserendi aduenisset, aut pœna ante fores excubaret, populū de voluntate Dei præmonerent, quos mortis pœna proposita, ab illis audiri efflagitat. Tales cum venerunt violati fœderis subinde eos accusarunt, vt ad pœnitentiā reuocaret ac multo labore et studio collapsā propemodum disciplinā instaurarunt, hostiū iugo, si conuerterentur, exemerunt, ac religionē pro virili instituerunt. Ac ne fallerer̄ populus, signa et indicia q̄dam, qbus vocatio viror̄ prophetar̄ confirmarer̄, vt plurimū habuerunt adiuncta. Tales fuerunt post Mosen, Samuel, Nathan, Elias, Elisæus Michæas, Ieremias, et alij plures per quos reconciliationē populo obtulit Deus, et si repudiarentur, extremā pditionē interminatus est. Cum primis tñ illustre fuit misericordiæ Dei exemplū illud quādo dispersū inter gentes populum post 70 annos in Regni Iudaici possessionē restituit tum, cum rebus pene deploratis, finē nō habitura viderer̄ irati Dei vindicta. Istud beneficiū tanti æstimatū est, vt Ieremias nouū fœdus seu testamentū appellet, eo quod prius illud per violationē irritū factū esset, ac quodammodo sublatum. Nō quod denuo illos adoptaret ex paganismo (semp eminsanctor̄ patrū fuerunt posteritas, quantumuis peccassent.) Sed quod prior illa adoptio, nouo quodā testimonio fauoris et gratiæ æstimaretur, sic vt prophanæ gentes agnoscere cogerentur populum illum esse Deo curæ. Ad huius remissionis exemplum multa possunt in populo iudaico noua testamēta numerari vt 1 Sam. 7. 2 Sam. 24. 2 Reg. 18. 23. 2, Esdr. 9. 38. 10. 29. quando pœna, legis violatæ, per gratiam fuit abrogata, ac populo condonata transgressio. Sicut aut̄ semp facere instetit Deus, prioribus istis seculis, ita qo in fine seculor̄, nouissimis illis Regni iudaici diebus per Ioannē deinde per chr̄m et Aplos gr̄am suam hoībus obtulit, iubens illos agere pœnitentiā et quærere regnū Dei, vt venturam iram effugerent, et seruarent̄.

Hæcre-

Prophetar̄ munus

prophetar̄ signa

Mīæ Dei exemplū

Ier. 31. 31. et 32. 40

Noua testamenta

prædicatæ Euāgely.

CONTRA BAPTISMVM ADVLTOR.

Hæc reconciliatio cum in exulceratissima tempora incideret, ac vberrimos Dei gratiæ thesauros ostenderet, ei præcipue populo, q̄ antea sine Deo et promissione fuerat (chrm̄ enim sui nō receperunt, præter paucos admodū si cum reliqua multitudine comparentur) Noui et melioris testamenti nōe, quod in melioribus promissionibus sit positū, ad illius babylonici imitationē, vbiq̄ celebrata est. Sicut aut̄ prophetæ eiusmodi, qui poenitentiā prædicarant, vt plurimū externa q̄dam adhibuerunt signa, q̄bus tum vocationē suā confirmarent, tum voluntatē Dei vt symbolo aliquo adumbrarent: Ita et Ioannes baptismū aquæ adhibuit, vt admoneret illos peccator̄ sordibus plurimis contaminatos, lotione indigere et emūdatione. Id quod post eum fecit chrs̄, et discipuli vt facerent p̄cepit.

testamentū Nouū et melius.

prophetarum signa

baptismus signum pœnitentiæ.

Neq̄ vero Iudæis hæc res noua aut inusitata accidit, vt plerisq̄ scriptoribus existimare libuit. Nusquā enī Ioannē repræhendisse leguntur quod baptizaret, sed quod prophetæ eiusmodi libertatem sibi vsurparet, cum interim nec Eliam nec chrm̄, nec prophetā illum profiterer̄, facile concessūri si aliquid horū de se prædicaret. Assueuerant enim legalibus baptismis, qui ad emundationem carnis instituti erant à Mose. Ideoq̄ ritus ipse nihil habuit noui, nisi quod hic finis alius esset. Institutū enim fuit Ioannis baptisma ad poenitentiā in remissionē peccator̄ etiā contra conscientiā admissorū, cum illa baptismata pollutiones saltem tollerent nō voluntarias, vt si quis cadauer, si vestem immundam aut aliud aliquid casu attigisset, ei purificato ista ratione liceret in populi cætum redire. Ab his legalibus baptismis, mutuant̄ p̄phetæ locutiones illas cum iubent lauare corda, et abstergere immunditiē. Nec vana omnino coniectura est, baptismū poenitentiæ, quo Ioannes vsus est, sicuti saccus et cinis ante Ioannē q̄o, fuisse vsu receptum, quando Israelitæ legunt̄ hausisse aquā et effudisse corā Dn̄o, ac ieiunasse die vnō. Qua in re magna baptismi huius similitudo ab oībus interprætibus esse iudicatur.

1. baptismus aquæ nō nouus.

Prophetar̄ munus

prophetar̄ signa

1 Reg. 7. 6.

At istud nullo pacto concedi pōt, quod q̄dam fabulant̄, baptismū circūcisioni successisse eamq̄ abrogasse. Quid enim āi futurū fuisse Iudæis existimabimus, si omissa circumcisione quā in oēs generationes obseruare iussi sunt, ad baptismū Ioannis, idq̄ sine miraculo et peculiari testimonio Dei inuitati essent, præcipue cum summū legis zelū præ se ferrent, adeo vt chrm̄ eo solo prætextū in crucem egerunt, quod se templū demoliturū dixisset. Nunquā illi sine graui conditione passi essent sibi extorqueri id quo solo apud alias gentes gloriabantur, vt ne dicā quod res ipsa declarat factum id nō esse, cum aliquot post chri ascensionem annis Timotheus à Paulo fuerit circumcisus. Qua enī necessitte id facturus erat Apostolus si nō amplius Iudæi fideles circumcidebant̄? Vnde planū fit hominū id esse commentū. Tollerabilius futurū nō nihil, si gentibus loco circumcisionis impositus dicerer̄ baptismus. Quanquā cum fines sint diuersissimi ne id q̄dem pōt consistere. Nam illa Abrahamo erat signaculū iusticiæ eius quam in præputio acceperat, posteritati vero signū gr̄is Abrahamici de quo vt in sanctis masculinis obseruaretur manifestū extabat Dei verbum.

2. baptismum circumcisioni nō successisse

Mīæ Dei exemplū Ier. 31. 31. et 32. 40

Noua testamenta.

prædicatio Euāgely.

circumcisiōis in Abrahamo et eius posteris diuersi fines.

tantū abest vt Iudæi circūcisionem omiserint, vt etiā gentes conuersas circūcidi voluerint Act. 15.

Baptismus verò signũ fuit pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ quẽ fine circumcisioni dare nullo mõ possimus. Cuius em̃ peccati pœnitentiã agat infans octo dierũ? Quare cum scriptura dicendũ est, baptismum datũ fuisse in signũ pœnitentiæ ad remissionẽ peccatorũ, nec successisse circumcisioni vt eam abrogaret, sed comunctũ apud Iudæos circumcisioni, apud gentes sine circumcisione, conuersionis ad Deũ probuisse testimoniũ ijs, q̃ metu pœnarũ ab ira ventura se conarentur subtrahere. baptismi finis

Qui igr̃ a pœnitentia baptismũ sic separarunt, vt post elapsũ pœnitentiæ tempus illum vsurpari posse censerent, perinde fecerunt, ac si sponso puellam lugenti nuptialem vestem induerent. Ipm em̃ lugendum esse, ac agendam pœnitentiã prædicabat Ioan. chrs et Apli, cum vrbs adhuc staret, cum arbor adhuc radice teneret adiecta interim ad truncũ securi, cum nondũ esset effusa phiala furoris Dei. At postquã euersa fuit vrbs, et dispersus populus, q̃s locus pœnitentiæ ad euertendum quasi imminens malum, relictus est? Niniuitæ, denunciata Dei ira, in cinere et sacco, ieiunarunt, remissa pœna, et conseruata ciuitate, nõ id faciunt amplius. Dauid, dum spes est conseruandi pueri, se affligit, vbi morteũ esse intelligit, pœnitentiæ finem imponit. 4 baptismũ nõ esse sine pœnitentia

Hoc tñ obseruandũ est, pœnitentiã aliaq̃ eius signa vt sunt saccus et cinis ieiunium &c multo latius patere q̃ baptismo, illa em̃ repetita esse legimus, baptismũ nõ legimus, alioqui et Petrũ post pœnitentiã retingi oportuisset. Nam quod Ephesij discipuli retinguntur, id alia de causa fit, quod vel ab æmulo aliquo Ioannis baptizati essent, q̃ de chro nihil sciuerat aut docuerat, cum Ioannes ad illum suos ablegare consueuisset, et fuisse eos gentes ex ipsor̃ verbis colligit, eo quod nesciant an sit spũs sanctus, quæ ignorantia in nullum Iudæum potuit cadere. Nihil itaq̃ mirũ est, si illi in chri nõe baptizentur q̃ de illo, et de illius spũ plane nihil sciebant. At hic illud saltem disputat, an, quoties pœnitentiam egerunt, toties eos baptizare oportuerit, id quod nec exemplo nec mandato vllo ex scripturis confirmari pot. 5 baptismus lauacrum pœnitentiæ

Qui vero Ioannis Baptismũ vt inferiorẽ ad tempus saltem durare debuisse contendunt, vt chri baptismus perfectior maneret perpetuo, illi parum scite duos baptismos aquæ, vt diuersos opponunt, cum eodem vtercq̃ fine administratus fuerit, in pœnitentia et signũ ad remissionem peccatorum. Nam cum Ioannes testatur se aqua baptizare, chrm Matt. 3. 11. eos baptizaturũ spũ sancto, nõ simplicẽ suum baptismũ spiritu sancto destitui dicit. Quomodo enim pœnitentia et remissio peccatorũ sine spũ sancto existet? Sed loquitur de donis illis et χαρίσμασι spiritus, q̃ negat in Apostolor̃ baptismo ante chri glorificationem conspecta fuerunt, sed post illud tempus tandem emerserunt in baptismo aquæ. Interdum ante baptismũ, interdum cum impositione manuũ. Alioqui cum illi ipsi, quos Ioannes aqua tinxerat spũ sancto baptizari debere dicantur, si de baptismo aqua sermo esset, oes illos a chro relingi oportuisset, cui rei nulla scriptura phibet testimoniũ. 6 baptismũ Ioannis et chri idem

Quod de baptismo dictũ est, de manuũ impositione, vnctione olei, et alijs eiusmodi χαρίσμασι ũre dici pot, ad tempus pot ea durare debuisse. collectis em̃ in regnũ chri fidelibus, omnia ista cessarunt, ac horrenda poena 7 manuũ impositione aliæ signa χαρισμάτων ad tempus rasso

Commination. pœnar.

8 baptismus gentiũ idem q̃ Iudæorũ

gentiũ opera qualia fuerint

Act. 19.2.

pœnarum genera.

ministror̃ officiũ

poena consecuta fuit, q̄ contemtores dei & filij ipsius atrociter afflixit, qua euitare poterant si Jesum recepissent, & fructus pœnitentia dignos ostendissent, & si vbi illa quæ ad pacem eius futura fuerant cognouisset. Quod postquam neglexit, pœnæ comminatio proxime subsequitur: nō mansurū lapidem super lapidem super lapidem, venturos hostes. Cuā sententia ex ruina paleārū ac zizaniorū alibi enunciat & fames sub ventura ira complectitur. Perditis itaq. hominibus istis, pœnitentia prædicari desijt, & baptismus, vsum amplius habere nō potuit. Quare summa fuit insciticia, post pernagatam iam vbiq. pœnā, ad quam euitanda pœnitentia ꝓdicata & baptismus institutus fuerat, baptismū retinere inter fideles, quos nulla eiusmodi iræ denūciatio prostrauisset, non aliter quam si filij sano corpore post mortem patris absq. medici iussu catapotia sumerent, eo quod patrem egrotū ad depellendum morbum illis vsum esse audiuissent. Et nos frustra ostentamus signa, cum res consequi solitas exhibere nō possimus, frustra fidem iactamus eandem, cum ea nō habeamus, q̄ habituros credentes suo tempore christ promittit Marc. 16. 17. Ita Papa unctione retinet, ita impositione manuū, quæ æque ridicula est, nisi pro testimonio unctionis saltem usurpetur.

Ad gentiles si transeamus reperiemus eadem ratione qua Judæis, ipsis q̄ baptismū pœnitentiæ fuisse prædicatum, missis ad illos nouo & inusitato more Apīs vt cum sine lege peccassent, sine lege q̄ se damnatum iri scirent, nisi resipiscerent. Qualia enim illorū fuerint opera, multis locis ondit Paulus, Nunc fermentū vetus appellans, nunc ignorantiam, nunc carnis concupiscentiam, quā gentium voluntatē 1 Petr. 4 expresse legimus: Et quanquā multam certam pœnæ speciē, vt Judæis vrbibus euersionē illis comminari scriptura: tñ nō raro illis q̄ ira dei denūciatur, sicuti Paulus palam disputat, deū ipsos æque puniturū vt Judæos, & constitutū esse diem, quo orbis inquitandus esset p virum quem illi definiuisset, Athenienses demonstrat. Quod si pphanas historias consuluerimus, animaduertemus apud illos famē, pestem, bella, terræmotus, incendia & oīa malorū grā, q̄ florentissimas prouincias & vrbes, in quas Euangelium Dei prædicatum fuit horribiliter vastarunt. Hoc ministerio perfuncti Apli, nō ad successores id transmittunt, vt cōtinuata opera ipsi q̄ baptizent (cum eorum semel negligīt visitationis tempus, segnī templi vastatio, & fatua virgines sero pulsantes audiunt: nescio vos. Hoc semp manet illud acceptabile tempus & hora salutis, saltandum est tym tum fistulam audimus vt ait christ.) Sed iubent eos exhortari ad pietatem, mangre in doctrina, quā didicerant, cauere hæreses & schismata. Et vt hoc rectius facere possint, præscribunt in sua cuiq. vocatione, q̄d facere, q̄d vitare debeāt, sicuti Epistolæ ad Timotheum & Titum docent. In hac gentium receptione eo illustrius est dei beneficium, quo maioris & amplioris fuit gratiæ in populum adoptare eos, q̄ populus nō fuissent, q̄ sine Deo christo promissione & testamento antea exissent, quam filios testamenti in viam reuersos, vnde exorbitarant recipere. Idem enim Deus illis tum præstitit, quod antea Abrahamo, cum pro iusticia ipsis imputauit fidem christi, sic vt posteritas ipsorū

baptismi finis

comminationes pœnar.

4 baptismū nō esse sine pœnitētia.

5 baptisma lactis esse patere pœnitentia

8 baptismus gentium & Judæorū

gentiū opera qualia fuerint

pœnarum genera.

6 baptismū Judæorum & christianorum idem

Matt. 3. 11.

ministrorū officium

7 manuū impositione aliter signa operata ad tempus duravisse

A. 1. 19. 2.

ipsor̄ oīs & dicerer̄, & esset sancta munda & christiana. Nemo enim ex
chr̄ianis parentibus nascetur Iudæus aut ethnicus etiamsi peccet atroci-
ter. Sicut Manasses nō desinebat esse semen Abraham sanctum, quoad
originē, quantumuis esset impius. Itaq. falli necesse est eos, q per bap-
tismū Ecclæ putant inseri fidelium liberos vbi ad adultam ætatem
peruenerint, cum ab infantia in timore Dn̄i educati iam tum in Eccla
sint. Quid enī aliud est in Eccla esse, quā sancte & innocenter vi-
uere? Nec sine caussa Paulus eos vocat sanctos, etiamsi ex altero saltē
parentū fideli nati sint, q̄ sanctitas nulla esset, si per baptismū opor-
teret eam quæri. Nam eodem modo gentilium qo liberi sanctificant.
Neq. verò ideo sancti dici possunt, quod conseantur legitimi, quis enim
vnquā audiuit spuriū dici eū, q ex infidelibus ortus esset parentibus
aut ex impari coniugio, siue ἑτεροζυγία vt qbusdam appellare placet?
Neq. istud colorem vllum habet, vt propter educationis piæ occasionē
sanctos dici putemus, nam idem Ethnicor̄ liberis contingere pōt vt fi-
deli alicui tradantur ~~alendi~~ educandi. Grauior itaq. caussa sit ne-
cesse est, cur fidelē coniugē Paulus ab infideli temerē nolit discedere
q̄ & ab ipso ponir̄ expresse, quod vzt fidelis infidelem sanctificet, at
nō ita vt infidelis sine pietate & fide saluus fiat, sed hactenus saltem
vt gignat sanctos & chr̄ianos liberos, q nō vt immundi & ethnici ex Ec-
clesia eÿci debeant, sed in ea educati & instituti. Iam quid potest fingi
immanius, quā eos, q Ecclæ Dei nascunt̄ filÿ, quantum qdem in nobis est
inde eÿcere & pro impuris gentibus habere? Damnamus Papam cru-
delitatis, quod puerperas immundas, hoc est vt ipsi interprætant̄ subdi-
aboli potestate positas iudicarit, ac ob id infanti baptizando exorcismū
adhibuerit, veluti à legione dæmonior̄ obsessus esset. At quanto nos sumus
saniores, si adolescentē annor̄ fortassis 12 aut 15, q in Eccla natus pie e-
ducatus est & Deū timere didicit, ethnicum iudicamus, eo quod baptizatus
nondum sit, quem, si contingat mori, nō dubitamus parentib⁹ adnumerare?
Nec qdquam obstat, quod is, q pie educar̄, sepissime degeneret & peccet.
Nam si ob id baptizandus est, quod cum esset in Eccla peccarit, qd illis
faciemus, q cum ex iudaismo aut paganismo per baptismū in Ecclam re-
cepti esserit, peccant nihilominus? an retingendos esse dicemus? quod si sen-
timus, quo exemplo vno vero, quo mandato id faciemus? Nomine illis pœ-
nitentia suffecerit, nisi Deus propheta aliquem cum speciali mandato susci-
tet, q ceremonias certas in signū pœnitentiæ vsurpari præcipiat. Cur ergo
nō eadem æquitate hic vtimur erga eos, q filÿ Ecclæ nati nō recens ado-
ptati sunt, vt pœnitentia illis sufficere dicamus? nisi forte & Galatas
retingi oportuisse contendamus, q ab Euangelio ad iudaismū defecerant,
aut leuius existimemus deficere ab Euangelio, quam iudicÿ imbecilitte
qualis in adolescentibus est prolabi.
At mandatū, inquiet aliquis, est vniuersale, baptizare oēs gentes: q
crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Equidē ita esse nō infi-
ciamur, verum istud demiramur, cur præter mentē chr̄i, alio libeat tor-
quere verba, & ad posteritatem extendere id, quod illi vni tempori da-
tum esse supra ōndimus. Cur nō eadem opera, signa, q̄ baptizatos con-
seque-

1 obiectio baptismo chr̄ianorū liberos nō inseri

1 Cor. 7. 13.

2 baptismū pter delicta chr̄iano adhiberi nō posse

3 Matt. 28. 19. baptismi mandatū nō grale

sequebantur nobis tribuunt? cur nō eadem necessitate nobis applicant, qd
Paulus de suis baptizatis auditoribus dicit? Volo oēs vos linguis loqui, vnus-
qsq; vestrū psalmū habet, doctrinā habet, reuelationē habet, linguam hēt,
interpretationē habet? Aut vt similius exemplum adferam, Nonne grā-
le mandatum erat, vt oēs, q vellent iram Angeli vastatoris euadere, po-
stes ianuæ agnino sanguine aspergerent? neq; tn̄ legimus vllo deinceps
tempore in hunc finem eos phase mactasse, vt angeli gladiū euitarēt
q nullus eum metuebatur. At mactarunt interim? mactarunt omnino.
at tanquā memoriale liberationis ægyptiacæ, at ex mandato Dei, quale
nullū de baptismo aquæ extat, vt vgt posteritas eo admonear̄ de maiorū
suor̄ receptione, quod cum ostensū fuerit, concedemus eum retineri oporte-
re, idq; memoriæ, nō saluti caussa. Nonne & illud erat grāle man-
datum, vt q serpentini morsus venenū euitare ac viuere vellet, is serpē-
tem aspiceret æneum? cur igr̄ in alijs periculis nō ad eum confugerunt?
cur Dauid nō ꝓponit eum populo aspiciendū tunc, cum peste miserrime
conficeretur? aut cur non aspersionē agnini sanguinis repetere iubet,
vt percussoris illius qo angeli declinaret gladium? Quia sciebant nō si-
bi in manu esse, qd in pœnitentiæ signū, aut in calamitatis remedium
vsurparent, cum Deus id in sua potestate & arbitrio esse vellet. Cur
nos igr̄ sine mandato speciali vetus illud symbolum arripimus, nec in
hunc saltem finem, vt pœnitentiā testemur, ver̄ vt in Ecclam Dei nos
inseramus, quasi antea sine Deo & promissione fuerimus, nulla plane
re à turca aut Iudæo distincti. Quo qd pōt esse miserabilius?
Quare, vt mandatū esse vnle nō negamus, ita illi tempori vnle esse
contendimus, qd posteritatem aut̄ qdquā pertinere negamus, q̄ si bapti-
zanda qo est, mandato in speciali præcipi oportuit. Nam plusquam
absurdum est, de re ꝑcipua, q̄ ex impio piū, ex ethnico chrianum, ex car-
ne filiū Dei facit, nihil esse planius ab Aplis perscriptum, si ad oēs æ-
tates pertinuit. Cum tn̄ de educatione liberor̄ fidelibus Paulus dili-
genter ꝑcipit, nullius vnq; baptismi facta mentione: Educate libe-
ros vr̄os in disciplina & correptione Domini.
Sed instant tn̄ acrius baptistæ originale peccatū obiectantes, quod
per baptismū tolli oporteat. Verū si negemus in eū finē institutū
esse baptismū & prædicatam pœnitentiā, vnde id ipsi ꝓbabunt?
aut si illi tempori remediū concessū esse fateamur, qd est quod ne-
cessario ad hæc nostra tempora transferre cogat? Nam vt demus, et
nunc illud peccatū oēs secū ad ferre, nō tn̄ inde efficitur illud, ba-
ptismo nunc qo elui oportere, non magis quam gladius angeli sangui-
ne agni depelli ~~op~~debuit Dauidis tempore, eo quod Mosis tempore ita
factum esset. Quis enim Deo scribat legem, eosdem morbos ijsdē
an diuersis remedijs curare debere? Sed finis vt diximus baptismi
aquæ nō hic fuit vt originale peccatum tolleret. Paulus certe
remissionē ꝑteritorū peccator̄ prædicat, q̄ sub priori testamen-
to à Iudæis erant commissa, à gentibus absq; lege, q̄ qualia fue-
rint commemorat Rom. 1. & totius disputationis series damnat
nō infantes, sed legis transgressores, fures adulteros idololatras
ebriosos & alios, qui facto ipso peccatores depræhenduntur.

Addo.

1 Cor. 14.

agnini sanguinis aspersio.

serpentis æneī mandatum.

1 Cor. 7. 13.

Eph. 6. 4.

per baptismū nullū originis tolli peccatū

Rom. 1.

1 obiectio baptismo chrianorū liberos nō inseri

2 baptismū ꝑter delicta chriano adhiberi nō posse

3 Matt. 28. 19. baptismi mandatū nō grāle

Addo hic, quod scriptura nullum peccatum originale agnoscit. Nam quod obijcitur cor hominis malum esse a iuuentute, et Dauidem in peccatis esse natum et in iniquitate conceptum, id alio longe sensu dicitur, quam ab ipsis intelligitur. Est enim hyperbole, qua procliuem ad peccandum voluntatem intelligit et exprimit, q. d. vt primum ad eam ætatem perueni, quam legis transgressorem me constituere potuit, feci malum coram te. Neque hæc nostra est interpretatio, sed scripturæ ipsius, cuius perpetua talis loquendi consuetudo est. Vt, cum Paulus dicit, ab infantia nosti sacras literas, cum Dauid prædicat peccatores a vulua alienatos esse, errasse ab vtero, et locutos esse vana, quis dicat infantem in vtero scire sacras literas, aut mentiri posse? Imo quando Dauid sibi constabit, quod se ab vtero proiectum esse in Deum fatetur? Tu, inquit, spes mea es ab vberibus matris meæ. Ergone idem in vtero peccauit, et ibidem in Deo speravit, tam contraria præstans opera? Ergone dum sugeret vbera intellexit, quis esset Deus Israelis? Ita Ioannes ab vtero dicitur repletus spiritu sancto. Quare inscitia est, ex neglecta phrasi scripturæ extruere dogma Ecclesiæ Dei inauditum.

peccatum originis nullum

Simili iudicio et illud opponitur, quod Paulus de Iudæis scribit, eos olim fuisse filios iræ natura, sicut et gentes. Non enim Paulus disputat de peccato originis, sed quod factis Deum non minus offenderint quam gentes. Sicuti Rom. 1. luculenter ostendit: Ambulauimus, inquit in desiderijs carnis, implentes desideria cogitationum nostrarum. Quod an infantibus conueniat, non dubitamus ipsos aduersarios fieri iudices.

8 Eph. 2. 3.

Est itaque natura iræ filius, seu natura damnatus, non ex natiuitate, sed vere et reipsa damnatus propter legis transgressionem. Sicuti natura dij esse negantur, quia vere et reipsa dij non sunt, non quod ex natiuitate dij non sint, quam enim Deo nostro, qui Deus verus et solus est natiuitatem dabis? Vnde ergo, inquiunt, ista mala, nonne ex concupiscentia quæ nobiscum nascitur? Imo nonne in vno Adamo, ex quo peccatum transijt in omnes moriuntur omnes? verum eo vicissim interrogare libet, Vtrum concupiscentia quam, vt alios affectus indiderat Adamo Deus fuerit simpliciter mala, an vero habuerit? si ita vt in alterutram partem ferri possit, quorum hoc si datur, vt dari necesse est, quid caussæ est, vt in posteritate ea damnetur simpliciter? Ergone affectus alij quo ob id vitiosi sunt, quod illis homines abutantur creberrime? Inepte itaque colligitur, oculos simpliciter esse malos, qui bene et male illis vtamur. Inepte damnatur homo simpliciter, quia multi qui sine legibus, sine disciplina et pietate educantur sint flagitiosi, et concupiscentia abutantur. Pauli vero sententia longe est alia quam vt de originali peccato accipi possit. Non enim de infantibus suscepit ille disputationem quales nascantur, sed de transgressoribus legis furibus, homicidis et similibus, qui opera carnis fecerant, quæ Rom. 1. Gal. 5. 1 Cor. 6. 1 Pet. 4. et alibi enumerat. Deinde, aut de morte corporis naturali, aut de morte æterna verba illius accipi necesse est. Si de morte naturali, falsum est, quod ab ea per christum simus vindicati

natura filij iræ

Iustificare quid duplex.

Iac. 2. Prou. 7. 15. Rom. 4. Gal. 3.

2 imputatio iusticiæ duplex.

3 Iusticia duplex

dicati: sin de morte æterna, illi nõ ões sunt obnoxij, q multi iusticiæ et innocentiæ habent testimoniũ, nec ab ea præter credentes quisquã exemtus. Huc adde quod Paulus de suo tantũ tempore loqr̃, q̃do Deus hões iustificet, nõ q̃do Abrahamus aut alij ante illum sunt iusticiam consecuti. Cum itaq. viuificatio illa sit paucor̃, etsi ões dicantur viuificari per chr̃m, ideo in peccantibus q̃o vox gr̃alis (omnes) ad eos tantũ extendenda est, q flagitijs eiusmodi fuerant infames, siue Iudæi illi essent, siue græci, vt intelligamus quotquot mortui sunt, illos ex Adamo esse mortuos, q̃ illum peccando imitati sunt et secuti, siue id sine lege, siue lege proposita fecerint, et quotquot iustificabantur vtriuscunq. tandem essent populi, eos non, nisi p chr̃m iustificatos ẽẽ. Quod cum ita sit, vt esse confitebir̃, qsqs Paulum diligentius inspexerit, cum quæ distincta temporibus esse Deus voluit, confundere ineptũ atq. ẽt impiũ sit, cum ad illud tempus, quo præcones illi poenitentiæ viuebant, baptismus aquæ pertineat, cum circumcisioni neq̃quam successerit, cum pœnæ peccatorũ ad q̃ eluenda baptismus hic institutus fuerat, iam olim ante multa secula transierint, cũ fidelium liberi sancti sint, et in ipsa Eccl̃a nascanr̃, nec sine barbara immanitte diabolo adiudicentur, idq. contra verbum Dei, nisi baptizentur, cum originale nullum in scripturis sit peccatũ, quod baptismo elui oporteat, Cum hic inquam õia sint plana facta, idq. quamfieri potuit breuissime, intelligit vnusqsq. facillime, quam facturus sit ridicule, qui nostro tempore adultorũ baptismum, vt in Eccl̃a Dei necessarium defenderit. finis.

DE IVSTIFICATIONE HOMINIS Coram Deo. eiusdem Autoris.

Ex temporũ confusione hæc q̃o doctrina valde obscurata est, ideo quid scriptura de hac re affirmet videndum est.

Iustificare qd duplex. Iustificare est iustum aliquem et innocentem pronunciare, siue vere iustus sit, sicut Abraham iustificatus est ex operibus cum offerret filiũ: Et, factores legis iustificabuntur: Et, qui fecerit homo viuet in eis: Siue nõ sit, vt Deus iustificat impiũ, Et, ex fide iustificat gentes. Id est, eo loco habet, quo eos, qui nunq̃ peccauerunt.

Iac. 2. Prou. 7. 15. Rom. 4. Gal. 3.

2 imputatio iusticiæ duplex. Eodem mõ de imputatione iusticiæ scriptura loquitur, qui operar̃ iusticiã, ei opus ad iusticiã imputar̃, vt Phineæ imputar̃ ad iusticiã quod zelo concitatus adulterũ confodit: qui vero nõ operatus est, sed credit Deo, seu promittenti, seu iubenti, seu minitanti quippiam, ei fides loco operis imputar̃ ad iusticiam. Sic Abrahæ olim, sic gentibus tempore chr̃i fides imputata est.

3 Iustitia duplex. Hinc nascetur duplex iusticia, altera fidei, altera operum. (nam iustificationes cultus, quæ erant in expiandis pollutionibus, q̃ hic scientes omittimus, de ea quæ conscientias emundabat loquimur.) Iusticia fidei

dei aut facit ciues populi Dei eos, q antea erant alienigenæ, vt Abrahamū 4
olim, & gentes Chri tempore (q̄ vnlis imputatio seu generalis dici posset
& complectir̄ totas familias cum posteritte) aut conseruat in ciuitte
eos, q per scelera mortem meruerant, vt Dauidem post adulteriū, Iu-
dæos chri tempore, q̄ personalis aut particularis dici possit imputatio,
vt interim perspicuitatis caussa sic loquamur.

Iusticia operū conciliat pmia

Iusticia vero operum conciliat pręmia ijs, q iustificati iā semel per 5.
gratiam in patientia boni operis, quærunt gloriā honorē & integritatē Ro.2.10.
Illud Paulus vocat, in seri in oleam, aut in ea erigi post lapsum, hoc vo- 6.
cat stare & fructum ferre. Ro.11.16.18

Iusticia fidei tēpore prior.

Iusticia fidei tempore antecedit, nec pōt simul aliqs iustificari fide 7
& operibus. Vbi enim opera sunt ibi nulla opus est gratia, q̄ offerat re- iusticia nō omniū tem-
missionē peccator̄, q̄ fide accipiar̄, sed omissa operū iusticia, hæc ap- porum.
præhendenda est cum offertur.

Iust. fidei certi tēporis.

Non aut̄ est quotidiana, aut omniū temporū hæc gratiæ annunciatio 8
q̄ peccata remittit, sed pro beneplacito misericordiæ diuinæ offertur
interdū, ac nisi in tempore acceptionis & hora salutis recipiatur, dein-
de frustra quæretur. Ita enim chr̄s: non cognouisti tempus visitatio- Luc.19.
nis tuæ nunc, ecce lapis super lapidem nō relinquer̄. 42.44.

Huc pertinent q̄ Paulus vbiq. inculcat, Nunc, in hoc tempore, nouissimis 9
diebus, nunc est tempus acceptionis, nunc hora salutis. Et chr̄s: ambulate 2 Cor.6 Ioa.12.35
dum lucem habetis, ne vos tenebræ opprimant.

Iust. fidei nō pmittit sequētiū peccator̄ condon.

Et quanquā exempla extent mīæ Dei in populo Israelitico, in Dauide, E- 10.
zechia, reliquijs babylonicis, in Petro & alijs: tn̄ nusquā extat promissio
q̄ pollicear̄ secuturis semper temporibus remissionem, si prima fidei iusti-
cia, per alterā q̄ operū est nō stabiliatur, & vocatio bonis operibus nō con-
firmer̄. Neq. vsquā legimus Deum sic loqui, Nunc remitto tibi homi- Heb.6.4. et 10.27.
cidiū, si cras alteram cedem feceris, remittam quoq.: Sed denūciatur hor- 2 Pet.2.17. Matt.12.32
ribile iudicium, idq. ideo ne secure cum Deo ludamus.

Peccata ad mortem

Nec tamen hoc de oībus lapsibus intelligendum est, sed de peccatis con- 11
tra conscientiā, q̄ scriptura vocat peccata ad mortem, qbus mortis pœ- peccata duplicia.
na erat proposita, vt sunt adulteria cædes idololatria & alia q̄ Paulꝰ
commemorat Rom.1.23. Gal.5.19. 1 Ioa.5.16.

peccata ignorātiæ

Sicut enim in lege pro ignorantijs erant ~~er~~ sacrificia, q̄ expiabant eius- 12
modi lapsus & pollutiones, pro capitalibus aut̄ & pro peccatis ad mortē
nullum erat institutū sacrificium vt fater̄ Dauid: vtiq. sacrificiū Ps.51.18
dedissem, sed holocausto non delectaris: Ita & in Noui testamenti
populo eiusmodi lapsus, quales quotidie multi accidunt Deus nō im-
putat ad mortem. Et chr̄s Iussit quotidie orare suos: remitte nobis Matt.6. et 18.22.
debita nostra, sicut & nos remittimus &c & frater fr̄i iuber̄ remit-
tere septuagies septies.

peccatorū mortalium venia.

Peccata vero ad mortē nō, nisi oblato gratiæ tempore deprecare possumꝰ 13
vt Dauid admonitus à Nathane clamat: miserere mei Deus. Et Ioan- Ps.51.1
nes durante adhuc tempore gratiæ, dicit: si quis peccauerit, habemus 1 Io.2.1
aduocatum apud prm̄, Iesum chrm̄. Sed hoc, tempore obsidionis nō re-
cte

HOMINIS CORAM DEO

cte dixisset ad Iudæos, tum enim aliud illud prophetæ locũ hẽt: clamabunt, et non exaudiam.

Mich. 3. 4.

14 Quare falluntur meo iudicio, q ob quævis delicta nos apud Deum reos mortis esse docent, quiq. oĩa dicta facta et cogitata hominũ, peccata ẽe docent. Nam si hoc detur, boni et mali discrimen sublatũ erit, nec different peccare et maledicere, Eleemosinã dare et furari, si qdqd facimus impiũ est et meretur mortem.

Nõ oĩa cogitata factaq. esse peccata.

15 Hinc manifestum est vtrumq. in scriptura esse verum, Et, quod ex operibus legis nemo iustificetur apud Deum, Et, quod ex dictis et factis suis qsq. iustificer, si modo distinguant tempora.

Iustif. duplex. f. et op.

16 Christi tempore hões erant corruptissimis moribus, nam Iudæi oĩa in hypocrisim conuerterant vt chrs exprobrat Matt. 23. Luc. 16. Et Paulus Rom. 1. 2. 3. mirifice eos depingit longũ facinorũ catalogum texens. Interim tamen volebant Deo obtrudere sacrificia, q nequaquã pro talibus sceleribꝰ erant instituta. Unde semp ea repudiat Deus, non alr ac si quis canem mactasset. Gentes vero palam erant impuræ, nec sane dissimulanter exercebant õe genus flagitiorũ, adeo vt Paulus diserte tester, Oẽs tam Iudæos quam gentes declinasse, ne vnũ qdem esse q bonũ faciat ideo oẽs indigere gratia et gloria Dei.

ætas sceleribus corrupta.

Esa. 66.

17 Tunc sane nemo eor, qui sic viuebant ex operibus legis, iustificari poterat. Nam legem moralem violarant, et ceremoniæ, in qbus erant occupatissimi nullam habebant promissionẽ remissionis, pro tantis facinoribus, ideo frustra oĩs suscipiebar labor.

Qui nõ iustificãtur ex operibus.

18 Sed nõ recte hoc diceret Paulus de se conuerso, qui contra Cpdicat se bonũ certamẽ certasse et retinuisse bonã conscĩam. Et apud ethnicos gloriatur de testimonio conscĩæ suæ. Et Dauid cum cantat: retribuet mihi Dñs sdm iusticiã meã, et sdm puritatem manuũ mearũ, q2 custodiui vias Dñi, nec impie me gessi cora Deo meo, q2 iudicia eius in conspectu meo, et iusticias eius non repuli à me. Eodem illo tempore nõ recte diceret, peccatũ meũ tibi cognitũ feci, iniquitatem meã dele &c. Nam sicut illi tempori, quo adulter erat factus, plane quadrabat id: ex operibus legis nemo iustificabir, Et, iusticiæ nostræ vniuersæ, vt pannus menstruatæ, Et, opera vrã nõ proderunt vobis, sunt inutilia. Et, si iniquitates obseruaueris Dñe, quis subsistet? Ita huic tempori, quo fugiebat saulem, nullius sibi facinoris erat conscius de quo in psal. 18. 17. loquir, prorsus conueniebat hæc: Iusticia iusti super eũ, iusticia sua liberabunt animas suas. Et, beati q custodiunt iudicium et faciunt iusticiam omni tempore. Et, Beatus vir q timet Dominũ, et delectar mandatis eius.

2 Tim. 4. 1 Tim. 2. 7. 2 Cor. 1.

Ps. 18. 21.

Ezech. 18. et 14.

Iustificatõr legis opibus exempla. 1. 424.

gratia dicta.

19 Recte igr accipienda sunt vniuersalia illa: omnes peccauerunt: Non est q faciat bonũ, ne vnus qdem: Omnis caro corruperat viã suam &c. Sicut enim Dauid, cum ista dicit, non seipsũ et alios timentes Deum intelligit. Nam de illis ibidem dicit: Dñs aut in gratione iusta est, nõ dicturus, si nemo esset iustus, Sed de insipientibus loquitur, qui nec Deum esse credunt. Et Deus dicens: oĩs caro corruperat viã suam, nihilominus sua voce excepit Noa iustum, te, inquit, solum reperi iustum. Ita Paulus nõ ad singulos hões trahit illa vniuersalia, sed ad eos qui tales erant, non tantũ inter gentes, verũ etiam inter Iudæos, quod minime concedeb.

Rom. 3. 12. Gen. 6. 12. Ps. 13. 3. 6.

~~Iustificationes fidei et operum, tempore distinctæ.~~

Vniuersaliũ dictor ratio.

concedebant zelotæ isti, qui ob circumcisionē et prærogatiuā generis e-
lati gentes solas contendebant peccatores esse. Inde sunt voces illæ: OMNIS omnia.
omnes, omnia, omnis caro, vt oēs nationes et populos includat, nō singulos
hoēs. Nam certe Zacharias et Elizabeta habent illustre testimonium
iusticiæ suæ, Erant, inqt Lucas, ambo iusti coram Deo, incedentes in oībus
iustificationibus et mandatis Dñi irrepræhensibiles. Ad hos certe male-
dictio, q̄ ex transgressione est, pertinere nō potest. Legis cōditio duplex

Nam duplex legis conditio proponit̄ vita et mors, Illa seruātibus, hæc 20 Deu. 28. Leu. 26.
transgredientibus. Nec vllo alio tempore de lege vere p̄dicatur quod nō
possit viuificare, nisi quando infirmar̄ per carnem. Tunc demū fit Rom. 5. 2 Cor. 3.
lr̄a occidens et ministeriū mortis, nec pōt mutare illam vocem male- Gal. 3. 10.
dictus oīs, q̄ nō permanserit in oībus, q̄ scripta sunt in libro legis, vt fa- Legū seruatārmō exempla 1. 430. 444.
ciat ea.

Ostendit aut̄ scriptura nō semel exempla eorū, qui præstiterunt ex toto 21
corde qdqd Deus præcepit, nec declinauerunt ad dextrā vel sinistram, si- Matt. 22. Deu. 5.
cuti chr̄s post Mosen requirit Matt. 22. Deut. 5. De Dauide dicit Dñs 1 Reg. 7.
Custodiuit mandata et præcepta mea. Et, qui custodiuit mandata
mea, et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitū est in con- 1 Reg. 14 et 15.
spectu meo. Non declinauit ab oībus q̄ præcepi ei, excepto sermone Vriæ hit-
thæi. Sic cor Regis Asa perfectum dr̄ coram Dño. De Ezechia q̄o adhæ-
sit Dño, et non recessit à vestigijs eius, fecitq̄ mandata, q̄ præceperat Deus 2 Re. 18. 6
Mosi. Et Ipse Ezechias cap. 20. 3. Memento Dñe, q̄do ambulauerim corā
te corde perfecto, et in veritte, et quod placitū est coram te fecerim. Et de 2 Reg. 22. 2.
Iosia: Non declinauit nec ad dextram nec ad sinistram. Et, Reuersus est
ad Dñm in corde suo omni, et in tota aīa sua, et in vniuersa virtute sua 2 Reg. 23.
iuxta omnem legem Mosis. 2 Reg. 23. peccata ignorā 1 22.

Hic iam obseruandæ sunt locutiones illæ, quæ hoēs cum Deo compara- Iob. 4
tos, negant vllo modo iustificari posse, vt Iob. 4. 9. 25. Vere scio quod
ita sit, quod nō iustificar̄ hō comparatus cū Deo. Et Dauid: Ne in- Ps. 143.
tres in iudiciū cum seruo tuo, q̄z in conspectu tuo nō iustificabit̄
vllus homo. Et, ab occultis meis munda me. Nam hi oēs, et si qui
sunt similes loci, de ignorantijs loquuntur, q̄ imprudentibus accidunt
sæpe, vt præueniatur aliquis à peccato, quæ si Deus vlcisci velit, ve- iusticiæ rō quatenus exigatur
re nemo viueret. Non itaq̄ ad Dei perfectionem, sed ad legis nor-
mā iusticiæ humanæ ratio exigenda est, cum qua si conuenit, iu-
sticia dr̄, etsi infinitis modis infra Dei p̄fectionē subsidat.

Nec qdquam obstat sententiæ huic, quod chr̄s dicit Luc. 17. 23.
Cum oīa feceritis, dicite vos esse seruos inutiles. Non enī p̄hibet Luc. 17.
discipulis, ne fateant̄ se habere iusticiā operū, signauiter Euange-
lizent, neue mercedem expectent (sicut nec seruus ad hoc cogit̄
vt neget se fidelr̄ seruijsse, aut debere sibi mercedem.) Sed hoc
tantū docet, eos per gratiam Dei receptos in familiā ipsius, seruos
eius factos esse, ideoq̄ debere æquissimo aīo, sponte et alacriter la-
borare, et tollerare omnia, nec tamen habere quod Deo exprobrent
sicuti

fidei iustificatis duo obiecta
24.
Gen. 15. 5. Rom. 4. 24
25.
26
27.
Ezech. 33. 12. Iosa. 6. 9.
28
Iua. 17. 20

sicuti faciebant pharisæi. Nam etsi oīa faciebant diligentissime, tñ eos Dei benignitatem erga se nullo modo posse æquare, et nihil aliud esse quam seruos, qui quod debent præstent. Inutilis seruus hic non opponitur seruanti legem: (Nam si ita esset, q̄do dicerent se oīa fecisse quæ debuerunt.) Sed ei q̄ præter debitū multa præstare possit. Conuenit cum Pauli sententia 1 Cor. 9. 16. si Euangelizauero, nō est mihi gloria, necessitas enī mihi incumbit.

fidei iustificatis duo obiecta

24. Considerandū præterea et hoc est vñlis illius iusticiæ fidei duplex in scripturis obiectum esse. prioris q̄dem Genis. 5. Sic erit semen tuū: posterioris vero Rom. 4. 24. Crede Iesū esse chrm. Ita enī confert Paulꝰ. Hæc non ita proposita sunt, vt à singulis posteror̄ credi q̄o necesse esset si vitam vellent habere: Sed vtrinq̄ apud posteros legebant̄ et narrabantur vt historiæ q̄ patrū temporibus accidissent. Quæ res alibi à nobis monstrata est, et similitudine declarari potest.

Gen. 15. 5. Rom. 4. 24

25. Qui ea conditione hæres scribit̄, vt legationē aliquā suscipiat, qua confecta possessionem bonorū adeat, ab illius liberis, si possessionē bonor̄ deinde adire velint, nō exigitur hoc, vt eandem legationē suscipiant, per quam pr̄ hæreditatem consecutus erat, sed fruuntur bonis paterno labore et industria partis. Ita et Abrahæ propositū est, quod crederet, si vellet hæres mundi fieri et gentibus, si vellent ex nō populo fieri populus, eam hæreditatem fide consecuti relinquunt filijs vsurpandam, si nō ob degeneres mores, possessione deturbentur.

26 Non igit̄, nisi vnius temporis hōibus contulit imputationē iusticiæ fides hæc, quod Iesus sit chr̄s. Nisi quod in lumbis patrū posteritas tota simul sanctificata et in populum recepta est, habitura mercedem et præmium si patrū pietatem et probitatem secuta fuerit, peritura omnino, nihil amplius conferente imputata priore iusticia, si bonis operibus destituatur, nisi Deus denuo misertus annunciet remissionē peccatorū, de qua re nulla vt dixi extat promissio.

Iusticiæ imputatio nō omniū aut tempor̄, aut hominū.

27. Itaq̄ patefacto tempore gratiæ recte dr̄: In quacunq̄ die impius conuersus fuerit, non meminero iniquitatis illius amplius; sed illo elapso et neglecto illud locum habet: Excæca cor populi huius, ne videntes videāt et conuertantur et sanem eos.

Ezech. 33. 12 Iesa. 6. 9.

Tempus gratiæ et iræ.

28 Quare ex verbis illis Ioa. 17. non pro illis tantum rogo, verū et pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eor̄, falso colligit̄ perpetua imputationis p̄dicatio. Chr̄s enī sui ministerij tempus confert, cum Aplorum futura prædicatione post resurrectionem. Ille tres annos docuerat et à paucis receptus fuerat, quos fecerat discipulos, itaq̄ pro illis orat, sed q̄ reliquiæ Iudæor̄ adhuc restabant, quas Petrus et alij conuerterunt, et aliæ adhuc erant oues adducendæ q̄o ad ouile Dei, p̄ p̄dicationē Aplorum, post ascensionē ipsius, ideo et pro illis se orare profiter̄. Manifestū est aut̄, multos annos p̄dicationē illor̄ durasse, inter Iudæos quidem ad annos 40, inter gentes alibi diutius alibi breuius, prout eas cito aut sero vltio irati Dei inuasit, ad quā euitandā p̄dicatio erat institu.

Ioa. 17. 20

Neq̄ vero pro his solū rogo. &c.

instituta. Itaq; cum possint multa millia eor dari, q chrm p Aptorum prædicatione receperunt, nihil in istis verbis est, quod necessario probet, perpetuo durare oportere Imputationis prædicationem.

Epistola qo ad hebræos in speciem vider aduersari, tribuens chro æternum sacerdotiu. Ita enim loqr cap. 7. alij plures erant sacerdotes, quia morte prohibebantur manere, hic aut, eo quod maneat in æternu, sempiternu habet sacerdotiu, vnde et saluare pot in perpetuu, q per ipsu adeus Deum, per semetipsu (no p sanguine hircoru) semper viuens, ad interpellandum pro nobis: Et, Ingressus est in ipsu cælum, vt appareat nunc conspectui Dei pro nobis: Et, hic vna pro peccatis offerens hostiam, in sempiternu sedet ad dexteram Dei &c. Sed nulla est difficultas, si modo obseruemus duo. Primum, disputari hic, quid illis præstiterit chrs q in eum tum crediderunt, non quid post mille annos præstituturus esset. 2. in qua resit collatio sacerdotioru posita, sic enim opponit: 29 hebr. 7. 23

Lex nihil ad perfectu adduxit: et, Sanguis hircoru et vitulor non potuit tollere peccata: et, Sacerdotes leuitici quotidie offerentes, no tollebant consciam peccati. et, prius testamentu no caruit vitio

contra

chrs vna oblatione consumauit sanctos in ppetuu. Inuenit æterna redemtione. Mundauit hoes secundu conscientiam. Nouum testamentum in melioribus promissionibus situm est

Quomodo tandem?

Lex sacrificabat pro ignorantijs, pollutionibus &c no pro peccatis ad mortem. Nam pro illis nulla erat instituta victima, itaq; legem seruare oportebat eos, q consciam bona habere volebant, si neglexissent, iam nullum remediu erat in lege. Hac ratione prius testamentu infirmu factu est cum aliud non posset iam, quam clamare, morte morieris. Namquauis quotidie offerent leuita pro ignorantijs, manebat tn perpetuo conscia sceleris apud eos q deliquissent, et mortis, quam meruerant, perpetua tenebanr formidine. Hæo et sacrificia illa vocanr vmbræ, et exempla cælestiu bonoru. Cum igr mors chri no tantu pollutiones carnis sed etia peccata ad mortem tolleret, et remissione omniu conferret ideo nouu testamentu dictu est melius, quodq; meliores promissiones habeat hæc prima est collatio. hinc dependet altera: 1 collatio

Leuitica redemtio erat temporaria, ideo repetebar sæpe. Chri aut redemtio est æterna. Quomodo hoc? Non ideo quod perpetua successione prædicari debeat posteritti imputatio iusticiæ p fide chri q illos ex non populo faciat populum (quid enim illa opus est his qui nascuntur christiani? hoc mo leuitica qo redemtio æterna est, quæ no vna tantu ætate, sed continuata serie plurimor seculor durauit, et ad posteros semper transmissa.) Sed quod illis q recipiebant chrm æternam conferret salutem, cum leuitica redemtio ipsis breuis salte temporis puritatem conciliaret, sic enim Ipse Autor interpretar cap. 5. q. factus est obtemperantibus sibi caussa æternæ salutis: Et, factus est sdm virtutem vitæ insolubilis: Et, vt promissione æternæ hæredittis accipiant q vocati sunt: Et, introiuit semel in sanctuariu, inuenta æterna redemtione, ibidem. Sic vt æternitas ad constantia et immutabilitate salutis eor. 2 hebr. 5. 9 heb. 7.

eorū qui credidissent referatur, nō ad successionē prædicandæ imputatiōis.
Sicuti alibi dr̄ dona et vocatio Dei sunt ἀμετάμελητα. Item, nemo rapi-
Rom. 11. 29. et eas ex manu mea. Itaq; sensus horū est illic: Leuitæ moriebant̄ et acci-
Ioa. 10. 29. piebant successores, Chr̄s nullum habuit sui Sacerdotij successorem, quia nō
mansit in morte, habiturus et ipse si mansisset, q2 aut̄ suscitatus est,
et conscendit cælos, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, quos consum-
mauit in æternū, quos saluauit in perpetuū, cum leuitæ ad tempus sal-
tem purificent, ideo æternus sacerdos dr̄. Sicuti et Solomo æternus Rex
dr̄, nō quod regnauerit perpetuo, sed quod durabile habuit regnū, ac à ne-
Ps. 44. 7. mine fuerit throno deiectus dum viueret. Quotquot igr̄ chr̄o credide-
runt, et imputationē illam amplexi sunt, ij non habuerunt alio sacerdo-
tio aut alio sacrificio opus, sed semel consecuti sunt per eum hoc, vt p̄
omnem vitam à peccator̄ illor̄ præteritorū, ob q̄ timori mortis erant
obnoxij conscientia liberarētur. Intercessit pro illis perpetuo, nō fuit
mutabilis aut incerta, illa prædicatio gratiæ, vt alio mediatore indige-
rent. Ideo ēt chr̄s dr̄ heri et hodie et in secula. Idem esse nō varius et
inconstans aut mendax, sicuti variæ illæ doctrinæ hominū. Illis igr̄ qb9
datus est, perpetuus fuit Sacerdos et intercessor vt ita accepta remissio-
ne ad promissā benedictionē perpetuā et stabilem peruenirent. Et il-
lud: semper viuens, vt intercedat pro nobis, explicar̄ per alterum, vt nunc
appareat vultui Dei pro nobis. Estq; similitudo à pontifice sumta, is en-
dum offerret, intercedebat pro populo. sine effusione sanguinis et oblatione
vix vlla fiebat remissio. Itaq; coniuncta sunt sacrificare et intercede-
re. Cum igr̄ dr̄ hic, eum semp̄ pro illis interpellare et intercedere, perin-
de est, ac si dicat, semp̄ offert et stat coram facie Dei, nō quod quotidie
moreretur, sed quod vna illa oblatione certam et stabilem suis procura-
uerit salutem.

Responsio Dn̄i Francisci Dauidis, ad præmissas de iustificatione theses.

1. Duplicem esse significationē vocabuli iustificationis nō negamus at alio
sensu et ratione. Vt enim alia est iusticia legis seu factorum, ita aliā
esse iusticiam fidei docemus, aliam coram hoībus, aliam coram Deo.
Has iusticias et iustificationes, et vtramq; referre ad iustificationem
coram Deo, nō sine contumelia Dei, in quo contradictoriæ voluntates
hac ratione ponuntur, et chr̄i eius, nec sine detorsione scripturæ sacræ
fieri affirmamus. Manifeste Rom. 4. dr̄: si enim Abraham ex operibus
legis iustificatus est, habet gloriam, at non apud Deum.
2 Ex verbo Dei scripturarū dissidentiū conciliationē instituendā esse
iudicamus, nō ex nostro cerebro. Ex operibus legis nō est iusticia a-
pud Deū, ex operibus legis est iusticia apud homines vide Philip. 3.
Rom. 3. et 10. Gal. 3.
3 Consentaneā expositionē verbo Dei hanc nō iudicamus: Nemo ex ope-
ribus legis iustificatur, hoc est eor̄, q̄ nō fecerunt legem, iustificatos
aut̄ esse apud Deū, qui fecerunt legem. Cum manifeste Paulus
iusticiam q̄ ex lege est opponat iusticiæ quæ est ex fide, et negat v-
trumq;

trumq. coram Deo iustificare. vide Rom. 3. Gal. 3. Rom. 8. sine exceptione docet legem docendo nihil prodesse, q2 nemo est q eam impleat.

Extra scripturam et eos loqui affirmamus, q vel traditiones patrum, vel opera legis ceremonialia tantum extrudi affirmant, cum manifeste dicatur, q fecerit hæc homo viuet in ipsis. Et, maledictus omnis, q non impleuerit omnia, q scripta sunt in libro legis. Nemo enim sanus affirmabit promissam esse vitam ceremoniarum cultoribus, aut denunciatam maledictionem solum eam transgressoribus. 4.

Si iusticia operum conciliat præmia ijs, q iustificati sunt semel, per gratiam, demonstra quodo per opera iustificari possint homines, ac cum bona opera sint fructus et testimonia fidei, præmia operibus promitti concedimus, at illa caussam salutis et vitæ æternæ esse negamus. 5.

Annunciationem gratiæ et remissionis peccatorum omnium esse temporum affirmamus. Iussit enim christus usq. ad aduentum suum in nomine suo poenitentiam et remissionem peccatorum annunciari, et omnibus in eum credentibus vitam vitam æternam offerri, cum aliud nomen non sit datum sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri. Aut igitur aliud nomen postea datum esse demonstrentur aut vt Euangelij doctrina usq. ad finem mundi persistat oportet. Ea enim est annunciatio gratiæ et remissionis peccatorum. 6

Detorsiones locorum manifestæ sunt. Lucæ enim 13 Matt. 23 non de denegata salute et vita æterna loquuntur, sed de pœnis temporalibus. Et testimonia illa Rom. 13. 2 Cor. 6. et Ioa. 12. intelliguntur de gloria Messiæ et tempore exhibitionis ipsius, non de perpetua annunciatione remissionis peccatorum et gratia Dei. 7

Si annunciatio gratiæ et remissio peccatorum non est omnium temporum male Paul. philipp. 2. Gal. 2. phil. 3. 1 Tim. 1. Tit. 3. doctrinam eam iam antea conuersis proponit, nec remissio peccatorum esset continua nec fides in christum nec firmum salutis fundamentum. 8.

Scimus peccata iusto iudicio Dei puniri, et peccandum non esse: at, q2 peccantibus non semel sed aliquoties Deus ignouit, docemus electos perire non posse, et prorsus gratia Dei excidere, etiamsi peccent et habemus præceptum vt credamus remissionem peccatorum, non solum præcedentium, sed et futurorum. 9

Miscere pœnas temporales cum æternis, et ex temporalibus concludere de æternis, alienum est a verbo Dei. Nam David propter peccatum punitus est pœnis temporalibus sublatis pœnis æternis. 10

Non solum pro peccatis ignorantiæ, sed et pro peccato vltroneo erat sacrificium vt ex Leuit. 6. et 7. apparet. Concilianda igitur est scriptura, et explicandus locus Num. 15. 11

Omne peccatum pugnans cum lege, mente et voluntate Dei iusto Dei iudicio dignum est morte: verum beatus est cui remittitur, et non imputatur. Nec hac ratione discrimen boni et mali tollitur, cum aliud sit peccatum aliud iusticia. 12

Iustificatio ex fide et operibus, non ex ratione temporum sumitur, nam id verbum Dei nullibi docet, sed ex forma et modo, vt illa sit coram Deo, hæc apud homines. hanc distinctionem Paul. Rom. 4. annotauit. Quia totius tuæ assertionis hic est scopus, nisi eum manifeste et literaliter ~~[illegible]~~ demonstr- 13

HOMINIS

demonstraueris, te funem ex arena nectere, et sine caussa Ecclam Dei turbare affirmabimus.

14 Non solum chri tempore, sed oibus temporibus et de oibus indiuiduis verũ est: sensus carnis mors est, et, prudentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei nõ est subiecta, siquidem nec pot. Non eni est homo iustus in terra, q faciat bonũ et non peccet. Eccls. 7. 21.

15 Pauli disputatio: ex operibus legis nemo iustificabir, nõ tantũ respicit ad illa opera: sed et perpetua Dei vox et oibus temporibus valet. Non enim ex operibus legis, sed gratis per fidem in chrm vult conferre et dare salutem. Quod vero qdam dicta, de iusticia factor et perfectione operũ illorũ adferuntur, non ad iustificationẽ coram Deo, sed ad iusticiã q coram hoibus habetur referri debent. Tribuere vero iustificationẽ operibus, quanta sit christi et mortis eius prophanatio, et euersio certitudinis salutis nostræ, ex disputationibus Pauli manifestũ est.

16. Non solum aperte impij et flagitiosi fatenr peccata sua, verũ et iusti: Omnes enim orantes dicunt, et dimitte nobis debita nostra: Et, Innocẽs coram te, non est innocens: Et, nõ est iustus, q faciat bonũ et nõ peccet.

17. Omnes et oia de subiecta matera intelligenda esse scimus, at peccatũ de oibus hoibus pdicari excepto chro. Qui negat, nõ solum manifesto verbo Dei contradicit, sed et cum ratione insanit. Et verũ est de eodẽ hoe, qd peccet et nõ peccet, quod iustus sit et non iustus. Si dicimus, quod peccatum nõ habemus, nosmetipsos fallimus. Et, ois q natus est ex Deo, non peccat. vide Rom. 7.

18 Quod lex et opera legis iusticiã coram Deo conferant, et sint caussæ salutis, scriptura nullibi docet. Imo contrariũ proponit, Gal. 3. dr, quoniã ex lege nemo iustificabir apud Deum manifestum est, q2 iustus ex fide viuit. Quia aut exempla eor obijciuntur, q perfecte ambularunt coram Deo, perfectionis vocabulũ alr atq alr accipi in verbo Dei palam est. Et cum has papistar obiectiones Caluinus et alij dextre soluerint, actum non agemus. Interim tibi meditandum relinquimus, longe aliud esse: perfecte ambulauerunt, legem seruarunt, atq; ex operibus legis iustificati sunt apud Deum. Cum manifeste doceat Paulus, legem nõ ideo datam esse, vt ex ea iustificemur.

19 Non solum homo comparatus cum Deo, nõ iustificatur ex operibus (sic enim nemo hominũ iustificaretur) sed et quoad ipsũ et eius naturã q plane corrupta est, et eius bona opera nõ possunt sisti Dei iudicio. Ideo verbum Dei, miam Dei pris, semper nostris opponit operibus, dum gratuitam tradat iustificationem, nõ ex operibus quæ fecimus nos: sed ex sua mia. Item, ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio.

20. Multa qdem dicuntur, quo genuinus sensus testimonij Luc. 17 obscurer. At cæci nõ sumus, vt non videamus sensũ dicti esse, studiũ et opera nostra nõ esse tanti facienda, vt iudicio Dei opponantur, et illorũ mercedem exposcamus, cum nõ sint talia et tanta, vt propter illa iusti reputemur coram Deo.

21. Credere in Dm Iesũ tantũ esse, illius temporis, extra consensũ verbi diuini dr. Nemo enim aliud fundamentũ ponere pot, quã quod positũ est: Et, sub cælo aliud nomen nõ est datũ. Si eni hoc verũ esset, neq; chri

dict

dictum consisteret: super hanc petram ædificabo Ecclam meam, et portæ inferorū nō prævalebunt adversus illam: Neq. dicta illa: q̄ crediderit et baptizatus fuerit et in futurum, consistere possent. Neq. nūc chrm̄ nostrū pontificem mediatorem et advocatū esse recte diceretur. Hoc affirmare nihil aliud est, quam chrm̄ ipsū et fidem in illum negare, Imo salutem et vitam æternā, per sanguinem illius partam sepellire, hōesq. à vero ad mendacia trahere.

Dictum Joa. 17. detorquere ad eos, q̄ tempore Ꝑdicationis Aplorum vixerint, summa est insania. Consequeretur enim post illa nullos fuisse credentes, et orationē chri ad nos, q̄ hoc tempore vivimus nihil pertinere. Quōdo ergo constabit veritas scripturæ, ut nunc quoq. interpellet pro nobis, nisi forte neq. ascenderit in cælū, neq. sedeat ad dexteram Dei. Consequenter præterea sermonē apostolorū hoc tēpore nō sonare in Eccla, ac nullos colligi electos. 22.

Invitis omnibus fatendum est Autorem Eplæ ad hebr. chrm̄ oībus Angelis prophetis et sacerdotibus veteris testamenti præstantiorē ēē affirmare, et nō temporaria et caduca bona effusione sanguinis et morte sua acquisivisse electis: sed æterna, q̄ non tantū ꝓpter electos æterna dicuntur, sed et propter ipsius sacrificij vim et efficaciā. Manifeste de ipso dr: Tu es sacerdos in æternū. Non igr negamus fieri collationem inter illa sacrificia, leviticos sacerdotes et inter chrm̄: At dicimus illud nō per oīa mentem autoris explicari. Duo enī tractari videmus, vt quid chrs præstiterit, Et, an illa sint temporalia, an vero æterna redemtio. Nec in æternū sancti conservati sunt, neq. hoc tempore ullus erit sanctus et electus, neq. chrs ipse erit in secula, cum interca put et membrū oporteat esse similitudinē aliquam. At tales fallacias tibi tuiq. similibus relinquamus. 23.

Confutatio præcedentis Responsionis.

Cum duplex sit quæstio, quæ in disceptatione nunc versatur, ad ea q̄ iustificationi operū opponuntur primū respondebo. Nam ea præcipue in proximis thesibus taxatur. Alterā, q̄ est de fide in chrm̄, de qua in declamatione disserui, q2 video ex responsione vestra, nos aut nō intelligere, aut dissimulare, peculiari scripto fusius deinde explicabo. Ideoq. ad thesim 6. 21. 22. 23. nunc nō respondebo, ne confusio obscuritatē pariat.

Iusticiā factor vultis tantū coram hōibus valere, nō coram Deo. Hoc falsum esse demonstro sic, quia de Noa lego: Noa erat vir iustus et perfectus fuit in generatione sua, et ambulavit coram Deo. Huic Deus ipse fert testimoniū: te solum vidi iustum coram me (nō coram hōibus tantū.) Et Ezechias dicit: Memento Dñe, qdo coram te ambulaverim corde perfecto, (nō coram hōibus tantū.) Dan. 6. Quia coram Deo iusticia inventa est in me. Et David: Custodivi vias Jehovæ, et nō impie egi coram illo. Et Paul. habeo gloriationē in ijs q̄ ad Deum pertinent (Ἰὰ πρὸς θεὸν.) Et, Verus iudaismus q̄ in occulto est, habet laud

1 iusticia opū coram Deo. Gen. 6. 7

2 Reg. 20 Dan. 6. Ps. 17 Rom. 15 Rom. 2

habet laudem apud Deum. Et, erit vnicuiq; laus a Deo, logr̃ de fide præ-
1 Cor 4. stita in ministerio. Hæc cum legam, coram Deo, apud Deum non possum
vrę glossæ subscribere, q̃ dicit, nó coram Deo, sed coram hóibus tantum.
Deinde, Cum sancti postulent se iudicari sm̃ iusticiam suã, nonne sibi-
2 ipsis imprecantur mortem & execrationem, si ea nó valet corã Deo, sed
tantũ coram hóibus? Quod enim apud hões tantũ iustum est, hoc neces-
sũ est apud Deũ esse abominationem. Nam hæc duo opponuntur inui-
cem. magna igr̃ eor̃ esset insania, sm̃ abominationẽ velle iudicari a Deo
siue de pœnis corporalibus, siue de æternis intelligatur.
Illud vero parum ex arte colligr̃ contradictorias in Deo voluntates sta-
3. tui, si peccatores iustificet gratis per fidem & eúndem alio tempore, cũ
iam sancte & innocenter vixit, ex dictis & factis suis, iustificet. Nã
contradictoriæ, eiusdem temporis respectu opponuntur, nisi forte contra-
dictio est in his: Dauid fugit Saulem, & Dauid regnat super Israëlem.
4. Locus Rom. 4. quod Abraham, si ex operibus iustificatus sit, gloriam
habeat sed non apud Deum, mihi non aduersatur. Nihil enim eo loci, on-
Rom. 4. 1. de testimoniũ hoc desumr̃ scriptura de operibus Abrahæ dicit: sed fidẽ
commendat, q̃ illi imputata est ad iusticia. Et Paulus suscepta disputa-
tione de iusticia fidei, exemplum quærit, quod similitudinẽ respondeat.
Ideoq; etiamsi diserte commendatio factorũ eius præcessisset in alijs ca-
pitibus (sicut epta ad hebr. laudat obedientia eius, quod Deum vocan-
hebr. 11. tem secutus sit, quam fidei tribuit) tñ ea omissa, hoc exemplum citandũ
fuit, quod de, sola fide loquitur. Sicut Iacobus volens probare iusticia operũ
Iac. 2. omittit hoc de fide (nã de ea nó instituerat sermonẽ) & arripit illud
de oblatione filij, vt ita vtranq; iusticiam copulet, adducto tandẽ & hoc
testimonio. Quanquã & illud factum scriptura fidei tribuit, quod
sine ea impossibile est placere Deo. Quia igr̃ in hoc capite Gen. 15.
nullum bonũ opus Abrahæ legr̃, ideo Paul. colligit, eum nullam in de habe-
re gloriationẽ, ob id saltem, quod nihil de eo scriptũ sit, vtr̃ emi silentio
scripturæ pro certa negatione. Sicut hebr. 7. de parentibus Melchisedeci
falsit. Quod si aliqd fecit Abraham, id coram hóibus iactare potuit
nó coram Deo, nam si ob factum Deus hic illi benedixisset, legeremus id
qo: At deinde cum offert filium, tum habet gloriationẽ etiã apud Deũ.
Audit enim: q2 fecisti rem tantam hanc, ideo benedicens benedicã tí,
& benedicentur in te oes gentes, eo quod obedieris voci meæ, quod testi-
monium Iacobus nó negligit.
11 Ex verbo Dei conciliandos esse locos in specie contrarios libenter cõcedo:
sed nego eam conciliationẽ veram esse, q̃ iusticiã bonis operibus adimit corã
Deo, & tribuit illis iusticia corã hóibus. 1. qui loci a me oppositi in prima
thesi contradicunt? 2. qui loci a vobis citati alieno sensu addiciuntur
phil. 3. 7. hoc vobis planũ faciam. 1. Nam locus phil. 3. vbi Paul. dicit se abiecisse
iusticia legis, vt eam q̃ ex fide est consequeretur, nó logr̃ de veris operib9
legis diuinæ, q̃ et præstant, & præstare debent regeniti, q2 hẽnt promissio-
nem hoc fac, et vives: sed loquitur de pharisaismo, de fermento scri-
barũ, vt chr̃s appellat de traditionibus patrũ, q̃ oia plena erant hypocrisi
& corrumpebant etiã ea, quæ externe erant honesta. Hoc sic probo:

gloria-

DE IVSTIFICATIONE

1. Gloriatio sdm carnem nō est vera obedientia legis diuinæ, q̄ dr̄ fructus spiritus nō carnis Gal. 5. Paulus gloriar̄ sdm carnem, q̄admodū & speuda: postoli, q2 dicit: si quis alius, ego q̄o habeo gloriationē in carne, circūcisus octauo die, sdm legem pharisæus &c. Ergo nō gloriar̄ de vera obediētia legis. 2. Quia vocat se pharisæum sdm legem, sed lex Dei nō instituit pharisæos ergo nō intelligit legem Dei, sed pharisaismū. 3. Perseq prophetas Dei, nō est vera iusticia legis, Paulus fuit persecutor sdm zelum, Ergo nō habuit veram iusticiā legis diuinæ. 4. Paulo ipsi de verbor̄ suor̄ sensu credendū est, sed ipse interpretar̄ de pharisaismo (nam Gal. 1. gloriatur se profecisse in Iudaismo supra coequales, & fuisse æmulatorē paternar̄ traditionū. Et Act. 26. dicit se iuxta certissimā sectam cultus iudaici fuisse pharisæum. Et Act. 22. eruditus sum sdm certissimā sectam legis paternæ, æmulator legis, sicut & vos estis hodie. Quales aut̄ fuerint ōndit Lucas cum clamant: tolle tolle talem de terra, nō em̄ fas est eū viuere. Igr̄ de pharisaismo accipiendus est hic locus. II. Locus vero Rom. 10 v. 3. seipsū explicat cum dicit Paul. ignorantes iusticiā Dei, & suā volentes stabilire, iusticiæ illius nō sunt subiecti. Quia opponit inuicem Iustificantes seipsos, & iusticiā illorū, de qua & chr̄s dixit, oportere discipulorū meliorem esse iusticiam, quàm scribarū & pharisæorū. Ideo dicit: suam (nō legis) iusticiam quærunt stabilire. Et cap. 9. caussā reddit cur nō ad iusticiā Dei, quæ remissionē peccatorū offerat peruenerint, q2 quasi ex operibus. Sensus est: iustificabant seipsos, quasi fecissent, q̄ Deus præcepit, nolebant subijci iusticiæ Dei nō agnoscebant se peccasse, dicebant se videre, cum essent cæci, ideo peccatum ipsorū manet. Quare nihil ad veram legis iusticiā euertendā locus hic facit, cum pharisæor̄ iusticiā commemoret Paulus. Sic Rom. 3. recte concludit Paulus, hōes iustificare fide, sine operibus legis, q2 ademerat illis prius legis opera, conuicerat ōes peccati, quam igr̄ iusticiam potuerunt per opera legis adferre, si nulla habebant, & egebant ōes gloria Dei. Merito igr̄ ad fidem ablegantur, & excluditur pharisaica gloriatio. Sic Gal. 3. vbi dicit: si ex lege hæreditas, iā nō ex promissione: seipsū explicat subijciens cām, cur ex lege non sit hæreditas, cur nō possit iuuificare eos, q̄ in peccatis mortui sunt, q2 scriptura ōes damnet transgressionis, & oīa sub peccato includat, ideo ad promissionē oportere confugere credentes. Itaq. de pharisaica iusticia concedo, eam coram Deo nō valere, in oculis hominū esse aliquid: Non aut̄ de iusticia vera legis de qua hi loci citati non loquuntur.

Phil. 3. Rom. 10. 3. Matt. 5 Rom. 9 Ro. 3. Gal. 3

III.

Negatis recte opponi hæc: Nemo transgressor iustificatur ex operibus legis: Et, qui seruat legem iustificatur ex operibus legis. Rationē hanc additis, q2 Paul. opponit iusticiā legis & iusticiā fidei veram. Respondi in 2 thesi id nō esse verum, quia si habuissent iusticiā legis veram, nō opus habuissent iusticia fidei. Nam vbi transgressio non est, ibi nō est opus gratia. Sed illi iusticiā legis diuinæ nō habebant, suā vero, q̄ in ceremonijs & traditionibus consistebat (quā & ipsi & Paulus ipsos imitans iusticiā legis vocat) stabilire volebant, nec subijci iusticiæ Dei, ideo cum sua iusticia repudiabantur. Nego igr̄ verā legis iusticiam

opponi

HOMINIS

opponi iusticiæ fidei, et confirmo adhuc meam oppositionē, q̄ scripturæ est: Qui nō fecerit hæc, maledictus esto:
Qui fecerit hæc, viuet in eis.
Quod obijcitis neminem implere legem, ideo eam docendo nihil prodesse, quia sensus carnis non possit subijci Deo, Id de carne verum est, de qua Paul. loquitur: sed nō verum est de spiritu. Nam ibidem dicit, Iusticiā legis impleri in eis, q sdm̄ sp̄m ambulant. Est itaq. fallacia à dicto sdm̄ qd, ad dictum simplr̄, cum ita colligitis: Carnales nō faciunt legem, Ergo nec renati. Illud aut̄ prorsus nego, quod vos videmini pro confesso accipere, renatos vz̄t habere sensum carnis, esse carnales, esse inimicos Dei, nec legi Dei subijci. Nam Paul. ipse dicit eos, qui in chr̄o Iesu sunt, nō ambulare sdm̄ carnem, esse liberatos à lege peccati et mortis (condonata vz̄t transgressione) et sapere ea q̄ sunt sp̄rs.
IIII Quarta thesis nō aduersar̄ mihi, nam diserte idem affirmo, promissionē vitæ nō datā esse ceremonijs. Cum igr̄ Iudæi præter illas nihil haberent, nisi hypocrisim, ideo Paulus constanter infert, eos ex istis operibus legis quæ ipsi habebant, iustificari nō posse, quamcūq. legis partē spectem⁹.
V Cum scribo iusticiā operū præmia conciliare ijs, q iustificati sunt semel per gratiam, infertis inde, Ergo non iustificantur p̄ opera, si iustificati sunt semel per gratiam. Respondeo: Scriptura nunquā opponit iusticiā fidei et operum, nisi eiusdem temporis respectu, tum enim se tollunt mutuo, nec simul imputari possunt in hac vita. Iusticia fidei est in remissione peccatorū, iusticia operum sequitur deinde, et est in recte factorū conscientia, qbus præmia sunt proposita, sicut dr̄ psal. 17. Cum
Ps. 17. bonis bonus eris, et cum peruerso peruerse ages. Si ad declarationem eam respicitis, q̄ post hanc vitam futura est, concedo simul esse vtramq. de eo enim mihi nō est quæstio, sed q̄do hic iustificemur coram Deo.
Quod vero salutis æternæ caussā esse negatis etiam opera, Id iudico
Matt. 25. vos contra scripturā facere. Nam Matt. 25 dr̄ Iustos, q fecerint ea, q̄ commemorantur ibidem, ituros in vitam æternam, paratū est illis regnū id, à mundi constitutione, sed hac conditione si vocationē bonis operibus confirmarint. Nemo enim, nisi q legitime certauerit, coronabir̄. Qualemcunq. igr̄ caussā salutis esse dixeritis, caussā hanc certe nunq̄ negare poteritis, nisi forte laborem nō recte appellabimus cām mercedis.
VI. De fide in chr̄m consulto hic omittimus.
VII Detorsisse me locos Luc. 13. Matt. 23. de vrbis vastatione, q̄do quæso probabitis, cum inde colligam gratiam Dei si repudietur in die visitationis nō denuo offerri et pœnam proxime sequi. Et quam vitam æternā promittimus ijs, quos Deus iratus ob scelera perdit? Si esset exploratio constantiæ aut fidei, qualis est Iobi et Martyrum, caussa esset cur detorsionē accusaretis, nunc nihil minus potestis. Porro Paulū cum inculcat, nunc, in hoc tempore, nunc est tempus acceptionis &c de gratia, q̄ Messiæ exhibiti tempore illis oblata est antequā pœna in ipsos desæuiret; Nō aut̄ de perpetua annūciatione remissionis peccatorū et gratiæ loqui libenter concedo, ac idipsū est quod ego defendo. Ita enim et chr̄s minatur tenebras, si lucem aspernerentur, Ioa. 12. Nec video q̄do pro vobis faciat hæc sententia, nisi forte tempus exhibiti Messiæ, illud triennium, quo ipse docuit.

docuit, intelligitis. At tum falsum erit Paulum de illo tempore loqui, q multis, post ascensionē chri, annis scripsit.

Quæritis cur Paulus proponat conuersis, doctrinā de remissione peccatorū, si annūciatio gratiæ nō est omniū temporū. Respondeo, me in nullo citatorū locorū verbum vnū legere, quo promittatur illis remissio si posthac contra consciam peccent: Sed proponir illis prius Dei beneficiū considerandum, vt discant intelligere magnitudinē gratiæ diuinæ et ambulent sicuti vocatione eor dignū est. Ostendatur inquā vocula vnica Eph. 2. Gal. 2. phil. 5. 1 Tim. 1. Tit. 1. q promittat, si sdm carnem vixeritis remittetur vobis, et tacebo. Ne quæso imitemur Melium, q multa præter rem citat. Sed obijcitur: Remissio peccator nō erit continua hac ratione. Respondeo: Scripsi me legere exempla qdam, sed nullam promissionem, quæ dicat mœchare adulter remittetur tibi. Itaq. nemo abutatur bonitte Dei. De fide in chrm, respōdebir peculiari scripto. VIII

Exempla, interdum remissorū peccatorū non constituunt regulā, quod Deus semper debeat aut velit remittere. Quod electi non prorsus excidant gratia Dei etiamsi peccent, nusquā legi in sacris liris. Hoc lego Deū serio auersari peccatū, et qui peccet eum esse ex diabolo nō ex electis (loquor de peccato contra consciam, de quorū remissione nobis pugna est.) Eos tant q ex Deo sunt peccare nō posse docet Ioannes. Nec scio vnde probetis, electos si peccent perire non posse, cum scriptura vocatione iubeat confirmare bonis operibus, nec agnoscit electos, nisi q ambulant sic vt vocatione ipsorū dignū est. Nam cum iustus recesserit à iusticia sua, nō pderit ei vniuersa iusticia ipsius. Tandem cupio scire vbi extet præceptum de futurorū peccatorū remissione, nam Ioannes huc non facit qcquam. IX Ezech. 33.

A poenis temporalibus iudicare de æternis, alienum vobis vider à verbo Dei. Ego vero nusquā lego poenas infligi, q nō sint iræ Dei et damnationis æternæ testimonia, nisi Deus mīam exercere velit, et remittere peccata, ac vitā ipsis conseruare. poenas dico ne putetis me de sanctor afflictionibus loqui q nō iræ sed fauoris Dei sunt signa. Eis vero q perduntur et occiduntur ab irato Deo nusquā lego remissa esse peccata, quia mors eiusmodi in maledictione ponitur, nusquā in benedictione. Dauid hic punir ob peccata, ideoq quæritur dolores inferni seu mortis circumdedisse se. sed q2 nō occidir hēt veniæ testimoniū. At Sauli quis promittit æternā vitam, q ob desperationē, sibi æternā accersiuit ignominiam. X

Peccatū vltroneū quod commemorar Leu. 6. et 7. nō est peccatū ad mortem quod vnū ego opposui alijs oībus, pro quo nullum erat sacrificiū. Nam furto aut abnegationi depositi, aut similibus fraudibus ijs ne q per negligentiā fiebant vt Num. 5. dr, nō erat mortis pœna proposita, sed restitutio ablati, aut quintę partis persolutio. Vnde manifestū est nō loqui Mosen hic de capitalibus, sicut Num. 15. vbi ob peccatū eiusmodi per contumaciā admissū mortis poena constituitur. Sicuti mox subijcitur exemplū de violatore Sabbathi, in quem mortis supplicium constitutum erat Exod. 31. XI Leu. 6 et 7.

Omne peccatū pugnans cum lege, mente et voluntate Dei esse dignū morte nō lego in sacris literis, sed video distingui peccatum ad mortem, ab ijs, pro quibus orare iubemur. Itaq. cum scriptura loquendū est, nec id capitale XII

dicend

HOMINIS

dicendum, quod lex Dei peccatū ad mortem nō dicit. Si verum esset vt
vos vultis neminem facere iusticiā, nō tollerer̄ discrimē boni et mali, et, si
omnia hominū facta dicerent̄ esse peccata. Nam iusticia seu bonū in so:
VIII lo Deo esset, peccatū vero seu malum in oībus hoībus: Sed scriptura
hominū qo opera bona et iusta vocat coram Deo. hoc cum vos negetis, quo:
modo boni et mali discrimen non tollitis?

XIII Negatis iusticiā fidei et operū ex temporis ratione distinguendam esse
vt vtraq. recte de hoē prædicetur, ac postulatis à me testimoniū. Vos ipsos
facio iudices: De Abrahamo prædicatur, quod iustificatus sit fide, non
operibus, De eodem, quod iustificatus sit operibus offerens filium suum,
non tantum fide. Respondete an eodem tempore hæc facta sint? si diuerso,
vt fateri necesse est, qdo negatis temporis distinctionē facere, vt vtrumq.
vere de eodem prædicetur? Apostolos iustificatos esse fide primū, quod
crederent Iesū illum esse Messiā et à Deo exiuisse, ne vos qdem negabi:
tis: At illos deinde chr̄s iubet iusticiā suā facere nō corā hoībus vt vide:
IX antur, sed in occulto et coram Deo, q ipsis repensurus esset. Paulus quam
magnifice prædicat iusticiam fidei in sua conuersione: At idem deinde
non cessat prædicare suā bonā consciam, professus est gloriā habere et
in diuinis rebus. Rom. 15. Et ad Deum Iudicem prouocat 1 Cor. 4. dicens
1 Cor. 4. se nihil sibi conscium esse nō tamen in eo iustificari (aut vt ipse interp:
tatur, se nō prædicare seipsū et anxie laborare vt Corinthijs et pseuda:
postolis idem persuadeat) quia Deus (nō hoēs) sit futurus testis suæ
fidelitatis, de qua vnicuiq. sit apud Deum futura laus tunc cum reue:
Ezech. 33. labuntur cogitationes hominū. Vestram distinctionē, quā in forma et mō
constituitis, in prima thesi euerti. Nam Paulus, vt dixi, ideo negat Abra:
hamū ex operibus iustificatum esse, q2 Moses in eo loco, nihil de operibus
suis narrat. Et si vrā distinctio vera est, qdo qsq. laudem habebit apud
X Deū propter fidelitatem in ministerio præstitam? qdo veri iudaismi laus
est apud Deū nō apud hoēs? qdo Deus retribuet si nō probat bona opera?
si ea nō iustificant apud Deum, qdo dicuntur iusti hoēs apud Deum? vt
supra thesi 1. proposui exempla. qdo reddens pignus ante noctem hēt iusti:
Deutr. 6. 25. Deu. 24. 13. 1 Toa. 3. cia corā Dno Deo suo? Deut. 24. qdo q facit iusticiā iustus est? 1 Toa. 3.
Vtri igr̄ funes ex arena nectunt? Egone qui cum scriptura loquor, an vos
qui heri aut nudius tertius natam distinctionē inculcatis? An quia vo:
bis ita placet, mox ego turbator sum, vos vero sapientes Architecti.

XIV Sensū carnis esse inimicitiā erga Deū nec posse Deo subijci verissimū
est oībus seculis: Sed in oībus hoībus esse semp sensū carnis bis falsū est.
XI Ubi enī manet nobis: qui chr̄i sunt, q sdm carnē nō ambulant crucifixe:
Leu. 6 et 7. runt carnē suā cum concupiscentijs suis? quis hoēm mortuū peccato di:
cet habere sensū carnis. ~~pro aff~~ Quantum colligere possū accipitis sen:
sū carnis pro affectibus naturalibus, idq. contra mentem scripturæ.
Gal. 5. 1 Cor. 4. Nam Gal. 5. alr̄ accipir̄ sensus carnis et studia seu opera carnalia et 1.
cor. 4. Paulus Ethnicos sine chr̄o viuentes, nō audet ex æquo facere carna:
les, sed dicit: Eratis aliquando tales. Eccl̄s locus, quod nemo nō peccet, nō
XII loqr̄ de sceleribus capitalibus, sed de erratis leuioribus, qualia multa in:
ter hoēs accidunt, et admonet modestiæ, vt memores infirmitatis no:
stræ, nō temere iudicemus, q2 nemo sine crimine viuit. Sed inde probare
quod renati habeant sensū carnis, cuiusuis esto iudicij. XV Ad hāc.

XV. Ad hanc responsū est in 1. & 13 thesi.
Omnes hoēs fatem̄ se peccatores esse. Verum est de ignorantijs & lenioribus XVI
erratis, pro quibus orant: remitte nobis debita nostra: Sed cum nouissima peiora
sunt prioribus, nullam lego promissionem, sed illud: Cum multiplicaueritis cla Esa. 1 XIX
morem vrm, nō exaudiam, q̄ manus vr̄æ plenæ sunt sanguine, Excepto tem-
pore gratiæ, quod quotidianū nō est. Quod si cum Deo comparet̄ homo, iustus
coram Deo nō est innocens, sed nos ad legem eius examinamus iusticiam hu-
manam, a qua si non reprehenditur, stat & habet gloriā apud Deum. Non
aut̄ verū est omnes hoēs esse adulteros homicidas & erratis aliquando
tales, inquit Paulus.
De omnibus hoībus prædicari peccatū excepto chr̄o, q̄ nunq̄ peccauit, liben XVII
ter concedo, sed nego id semp de illis prædicari, & idem dico insanire cū rone
eos, q̄ pro illis verbis Pauli, eratis tales, sed sanctificati abluti mundati estis
substituere conantur: Estis adhuc in peccatis vr̄is, nec estis mundati. Nec ve-
rum est de eodem hoē eiusdem temporis respectu, quod sit iustus & iniust⁹
(ad legis verba respicio, nō ad collationem cum Deo) Nisi credamus chr̄m
& Belial, Deum & Diabolum posse simul habitare, et eundem simul carna
lem & spiritualem esse. Sed vbi manebunt illa: Eratis quondā tenebræ
nunc autem lux in Dno, eratis filij iræ, sed iustificauit vos in chr̄o, & sedere
fecit in cælestibus. An idem est conuersationem habere in cælis, & esse filiū
iræ? Est igr̄ manifesta cauillatio in cap. 7. Rom. cum ad sp̄m referamus Rom 7
q̄ ille de carne prædicat. Nam ille logr̄ de nō renato, de seruo peccati, qui
legem Dei nō intelligat, & contra conscientiam multa faciat, q̄ intelligit mala
esse etiā rationis iudicio. Concupiscentiā vt affectum naturalem, et in san-
ctis esse nō nego. Nam si illam non haberent, qdo possent a concupia tentari?
sed nego eam esse peccatū in se. Nego sanctos permittere fremū affectui, vt
in peccatū erumpat. Nam q̄ ex Deo nati sunt, non possunt peccare ad mortem.
Sed seducimus nos ipsos, si dixerimus quod peccatū nō habemus. 1 Ioa. 1. 8
Respondeo, Interpretatur seipsum Ioan. Nam repetit ijsdem pene verbis
Si dixerimus quod nō peccauimus, mendacem facimus eum, & verbū eius nō est
in nobis. loquitur de præteritis peccatis. Deinde fuisse in cætu credibile eū
qui non intellexerint adhuc veram christianismi rationē, & libertatē ad occa-
sionē carni prostituendi. Illis monstrat remediū in sanguine chr̄i & monet
ne peccent amplius. hæc scribo, inquit, ne peccetis, & si quis peccauerit (si pec-
catū habuerit, aut se peccasse intellexerit) habemus aduocatū. Tandem
multa fiunt tempore annunciatæ gratiæ, q̄ deinde nō fiunt amplius.
Neminem iustificari in lege apud Deum, q̄ iustus fide viuat, recte colli XVIII
git Paulus Gal. 3. Nam quales fuerint Galatæ satis ondit, cum prohibet
facere desideria carnis, prohibet carne consumari, testatur scriptura omnes
peccati damnare. Et si taceret Paul. res ipsa clamat eos iure damnari cū
fuerint gentes. Præterea illos ipsos, qui circumcisionē tantopere urge-
bant negat legem seruare cap. 6. Quæ igr̄ vtriusq. ex factis esse
potuit iusticia? Perfectionis vocabulum item iusticiæ cum tribuit
bonis operibus coram Deo, nō pōt aliud significare, quā, ea vt iusta & bona
probari ab illo. nec vlla caussa est, cur nolimus cum scriptura loqui. Nec
vllus vnquā in sacra scriptura reperiet distincta hæc: Iustificari coram
Deo ex operibus, perfecte ambulare coram Deo, & legem seruare. Nam
certe q̄ fecerit hæc viuet in eis. Quod aut̄ Paul. negat talem legē esse
datam, q̄ posset viuificare, cam mox subjcit, q̄ scriptura eos sub pecca
to.

to includebat, sicut et Rom. 8. dicit, impossibile fuisse illi vt seruaret homines, q2 per carnem fuerat infirmata. Alioqui lex nõ est contra tales qui fructus spiritus habent, sed iustificat et approbat eos. Gal. 5.

XIX Hoĩs opera bona nõ posse sisti iudicio Dei sdm̃ legem propositam iudicantis (nam ipsi nemo se comparare põt) q̃ scriptura vnquam dixit? mala opera et peccata cum ceremonijs opponit gratiæ Dei, sed nunquã opera bona. Sed nõ ex operibus iustis quæ fecerimus nos, inqt Paul. Bene habet! qualia erant illa opera q̃ fecerant? Eramus, inqt insipientes increduli errantes, seruientes desiderijs et voluptatibus varijs, in malicia et inuidia agentes, odio pleni &c. Cum autem apparuit bonitas Dei fecit nos saluos nõ ex operibus illis iustis, q̃ feceramus nos: sed ex mĩa sua, et iusta illa opera, qbus nõ potuerunt seruari. Si hæc nõ sunt manifestissima, videtis vos ipsi.

XX. An obruerim genuinũ sensũ dicti illius Luc. 17. Serui inutiles sumus, facile patior ab õibus amicis iudicari. Paulus certe nõ fatẽr se malũ certamẽ certasse, amisisse fidem, defecisse in cursu; Sed constanter opponit suos labores iudicio Dei, apud quem sibi coronam esse repositam prædicat. sicut et 1 Cor. 4. dicit: Tunc erit vnicuiq; gloria à Deo. Non itaq; video, q̃do negare possitis eos, qui iuste faciunt, iustos reputari apud Deum. Nam q̃do Deus probabit opera, q̃do mercedem reddet, si iusta et bona ea non agnoscit? Cur vocantur iusticia, nõ coram hoĩbus tantũ sed etiam coram ipso? Luc. 1. 75.

DE FIDE IN CHRISTVM.

Decreueram fusius vobis explicare mentem meam, sed quod vrgetis, hoc breuiter respondeo ad VI thesim vr̃am:

Remissionem peccatorũ et annunciationẽ gratiæ quotidianã esse nunq̃ memini me legere, ideoq; postulo sententiæ huius testimoniũ ex sacris literis, quod Deus, etiamsi cras ad mortem peccare velit aliquis, tñ remissurus sit. Nam pauca eius rei exempla nõ constituunt regulam, quod Deus sẽp id velit facere. Prædicatã esse fidem in chr̃m ad hoc, vt irã venturã tũ iudæi tum gentes effugerent, ac cum Deo reconciliarentur, lego. Amplius deinde eadem conditione illis fidem hanc prædicatam esse, aut posteris eorũ nunquã lego, nec reperio vspiã eos deinde per eam fidem denuo prædicatam amplius aliquid consecutos esse. Nec sane posteris ad imputationẽ ea fide opus fuit, quod enim prẽs per fidem acceperant, vt fierent chr̃iani, hoc liberi à natura habebant, quippe sanctorũ liberi; Nec quisquã in hunc diem chr̃iani hoĩs filium, antequã adolescat, et credere possit, quod Iesus ille fuerit chr̃s Dñi vocat turcam aut Ethnicum, nisi adultus ob vitam improbam et flagitiosã exhæredetur, et excidãr de arbore. Ob hanc cãm nego dare apud posteritatem illam imputationis fidem, q̃ eos vt alienigenas populo Dei adcenseat, aut amplius ijs aliquid conferat, sed semp est in ijs, qui ex idololatria primi conuertuntur. Ita hodie fortasse turco aut tartaro alicui, si ad christianismũ pertraheretur formula illa fidei proponi posset, liberis vero illius, quos in christianismo susciperet, opus nõ esset, vt qui nascerentur chr̃iani, et hæreditariũ illud nomen possiderent. Et quis, vr̃um concedet, liberos suos antequã per ætatem possint credere Iesũ esse Christũ

turc.

turcos aut ethnicos appellare debere? Quod necesse esset fieri, si credere Iesum esse chrm facit chrianos et eos, q fidelium sunt posteritas. Nam ab utero secum adferunt ius illud adoptionis et familiae, q2 in Eccla nascuntur, unde tn eyciuntur deinde, et ex natura chrianis fiunt natura ethnici, nisi illam suam adoptionem, quam habent ex parentibus bonis operibus confirmarint. Sicut Paulus de Iudaeis sui temporis inquit, eos cum natura essent sancti factos esse natura filios irae, sicut gentes aliae, q nunquam in populo Dei fuerant, eo quod facinora illar imitarentur, et circumcisionem eor factam esse praeputium. At remitti peccata per fidem chri etiam ijs, qui semel in oleam insiti prolabuntur, lego qdem, ut Iudaeis tempore chri: sed nusquam lego promissionem, q illis, si amplius peccent, aut posteris eor p eandem fidem, quod Iesus sit chrs, remissionem offerat. Nec video unde id colligere possimus, nisi forte Dauidi ideo remissum est adulterium, quod ad imitationem Abrahae crediderit sibi vetulo nasciturum filium. Non fuisse aliud nomen in quo saluarentur et imputationem consequerentur illi, quis negat? cum Mosi, legi, patribus, traditionibus et similibus, q iactant Iudaei manifeste opponatur.

At qdo inde sequitur: Illis imputatio iusticiae contigit p nomen chri, Ergo posteris qo opus est imputatione, quam p illud nomen consequantur. Qdo igr dicetis: remissa sunt peccata ijs, q post imputatam semel iusticiam fidei ab annis 1540 prolapsi sunt, aut ipsi aut posteri illorum?

Respondeo, nescio, q2 nullam habeo scripturam, q se ad posterittis tempora extendat, nec audeo aliquid ex me fingere. Si ab exemplis aliquid colligi potest, dicam eos oblatam remissionem amplexos esse, quamuis non sciam, qbus verbis aut qua conditione fidei illis oblata sit. Paulus iubet confirmare ~~caritatem~~ Corinthios caritatem in eum, qui pris uxorem habebat, sed no lego secundo hoc ab illo requiri ut credat Iesum esse chrm, si velit recipi in Ecclam. Nec Dauidi proponitur illud credendum, sic erit semen tuum, quo credito Abrahamus fuerat iustificatus: sed, Dns reiecit post tergum peccatum tuum. Itaq nihil possum confirmare de eo, de quo nulla extat scriptura.

Cum ad nostros Maiores ventum est, qui ex barbaris nationibus ante mille annos aut circiter, ad fidem chri pertracti sunt, hic demum se longe maxima ondit difficultas, cum ne de illis qdem sciamus, quo noe saluati sint, tantum abest ut certo possemus dicere, quo noe posteris ipsor remittantur peccata. Quis enim nostrum affirmabit hac vel illa fidei forma proposita, eos ad christianismum vocatos esse, et imputationem illam fidei pro se et posteris accepisse? Cum, quo ad Germanos Bohemos vngaros et alios populos, manifestum sit eos armis ad suscipiendam chriani nominis professionem adactos, ac interim eadem necessitate ad trinitatis et sanctorum inuocationem, ad missam et id genus alias superstitiones et blasphemias tanquam ad fundamentum christianismi amplectendum compulsos esse: Ex qua historia probabimus, eos ita factos esse christianos, quod crederent Iesum esse chrm, cum toto papatus tempore altissimum de ea re fuerit silentium? Quanto probabilius est, si historijs illorum temporum stare voluerimus, longe maximam nobis partem ita initiatam esse, si fateretur esse trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Quis autem hanc fidei formulam ex Apostolis publicauit, eiq promissionem remissionis peccatorum adiunxit? Hi libri, q ipsorum continent historias, nihil de eo sciunt, at interim et illi chriani dicti sunt, et nos q ex illis nati sumus oes. Quod si vere remissionem peccatorum acceperunt, ut credibile est, unde probabimus eos per fidem in chrm eam accepisse? cum oia in contrarium inclinent

Conuersio vngarorum ad fidem christianam T. 443.

ac fun

IN CHRISTVM.

ac fundamentū christianismi plurimis seculis fuerit theatricus baptismus trinitas & Missa? Nuper admodū, nescio an ante Seruetū intra mille annos vnquam emersit hoc, quod vita æterna illis q audierunt Aplos in hoc fuerit proposita, si crederent Iesū esse chrm. Vbi igr certitudo illa in perpetua successione prædicatæ fidei quod sit Iesus christus? Præcipue cum vix nostra ætate intelligi cęperit phrasis illa. Res profecto nō tam risu quam commiseratione dignissima ex chrianis nos natos esse, nec posse demonstrare, quid, credendo illi nomen hoc, consecuti sunt, qui primi huius nationis nostræ ab idolis ad Deum traducti sunt.

Dicet aliquis eos in chrm credidisse. Scio qdem id dici posse & solere, sed qualis illa fuerit fides in chrm, vbi nec personæ illius nec officij vera intelligir ratio, facile est cuiq. cogitare, sed nō facile cum scriptura conciliare. Fingamus hodie, turcum aliquem a valachis persuaderi vt chrianus fiat, iam perlibenter velim audire, quid illi credendū sint proposituri, quo credito chrianus fieri debeat, & chrianos deinde procreare liberos debeat? baptizabunt eū hoc certum est, quia in ea re prora & puppis religionis est, ideo et inuitos sæpe tingunt, addunt ieiunia & ceremonias superstitiosas, audiet ille etiam nomen chri, sed quis aut quid fuerit, nihil audiet veri, sed plaustra mendaciorum. Conferatur iam cum eiusmodi christianismo is, qui maiorū nostrorū fuit, nihil interesse videbitur. Quis aut dicet eum qui sic conuertar per fidem, quod Iesus sit chrs habere vitam æternam?

Hæc talia sunt, vt nō immerito nobis cogitationē inijcere debeant, An, qui incerta ~~et ignota~~ adeo & ignota ratione in possessionē chriani nōis missi
1. sunt, fuerint christiani. Si fuerunt, quam fidei formā amplexi, populus
2. Dei facti sunt. Cum nunc primū Dei beneficio superstitiones istas ani-
3. maduertere incipiamus. An Apostolos imitari debeamus, vetere illam fidei formulam, qua illius Apostolici temporis hōes imputationē consecuti sūt eadem conditione amplecti, & ita nos populo Dei inserere, adhibito qo eodem pœnitentiæ signo, baptismo vzt, ac ita maiores nostros omnes a mille annis & vltra damnare infidelitatis isto facto, ac profiteri quod immundorū ac ethnicorū parentū simus liberi. Quod si facimus multor seculor constans consensus reclamabit, quo in hunc vsq. diem chriani appellamur. Et ex nulla scriptura ondi pōt, eo consilio baptismū aquæ institutū ~~esse~~ fuisse, vt post mille & trecentos annos iure postliminio restitueretur: An vero tanquam ex sanctis & chrianis parentibus nati debeamus naturali illa paternitate contenti ad premia proposita per bona opera contendere, qdocunq; tandē maiores nostri primi ad imputationem peruenerint: An concesso eo, qd sumus Sanctorū filij, aut et nō concesso, Deus velit nos per fidem in chrm eadem conditione, qua illi, vt vzt ex nō populo, fiamus, filij Dei, amplecti, Et vnde hoc probari possit? Perplexa sunt hæc fateor, & inter impossibilia renumero certi aliqd & solidi de ijs dicere, herbam libenter porrecturus ei, qui explicet. Mea sentia, si quis hoc qo desiderat hæc est: Cum perpetuus sit scripturæ totius consensus, Deum punire peccata contra conscientiam, & remittere ea, agentibus poenitentiam, vt istam voluntatē reuelationis eius amplectamur pro tempore gratiæ, ac conuersi ad ipsū ex toto corde petamus delictor veniā, quæ vere dicere possumus, nos ignoranter peccasse, dum persuasi fuimus, mortem chri summā peccandi securitatem & licentiam adferre, Et custodiamus diligenter mandata

eius

Conuersio vngarorū ad fidē christianam T. 443.

eius, q̃ per Mosen primũ data, per chr̃m deinde interpretatus est, et per A-
postolos ad gentes q̃o transmisit. Cumq; vltimus prophetar̃ illius populi fuerit
nec doctrinã legis diuinæ, quo ad moralia tantum inter gentes mutaue-
rit, credamus illi quoq; ex toto corde nõ vt prophetæ tantum, sed vt vnico fi-
lio Dei, et Dn̄o Ecclesiæ suæ.
Hæc doctrina perpetua est, et omniũ seculorũ cõis, duratura donec hões e-
runt qui Deum recte inuocent. Quæ vero certi sunt temporis (in quo
genere pono baptismũ, et imputationẽ fidei per chr̃m, ad hoc, vt ex nõ po-
pulo fiamus populus) ea vt historias maiorũ legamus, in ijsq; Dei sapi-
entiã et bonitatem agnoscamus, salutem vero cuiusquã non alligemus.
Nec propterea mutar̃ fundamentũ de quo chr̃s et Apl̃i loquuntur, aut
euertitur petra sup̃ quam ædificata est Eccl̃a, si negemus illã impu-
tationem durare, quã nõ opus habemus, si tñ super illud maiores nostri
fuerunt ædificati. Quorsum enim ego foris quæram quod domi habeo
vt appeller christianus? hæc ferme summa est speculationũ mearũ,
quas qui perpenderit, incipiet proculdubio mecum dubitare, quantum-
uis hactenus dormierit secure.
Dictum Ioa. 17. non loq̃ de nobis inde manifestum est, quod ipse Ioan XXII
nes exponit, a q̃bus malis eripi eos, chr̃s oret, loq̃r enim de persecutione Io. 17.
pharisæorũ. Nam dicit: non oro vt tollas eos de mundo, sed vt serues
a malo. Et cum prædicat neminem periturũ, nisi filiũ perditionis, mox ex-
ponit cap. 18. si me quæritis sinite hos abire, vt impleretur quod dixerat:
non perdidi ex eis quenquã quos dedisti mihi. Atq; hoc de discipulis audi-
toribus intelligo, a fatali illa Iudæor̃ clade eripi debere. Ergo nihil ad nos
pertinet oratio christi: quis hoc dicit? Applicemus similitudinẽ nobis, intel-
ligentes nos quoq; Deo commendatos esse, vt seruemur in malis, nõ in illis
malis, in q̃bus ipsi, sed in ijs, quæ nos præmunt. Ille loquitur de suis tempo-
ribus, sit igr̃ de illis verum nobis seruiat similitudo ad doctrinã. Talia sunt:
Nunc intercedit: nunc sedet ad dexteram Dei, de suo tempore loq̃r Paulus, q̃
nõ heri scripsit Epl̃am, vos vultis eum de nobis scripsisse. Quod si dicam
chr̃s dixit: Nunc est iudicium, nunc princeps mundi eijcietur foras: Ergo q̃
dicit nunc, de hodierno die loquitur, et hodie primũ conuertuntur gentes.
Duo tractari in Epl̃a ad hebr. dicitis: quid chr̃s præstiterit, Et, an id sit æ- XXIII
ternũ. Ego vtrumq; concessi, sed alr̃ intelligo illud: æternus pontifex, quam
vos, cum ipse autor sic interpretetur, quod illis æternã et stabilem attule-
rit salutem, q̃ recipiunt eum, nõ aut̃ ideo, quod posteri q̃o fidelium opus
habeant illã imputatione. Et qualis est collectio: Si nõ perpetua suc-
cessione debet prædicari redemtio chr̃i, nõ est æterna. Ergone Paulus aut
Petrus nõ accepit per chr̃m æternã redemtionẽ, si illa hodie mihi nõ annũ-
cietur? Aut non perpetuũ consummati sunt sancti illi, de q̃bus Epl̃a he-
bræor̃ loquitur, si proxime subsecuta ætate, id beneficiũ alijs quoq; nõ præ-
stiterit? Obijcitis mihi fallacias. Quid ego dicam hoc esse, si fallaciæ
non sunt? Sed magnis magna licent.

De Iustif

De iustificatione ad Mgnificum D. Casparem Bekes Ioan. Somm. Pyrn.

an 8.141. Sicut apud homines nõ is tantum iustificari dr̃, q iuste fecit et nõ peccauit: Sed etiam is, cui omnia peccata sua condonantur, qui eo loco haber̃ ac si fecisset iusticiã, Nec remittuntur tantũ peccata, ver̃ etiã adduntur præmia iusticiæ debita, Veluti siqs, homicidæ donet vitam, et insuper illum recipiat in familiam et adoptet in hæredẽ:

Duo Iustificãdi modi. Ita quoq. Scriptura duos hos iustificandi modos proponit, Vnũ per fidem sdm̃ gratiã, quando condonantur hoibus peccata priora, et imputatur iusticia pro ipsor̃ persona et pro tota posteritate, sic vt oẽs quotquot ex illis nascuntur sint populus Dei, iuxta hæredis formulã: Ero Deus tuus et seminis tui. Alterum ex operibus sdm̃ debitum cum bona hominũ opera Deus grata et accepta habet, ac illis testimoniũ perhibet, quod sdm̃ legem et voluntatem suã sint facta, ac repẽdit mercedem iuxta illud: qui fecerit ea viuet in eis: Non perdet mercedem suã: retribuer̃ ei in resurrectione iustorum.

Iustificatio fidei. Primus modus in nostris Biblijs nõ legir̃ contigisse, nisi bis vt Deus totã aliquã gentem reciperet in fœdus, et in populũ adoptaret. primũ in Abrahamo, deinde post chri̅ asscensionẽ in gentibus.

De his duobus temporibus logr̃ Paul. Rom. 4. dicens: Sicut Abrahamo imputatũ est, quod credidisset Deum præstare posse qdqd promisisset, Ita et vobis (gentibus) imputar̃ credentibus in eũ, q suscitauit Iesũ ex mortuis. Quod aut̃ Abrahamus cum tota posteritate fuerit receptus in populũ manifestum est inde, quod Deus se, ipsius et seminis ipsius Deum profitetur, et passim inculcat Moses Iudæor̃ populũ vnũm electũ esse alijs populis reiectis Deut. 32. Cum diuideret altissimus terrã et in conspectu eius essent oẽs gentes, patribus tamen tuis tantummõ adhæsit. Hinc populus Israel primogenitus dei dr̃, genus electũ, regale sacerdotiũ, sanctæ arboris sancti rami, sanctæ massæ sancta conspersio. Inde illa: Notus in Iudæa Deus: Et, nõ fecit talr̃ vlli nationi, nec iudicia sua manifestauit illis. Hanc receptionẽ vocat scriptura plantationẽ vineæ Isa. 5. insertionem Rom. 11. adoptionẽ Rom. 9. matrimoniũ Ezech. 16. ius ciuitatis phil. 2. vt ita magnitudinẽ illius beneficij aliquomodo deliniret, et propagationem iuris hæreditarij, in liberos et posteros ostendat.

Sic, quod gentes hac eadem conditione pro se et posteris sint receptæ in populum Dei per fidem eam, quod Iesus esset chr̃s Dei, vt oẽs ex ipsis nati essent et dicerentur Eccl̃a, populus et filij Dei, docent eædem locutiones et similitudines, quæ ad eas ab Aplis accommodantur. Nam et illi dicuntur inseri in ~~Eccl̃am~~ oleam Rom. 11. vt nõ amplius sint oleaster, nec gignant oleastrum, postquam pinguedinis bonæ oleæ participes sunt facti, dicuntur adoptati in ius filiorũ Dei, vt nõ amplius immundos gignant liberos sed sanctos. Dicuntur ius ciuitatis consecuti esse, et facti ciues et domestici Dei, cum antea essent alienigenæ, vt ita oẽs ipsor̃ liberi sint nati ciues Eccl̃æ, nõ adoptati. Dicuntur esse chr̃i sponsa, quæ illi, et Eccl̃æ illius gignat liberos

ros nō adulteremos vt ante. Dicuntur participes facti spiritualiū bonorū, q̄ habuerunt Iudæi, & coaluisse cū eis in eundem populum, in eandem Remp. Israelis, in idem corpus, in eandem Massam & panem, in idem regnum & sacerdotiū, ita vt leges iura exceptis cæremonijs, promissiones, præmia, Dñi cultum, fidem, baptismū, demiq; cōia cum Iudæis habeant cōmunia. Vnde hoc discrimē inter nos & maiores nostros. sequitur, inter maiores nostros, qui primi Euangelio crediderunt, & nos, hoc esse discrimen, quod illi credendo iusticiæ imputationē consecuti sunt, vt Dei populus ex nō populo fierent, nos verō nati sumus sancti, illi peradoptionem, nos natura. Imputationis vero illius primilegiū hoc est, quod promissiones illæ q̄ in nostris bibliis sunt, nō ad alios pertinent, quam ad illos, qui in cœtu sunt, qui iusticiam imputationis vel per fidem accepit, vt ab vtero secum attulit. Quia certū est, nec Mosis promissiones quicquam pertinere ad præputiatos ante chrīm, nisi per circumcisionē cum Iudæorum populo cōiungerentur, Nec chrī & Apłorum ad eos, qui extra Ecclam manserint, & chrīm repudiant. Vnde illud emersit, Extra ecclam nō esse salute quantū ꝫgt ex nostris bibliis scire possumus. Sic trī ad Ecclā filios pertinent illæ promissiones si adulti per iusticiā operū vocationē sua confirmarint, quia cum conditione offeruntur: Si præcepta mea custodieritis: Si in viis meis ambulaueritis: si feceritis, q̄ ego præcipio vobis: si opera carnis mortificaueritis &c. Alioqui, si hoc non fiat, Circumcisio vertetur in præputiū iusticia in peccatum, vita in mortem, ex amicis Dei fiunt hostes, ex domesticis alienigenæ, ex populo non populus, & æque perduntur à Deo ac si nūquam in populo aut Ecclā illius vixissent, nisi agant pœnitentiā, & toto corde ad Deum conuertant dum tempus est, & quærant ipsū dum inueniri potest. Præter hæc duo tempora, nusqua meminerunt biblia nostra imputatæ fidei. Operis imputati ad iusticiā & datæ mercedis, memorat psalmista ps. 106. v. 30 in phinees, cui cum posteritate donatur perpetuū sacerdotiū. Ideo & nobis cum scriptura loquendum est, si volumus errores vitare, vt imputationem nō faciamus omnīū temporū, sed illic eam constituamus, vbi eam constituit scriptura.

Imputatiōis priuilegium

Imputatio iusti: cia p opera

Alteram iusticia q̄ est operum, requirit Deus in Abrahamo dicens: Ambula coram me & esto perfectus, & eam ita requirit, vt nolit quippiā prodesse illi & posteris eius sancti generis gloria, nisi in obseruatione mandatorū ambulent. Imo diserte per Mosen cōminatur, se dispersurū eos intergentes si peccent & ꝺibus maledictionibus subiecturū: Contra aut & præmia ponit amplissima seruantibus mandata. Ob quam caussā etiam per Mosen illis legem suā tradidit, vt haberent vitā & mortem ante oculos propositam, illam, si obedirent, hanc si peccarent. In illa lege diserte distinguit inter peccata ad mortem, q̄ nullam haberent, per sacrificia expiationē, sed alias ignorantias pro quibus instituebant sacrificia, vt in hac & parte per ignorantiam nihil excusare posset. de qua re infra latiūs. Interim tamē Deus etiam tūc, cum ex toto corde & in tempore resipiscerent, tum enim promisit se propitium futurū mutati eorū, vt itā in sola resipiscentia spem haberent. Hac tatione sæpe conseruati sunt, vt ab irrato Deo nō perderentur, cum placatus post torqum reiecit peccata, aut in profundum maris, eaq; nō imputauit. Sic enim ex hostibus rursum fiebant amici, & in Rep. Israelis locum suum tuebantur. Hāc

Iustitia operum Gen. 17

Gen. 18. Leu. 26. Deu. 28.

Gen. 6. 7. 2 Reg. 20. Ps. 17. Matth. 8. Deu. 24. 1 Ioa. 3.

Matt. 25.

Adoptatio seu tonitrus Ungaricus. 5. 438.

Iustitia originis.

hanc remissionē peccatorū fide accipiebant, cum crederent deū sibi vere ignouisse. Ideo etsi scriptura nusquā sic vocat, videri tamē & hæc receptio in gratiam posse dici iustitia fidei, si modo hoc obseruetur, nō extendi eam ad posteros, sed esse singularū personarū, pro se. Verum tutius est eū scriptura loqui. Si verō seruarent mandata Dei, & custodirent præcepta eius, dicebantur iusti ex illis suis operibus, dicebantur viuere per illā suam iustitiā, q̄ coram Deo & erat & vocabatur iustitia, & promissione mercedis amplissimā habebat. Sic Noa vocatur iustus, Sic Ezechias corā Deo dr ambulasse corde perfecto, Sic Dauid dr custodiisse vias Iehouæ, & non egisse impie coram eo, Sic chr̄s vocat iustitiā operū, nisi mgt, abundauerit iustitia vra plus quā scribarū &c. Sic Deut. 24. redde proximo tuo pignus ante vesperam, & habebis iustitiā coram Dño Deo tuo. Et, qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ipse iustus est. Nisi enim coram Deo valeret hæc iustitia, neq; sic appellaretur, neq; sām eam daretur merces a iusto iudice, sicut promittit chr̄s: Venite benedicti p̄ris mei, quia cibastis, potastis, vestiuistis me &c. Quare & nos non dubitabimus eam vocare iustitiam, & quidē talem iustitiā q̄ coram Deo valeat & habeat præmij & mercedis promissionē. Demonstrata est hactenus duplex in verbo Dei iustitia, Imputationis et per fidem & bonorum operum. Illa bis legitur contigisse in Sacris Bibliis & complectitur vt dictum est totas familias ac nationes cum posteritate vniuersa, & peruenit ad gentes, quæ primū crediderunt, per fidem sane, quod Iesus ille à Iudæis crucifixus esset chr̄s & rex a Deo declaratus. Hæc vero in his requiritur, qui per imputationē in populum Dei cooptati sunt & hēt promissionē mercedis & præmiorū apud Deum, qua si destituantur, damnantur a Deo.

Ezech. 18. Leu. 26. Deu. 28.

Gen. 6. 7. 2 Reg. 20. Psa. 17. Matth. Deu. 24. 1 Ioan. 3.

Matt. 25.

Sed quæret aliquis: Cum certum sit historiā Noui Testamēti vix ad summū complecti tempus 50 annorū, q̄do nos Germani Hungari Boemi &c ad Ecclesiā aggregati sumus, & imputationē iustitiæ consequimur quorū maiores certe, quorū maiores ab Apostolis instituti certe nō sunt? Si historijs credendum est factum id est alicubi prædicatione verbi vagantibus subinde inter barbaros pijs Episcopis & monachis, alicubi et armis adacti populi christianismi professionē receperint. Quibus temporibus etsi summæ fuerant in doctrina tenebræ & multiplices superstitiones tū negari nō pōt, semp retenta fuisse illorū verborū, formulam, quod Iesus esset chr̄s & seruator mundi, quanquā parū intelligeretur vis verborū illorū. Et euentus ipse ostendit, eos relictis ferinis & barbaris moribus, se ad vitam Deo & Euangelio eius digna contulisse, quod præcipuū verorū filiorū Dei est argm. Nec nobis vt opinor, aut quærenda aut reddenda rō est, cur Deus voluerit eos in tantis doctrinæ tenebris ad pietatem vocare, sed illud potius curandum est, vt agamus illi gratias, quod multos doctrinæ errores clementer nobis patefecerit, ac tot seculorū consensū, christianū inter nos nomē retinuerit, sic vt christianorū parentū vocaremur filij. Tantū enim abest, vt in doctrina aut interpretatione scripturæ obortus apud maiores error ius imputationis posteritati eripiat vt nec manifesta scelera eorū id possint efficere facile. Neq; eni quāquam obfuit Iosiæ, q̄d Pater Amon & auus Manasses fuissent idololatræ & scelerati, sed habet est filius Abrahæ & sancti gris sancta soboles quantū ad ius ciuitatis

Dei at-

Adoptatio secutorum sic Vngaro. in. 1538.

Justitia originis.

Dei attinet. Et cum Dauid esset pius ac timeret Deum, accepit quoque premia il-
la quae Deus seruantibus mandata proposuit, nec opus habuit noua imputatione.
Igitur et nos constanti et tot seculorum consensu, et rei ipsius certitudine
conuicti de imputatione iusticiae simus securi, nec dubitemus nos esse popu-
lum Dei, modo ita vt filijs Dei dignum est ambulemus, quod si facimus, certa
expectemus promissa praemia et vitam aeternam. Et si praeoccupemur a delicto
spem quoque veniae per celerem paenitentiam concipiamus. Horum nihil possunt ex-
pectare hi, qui extra populum Dei censentur, quantum quidem in nostris biblijs scri-
ptum sit, nam extra illa nihil attinet nos aliquid statuere, sed Deo, occulta ipsi-
us iudicia relinquamus. Nunc postquam videmus qualis sit illa imputatio
de qua Paulus disputat, et quodo ad nos quoque peruenerit videndum est, quid Deus
a nobis requirat vt vitae aeternae promissam haereditatem consequamur.

Nobis, qui in Caetu christianorum nati sumus, sicut antea populo Israe- a christianis quae requirantur
litico, post adoptionem, duo proponuntur: Iusticia operum, vt legem seruemus,
et remissio peccatorum cum delinquimus, si tamen tempus gratiae non negliga-
mus. Iusticia operum examinanda est secundum praecepta decalogi, nam in eo nobis
Deus vitam et mortem proposuit, cuius summa est vt diligamus Deum no-
strum ex toto corde anima et omnibus viribus, et proximum nostrum sicut nos ipsos. toto corde, tota anima &c.
Quae verba non requirunt impossibile quoddam, quod nullus homo aut praestite-
rit, aut praestare etiam possit, sed excludunt hypocrisim, vt non in gratiam
hominum simulemus pietatem, aut exhibeamus seruitutem ocularem, vt Paul
ait, intus vero simus pleni omni impuritate: sed syncere et vere credamus Deum
nostrum et seuerum et iustum esse vltorem peccatorum, ac munificum retributorem
bonorum operum; ac ita ei in timore et tremore seruiamus, ac proximo nostro
nihil faciamus, quod nolumus nobis ab ipso fieri, id enim est, illum diligere
sicut nos ipsos. Sic scriptura solet loqui, cum vult synceram affectionem
significare, in qua nihil sit fictum, nihil simulatum, dicit ex toto corde ex tota a-
nima, ex totis viribus. Et multis reddit hoc testimonium quod praestiterint
id quod nequaquam fieret, si nemo praestare posset. Sic, dicit, intrauit Rex 2 Par. 15.1
Asa cum populo, vt quaererent Dominum Deum patrum suorum, in toto corde, et Exod. 24.3
in tota anima sua: Sic, obligat se populus vltro ad talem obseruationem legis Iosu. 24.2
Nequaquam facturus, si intellexisset praecipi imposibilia. Et quis dubitet
eos melius intellexisse phrasim linguae suae, quam nostros interpretes? Sic, 1 Reg. 15. 1 Reg. 11. et 14. et 15.
cor Regis Asa fuit perfectum coram Deo: Sic Dauid custodiuit praecepta
Dei, et secutus est eum toto corde faciens quod placitum est in conspectu eius
non declinauit ab omnibus quae praecepit ei, excepto sermone Vriae hittaei: Sic Io- 2 Re. 22. et 23.
sias, non declinauit ad dexteram aut sinistram: Et, reuersus est ad Deum
in omni corde suo, et in tota anima sua iuxta omnem legem Mosis. Legatur
Psalmus 118. vbi nihil aliud praedicauit Dauid, quam se ex toto corde exquisi-
uisse, audiuisse meditatum esse et seruasse mandata Dei, quae sint lucerna pedum
desiderabilia, super aurum et argentum, dulciora melle et fauo. Et Paulus
post christum a suis aliud nihil requirit, nisi vt dilectionem eam praestent quam
requirit Moses Deut. 5. 6. Matt. 22. Rom. 13. Gal. 5. Et Rom. 8. vult legis
iusticiam in illis impleri, viuentibus secundum spiritum. Et 1 Ioa. 5 haec est charitas
Dei, vt mandata eius custodiamus, et mandata eius grauia non sunt. impossibilia non praecepit Deus
Itaque blasphemus in Deum error est, docere, Deum praecepisse impossibilia.

obijcit.

HOMINIS

Obijcit hic Lutherus: Sensus carnis nõ potest subijci legi Dei q̃ est spiritualis,
Rom. 7. & 8. Renati habent sensu carnis, iuxta illud: Ego aũt carnalis sũ, venditꝰ sub peccatum. Ergo Renati nõ possunt subijci legi Dei,
& per consequens, Nemo potest eam seruare.

Rc. Secunda propositio est falsa, quia Paulus ipse de renatis dicit: vos aũt estis in spiritu nõ in carne: qui in chro Iesu sunt, nõ sdm carnem ambulant: Crucifixerunt carnem cum concupiscentijs suis: sunt mortui peccato, &c. Cum dicit se esse carnalem, nõ logr̃ de se renouato, sed sustinet personã eius, qui adhuc peccati seruus est, q sdm carne ambulat & sine lege viuat, ac multa faciat contra conscientiam, secutus concupiam suam ducem. Quomodo enim ipse Paulus conuersus erit adhuc carnalis si auditores ipsius non amplius sunt carnales, sed sunt in spiritu? quis dicit paulũ non habuisse tantũ spiritus, quantũ habuerunt auditores, cum fateatur nõ se amplius viuere, sed chrm in se? Imo qdo de Apto hoc dici poterit, cum de impuris gentibus õibus nõ ausit ita loqui ipse, sed
1 Cor. 6. dicat: Eratis aliqui tales. (nõ omnes) Paulus sensu carnis nõ vocat affectus naturales, aut rectam rationem: sed concupiam, trahentẽ secũ
captiua mentis legem, seu rationis. Talis sensus in pijs nõ est, qui nõ patitur in se regnare peccatũ, nam qui ex Deo natus est, nõ pot peccare
1. Ioa. 3. at qui facit iusticiam, ex Deo non est. 1 Ioa. 3.

Legem ad seruandum datam. Ex priori hoc, fluxit alter error, Legem vlr nõ ad hoc datã esse, vt seruẽt, sed vt impossibilitate sua õndat, õia q̃ facimus esse peccata, & ita ad gratiam christi nos perducat, Nam vt hic scriptura contradicit, q passim clamat, propinquũ est verbum, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud, vt diligas Iehouam, vt obedias voci eius, & adhæreas illi. Sic Deut. 4. Audi Isra-
Deut. 4. & 32. 46. el præcepta quæ doceo te, vt facias ea & viuas. Item, 32. 46. vt præcipiatis ea filijs vrẽs, vt custodiant & faciant õia verba legis illius. Non enim verbum hoc frustra datum est, sed est vita vra. Sic cap. 5. 1. discite ea & opere
Deut. 5. 1. 13. complete, & docebis eos vt faciant ea, custodite igr & complete ea q̃ præcepit vobis Dns, nec declinetis ad dexteram vel ad sinistram, sed per viã quã præcepit Dns ambulabitis, vt viuatis & bene sit vobis. Iam, quare promittit se benefacturũ in mille grationes seruantibus mandata, si nõ ideo dedit vt seruentur? quare punit transgressores, si non vult vt seruentur? quare
Ioa. 7. 19. Chs exprobrat Iudæis, nemo ex vobis seruat legem? Nata aũt est peruersa illa opinio ex malo intellectu Pauli, nam cum dicit: per legem cognitio pec-
Rom. 3. cati: lex iram operatur: subintrauit vt ambũdaret delictum, & virtus pecca-
Gal. 3. ti propter transgressionẽ posita est, Est pædagogus ad chrm, hinc inferri solet: Ergo non ad hoc data est vt seruetur:
Sed vt ostendat peccatum.

Rc. Imes vnus rei diuersi nõ se mutuo tollunt. Nam vtrumq. & de hac Dei lege & de alijs õibus prædicatur. 1. quod ad obedientiã obligent. 2. quod ostendant peccatũ, & si violentur, operentur iram, ac cogant, ad grãm confugere. Imo qdo posset peccatũ õndere cum violatur, si non ad hoc data esset vt seruerentur. Tunc enim transgressio nõ esset peccatũ, nec imputaretur, sicuti, cum lex nondum fuit. Et quis ferret de humanis legibus sic dici: Leges ciuitatis hũius õndunt, quid peccatum sit, Ergo nõ debent seruari, nec ideo datæ sunt? quãto minus de lege Dei id dici debet qui tam seuere præcepit eam custodiri?
Deinde, & hinc decepti sunt, quod legerint aliquibi damnari humanã iusticiã & opera legis, nec intellexerunt quo sensu illa dicerentur. Nam scriptura nus

quã

quam damnat bona opera, sed commendat ea et extollit: sed hypocritica
et simulata opera damnat et ceremonias cum in illis iusticia constituitur.
vt cum Iudæi haberent manus inquinatas sanguine, et vellent Deo ob-
trudere sacrificia ipsa, q̄ alioq Deus mandarat, sed nō pro tantis facino-
ribus. Inde sunt illa: Num ego sacrificiū requiro de manibus vr̄is? nau-
seo ad victimas vr̄as: qui bouem mactat, perinde est, vt q canē excerebret.
Quando itaq. tales sunt mores hominū, tum dicere coguntur omnes
iusticias suas esse, instar panni immundi. Sic tempore christi et Aposto-
lorū pharisæi faciebant iusticiā suā corā hōibus, Erant persecutores
christi, sepulchra mortuor̄ hypocritæ, volebant suā et traditionū suarū
iusticiā stabilire, Dei aut̄ iusticiæ nolebant subijci, interim circumcisio-
ne et alijs ceremonijs volebant se Deo venditare. Ideo grauissime passi
repræhendunt̄, et ad pænitentiā vocantur. Deinde ex credentibus Iudæ-
is erant zelotæ, q negarent gentiles posse Dei populum esse sine circum-
cisione. Ideo cum ipsi legem nō seruarent, et alijs essent molesti ceremoniar̄ Rom. 16. Eph. 3.
inculcatione, passim a Paulo refutant̄, ostendente reuelationē mysterij ab
æterno ignorati de hac gentiū receptione in præputio. Hac occasione da-
nat opera legis ceremonialia nō simplr̄, sed quod gentibus obtruderentur.
Deinde, diserte commemorat peccata priora q̄ fecerant, et ex illis negat
eos saluari posse: Non ex operibus, inqt, iusticiæ q̄ nos feceramus. qualia
erant illa? Eramus et nos, inqt, aliquando increduli, ambulantes in concupiscē-
tijs carnis &c. vide Tit. 3. Quare, cum dr̄: ex operibus legis, nemo iustifi-
catur, intelligi debet de hypocriticis operibus decalogi et de ceremonijs pie-
tate vacuis imponendis gentibus. Ita enim Paulus ipse interpretatur ad Rom. 3. 20. 28. Gal. 3. 10.
Romanos Galatas et Titum, Vbi contra hypocrisim et circumcisionem
ex professo disputat. Ita nunc dum viuimus, communi more hominum
peierantes mœchantes latrocinantes &c rectissime dr̄: Non iustificabitur
ex operibus suis vlla caro. aut, ex tali christianismo, nemo iustificabitur
sed si q sunt, q timent Deum, sicuti nequaquā dubitari debet, etsi digito
nō semper monstrari possunt. Illi audacter dicere possunt: Dn̄e redde
mihi sdm̄ puritatem manuū mearū: Iudica me sdm̄ iusticiā meam &c.
tales in iusticia sua viuent. Ezech. 18.
Igitur discernenda diligenter sunt tempora, quando ex operibus legis ne-
mo iustificetur, et quando iustus viuat in iusticia sua. Dauid adulter
factus non iustificatur ex operibus legis, deinde cum pie viuit habet
iusticiæ testimoniū ex operibus suis, in verbo Dei. Paulus pharisæus et
persecutor nō pōt ex operibus legis iustificari, ideo fatetur se pro stercore
habuisse illam iusticiā legis (vt appellat philipp. 3. alibi aut̄ iudaismū
pharisaismū Gal. 1. traditiones, paternā legem. Act. 22. 26.) sed cum in
ministerio suo optime versatus esset post conuersionē audacter ad iustū 1. Tim. 4.
iudicem appellat: quam reddet mihi, inqt, iustus Iudex in die illa. Ita
iustum iudicem scriptura nō de fide appellat, sed de factis.
Obseruetur aut̄ et hoc, Illas locutiones: Omnes peccauerunt, nō est q fa- Rom. 3.
ciat bonū ne vnus qdem &c nō ad singulos homines pertinere, sed ad sin- generalia dicta
gulos populos, Iudæos et græcos. Vult enim docere in vtroq. populo esse plurimos

mos flagitiosos. Nam in psalmo verba ista dicuntur de impijs illis, q dicut
Ps. 14. 3. nō est Deus, nō aut de Dauide, aut de piorū Ecclesia, de quibus ibidē
dr: Deus aut in congregatione iustorum est. Deinde Pauli tempore
nō oēs æqualr erant homicidæ fures masculor concubitores ne inter gētes
qdem vt ipse cogitur dicere eratis aliqui tales 1 Cor. 6. Ideo phrasis
recte intelligenda est. Nam ipse Paulus sic interpretatur: Omni facieti
malum Iudæo primū & Græco Rom. 1.
Negabant autē pharisæi, se esse ita impuros vt gentiles, propter prærogatiua generis Abrahamici. Propterea & hoc obseruandū est, sententias
eiusmodi: nō est homo qui nō peccet: Et, ab occultis meis munda me &c
loqui de peccatis ignorantiæ, qualia sæpe inter hoēs ob imprudentiam committuntur, quæ si Deus mox morte puniret, vere nullus homo viueret,
& innocens coram illo nō esset innocens. Sed nos non comparamus hoēm
cum Deo, nam illius sanctitatem nemo consequitur, neq. eam perfectionē
Iusticia operū ad legē examinanda 424. 958. a nobis requirit: sed ad legem Dei referamus iusticiam operum, quod si lex
illa non damnat sed approbat, tum vocantur iusta bona & sancta, & iustificant illos, q ea faciunt. Nam si bona nō essent, quorsū scriptura requireret bona opera quæ nemo præstare possit? Imo qdo vocaret bona opa?
qdo Paulus diceret fideles creatos esse in chrō ad bona opera q Deus præparauit vt ambulemus in illis?
Quod vero obijcitur: Qui videt mulierem ad concupiscendum
iam mæchatus est in corde suo, Sed oēs hoēs vident ad
concupiscendum, Ergo oēs hoēs sunt mæchi & per consequens nemo pōt legem seruare, quandoqdem etiam cogitationes
damnantur.
Matt. 5. 28. R. Secunda propositio est falsa, quia qui christi sunt, crucifixerunt carnē
suā cum concupiscentijs. Nec idem est tentari a concupiscentia, & videre mulierem ad concupiscendum. Nam hoc ad habitū & assuefactionem
pertinet, cum oēs rationes qs secum comminiscitur, vt potiri possit ea, quam
amat, Illud ad subitā pmotionē seu affectionē, quæ recta ratione, & metu
iræ Dei mox repellitur. hoc modo tentari neminē damnat, sed tentationi
succumbere, id vero est quod damnat hoēm. Tentatus est Ioseph, & certe
si fuit homo & nō lapis, sensit & ipse qd caro esset, sed q2 vincit tentationē timore Dei, nusquā illi peccatū scriptura adscribit. Dauid cū
saulis iugulandi potestatē esset nactus in spelunca, certe sensit & ipse
odium erga tyrranū accedente præcipue comitis instigatione, sed quia timet
Deū, & non vult se polluere cæde, nusquā propterea repræhenditur, nec
illi quicquā obfuit illa tentatio. Aliter longe affecti erant pharisæi cōtra quos chrs disputat. Nam illi satisfieri legi Dei prædicabant, si foris
coram hoībus speciem sanctimoniæ conseruarent, et si intus arderent odijs
libidine & oībus malis affectibus, quasi Deus cor non scrutaretur. Chrs
contra docet Deū et animos velle puros & sanctos, nec contentum esse
hypocrisi. Esse igr et peccatū si cor impurū esset etiamsi factū nō accederet. Sed tamen idem ipse vt peccatum esse docet cogitationes malas, ita discrimen & gradus ponit etiam in ipsis pœnis. Nam in primo
gradu leuior multo pœna constituitur, quam in tertio, vnde minus esse
collig

colligitur irasci fratri, quam dicere fatue. Est igr sententia:
Peccari qo male cogitando si indulgeas affectui, si non executias: sed subitas
illor animorū affectiones, nequaquā in eorū nūro ponamus, q̄ si sunt pec-
cata, tanto sunt leuiora, destinatis facinoribus, quanto inuitiū minoris
senatus tollerabilius est gehema. Si enim, hoc nō concedat, mendacij
arguetur scriptura, q̄ prædicat multos iuste fecisse, quod nō verū esset,
si quæuis cogitationes apud Deū essent capitales. Cum certum sit Sanctos
illos Dei homines nō alia habuisse corda, quā nos habemus, vt q etiā ten-
tari potuerint. Hec Iacobi dictum: aliud q in vno peccat, est omni-
um reus, aliud vult, quam deberi obedientia toti legi, nec satis esse, si qs
homicida nō sit, et tūr sit adulter, Sed et hoc et illud et alia oia seruari opor-
tere. interim miqua dicit, legem seruatu esse impossibilem, imo contra in-
bet implere regalem legem.

Nihil igr aliud nisi prætextus est legis impossibilitatem accusare, quo da
nos decipimus, vt nec ab ipsis factis abstineamus, dum cogitationibus malis
patrocinamur. si Deum ipsū nō timeremus magis, quam gladiū carnifi-
cis qui tū ludus est, si ad illum ignem vrentem conferatur, nullos profecto vide
remus fures, nullos adulteros, nullos homicidas. Quis est enim tam demens
qui aliqd horum committeret, si videret ad latus semp stare carnificem
cum stricto gladio, q mox in ipso facto eum iugularet? Certe qsq; diceret
se posse abstinere, et refrigesceret facile peccandi ille ardor. Sed quia fingi-
mus Deum procul abesse et aut nō videre q facimus, aut nō mox puniturū
Ideo imbecillitate illa nobis blandimur, adeo vt fuerint, q scortationē inter
imbecillitatem humana numerarent. Sed Deus non irridetur. Nunc itaq;
quid scriptura peccatum vocet videamus.

DE PECCATO.

Ioannes vocat peccatū qdqd fit contra legem Dei. huius duo ponit
genera, peccatum ad mortem, et peccatum non ad mortem. Peccata ad
mortem vocat ea, quibus lex Dei sine exceptione denunciat mortem, vti sūt
idololatria cades adulteriū &c. Nam q talia faciunt, illor anima iubetur
extirpari e populo Dei. Peccata nō ad mortē sunt, q̄ fiunt ex ignora-
tia nō destinato consilio aut contra conscientia, qualia sunt q̄ Dauid
vocat occulta. Item pollutiones, q̄ a Mose describuntur et alia q̄ lex Dei
morte nō punit, pro qualibus erant in lege sacrificia instituta, q̄ chrs
iubet remittere medicem, pro quibus Ioannes iubet orare &c. Hæc remit
tuntur Deo benigne indulgente nostræ infirmitati, cum sciat nos esse
carnem, Illa vero puniuntur in tertia et quarta generationem, seu vt
chrs loquitur nec in hoc nec in futuro seculo remittuntur, quia sunt in
spiritum sanctum. Per illa Deus, quem ore confitemur, reipsa abnegat
per illa sanguis testamenti conculcatur pedibus, per illa profanatur tem-
plum, et fit templum Diaboli, q reuersus illuc assumtis alijs septem nequio-
ribus se spiritibus, eam demū occupat, vt ita nouissima illius hois deterio
ra fiant prioribus. Neq; n. lex Dei vsqua dicit, q cædem fecerit scien
et volens confugiat ad ciuitatem refugij, et propitiabor iniquitati illius
sed contra, ab altari meo abstrahas illum, morte moriatur. Exod. 21.
Hæc est sententia legis et iusta Dei vltio, quæ omnes terrere debet, ne

hebr. 10.
Eph. 4.
Rom. 6.
Gal. 5.
Coloss. 3.
Gen. 5. 3.
Ps. 51. 6.
Prol. 58. 4.

secure cum Deo ludant. Sic 2 Pet. 2. denuntiat idem fulmen ijs qui oculos habent plenos adulterij & a peccando cessare nesciunt, qui volutantur in inquinamentis mundi in cupiditatibus carnis & lascivia & impuritijs, tum ipsa verba palam ostendunt, tum et Sodomorum & diluuij exempla vbi talia flagitia punita sunt. Eodem consilio & Paulus 1 Cor. 10. collegit exempla peccatorum ad mortem & proponit suis, ne similia facientes, similiter a Deo perdantur, hoc enim est mori in peccatis suis. Sicut & Saul legitur occisus in peccato suo, 1 Par. 10. v. 14. Nam si Deus illis nō pepercit multo minus parcet nobis, si spiritui gratiæ contumeliā fecerimus & illum contristauerimus. Adeo sibi vbiq; constat scriptura denuncians mortem ijs, q in talibus peccatis viuunt, stipendium illorum mors est ait Paul. Et, qui talia faciunt, regnū Dei nō possidebunt: propter hæc venit ira Dei super filios incredulitatis.

Hebr. 10. Ephe. 4. Rom. 6. Gala. 5. Coloss. 3.

Hæc de peccato disputatio ad eos tantum pertinet, qui, quid peccatum sit per ætatem intelligere possunt, & inter dextra & sinistra discernere. Infantibus scriptura nullum peccatum vllum tribuit, nec punit lex Dei vllum, nisi transgressorem legis, siue eam facto ipso, siue impia mentis affectione a qua superatur, violauerit. Nec aliunde opinio illa nata est quam ex prauo intellectu scripturæ ad defendendam pædobaptismi superstitionem. Ego ex Ecclesia Dei explodenda est.

Obiectiones pro originali peccato.

1. Adam genuit Seth ad imaginem suam in corrupta natura, Ergo a natura peccatum secum attulit.

Gen. 5. 3.

R. Est ambiguitas in antecedente, quia imago illa nō est in peccato, sed in similitudine speciei quod ex hoc natus est homo. De brutis dicit scriptura: sām speciem suam vnumquodq; . Nec semp eodem refertur imago nec omnium rerum similitudine complectitur. Homo ad imagine Dei conditus est, hoc est: ratione donatus & imperio, quæ dignitas diuinum quiddā est. Vir est imago Dei, ergo debet imperare vxori, quis ferret ita colligentem: mulier quoq; est imago Dei, ergo debet imperare viro? Ego & hoc loco male peccatum imago ad peccatum refertur, cum peccare nemo possit, nisi a præeunte concupiscentia prius tentetur, q postquā concepit parit peccatum, quale nihil infantibus comemit.

2. Ecce in iniquitate natus sum, & in peccato concepit me mater mea. Ergo est peccatum originis.

Psal. 51. 6.

R. Est æquiuocatio vel ambiguitas ex non intellecta phrasi: Nam ista locutione significat summa peccandi licentia, per similitudine. Nā ea q̄ nobis innata sunt nō facile possumus deponere. Quasi dicat: Ego nō aliter peccaui ac si mihi innatum esset. Hanc aut esse sententiam dicti ondit illud Ioa. 9. cum cæco dicunt pharisæi, in peccato natus es totus, & nos doces. Quomodo illi possent obijcere pro crimine, quod in illis ipsis & in oibus alijs sanctis reperiretur? Similes locutiones sunt illæ: peccator a vulua: alienati sunt errauerunt ab vtero. Et Dauid de se psal. 22. tu es spes mea ab vberibus matris meæ, & Deus meus a ventre genitricis meæ. Hæc plane essent contraria in peccato nasci, & in vtero sperare in Deū, si peccatum originale esset.

Psal. 58. 4.

Trans.

3. Eramus natura filij iræ, sicut et cæteri,
Ergo nascimur omnes in peccato originis.

R. Paulus loquitur de Iudæis adultis, quorum circumcisio versa erat in præputium propter transgressionem legis. hoc est. Qui Deum nō minus habebat iratum quam gentes præputiatæ, q2 gentium scelera erant imitati, sicut diserte nominat concupiscentias carnis, in qbus eos ambulasse narrat. Ideo etsi natura essent genus electum, regale sacerdotium, populus Dei, filij Abraham tn̄ propter peccata erant à Deo diuisi. Estq. similitudo in phrasi. Nam natura filij iræ, sigcat quasi naturales Ethnici. Nam reipsa et simplr̄ nunquam circumcisio potest fieri præputium, aut natura sanctus, natura immundus prophanus et filius iræ. Ideo et hic locus nihil ad infantes attinet. Eph. 2. 3. natura filius iræ

4. In Adam omnes moriuntur Ergo
Natura omnes sunt peccatores. 1 Cor. 15. 22.

R. Paulus et hic loquitur de adultis, q ea peccata, q̄ commemorat Rom. 1. 2. 3. perpetrare potuerunt, quiq. viuificationē christi, quam opponit morti, intelligere et amplecti potuerunt. Exposuit enī antea se loq de ijs, q vel in lege vel sine lege peccarant. Illi oēs constituuntur peccatores vnius delicto, quia peccatum et inobedientia imitantur illius, q peccandi fecit initium et primus punitus est. Sic vt in peccato Balaam perit aut in peccato Iudæ, q via eorum imitatur. Deniq. eos damnat verbum Dei, q audire et intelligere possunt legem Dei, et eam non seruant. Illa singularia excipio, quando Deus peccata parentum visitat in liberis, vt facit Dauidis spurio 2 Sam. 12. sed tamen infanti nullum peccatum adscribitur. infantes. Deut. 1. Rom. 9.

De infantibus verbum Dei sic pronunciat quod nec bene nec male possint facere, Et quod nec bonum nec malum sciant, cum vero adolescunt extat mandatum, docebis ea filios tuos vt custodiant ea et viuant. Quod si, sicuti concupiscentia violauerint legem Dei, tunc damnantur. At sicut medicus nō gignit filium medicum, ita nec peccator gignit peccatorem, nam vtrumq3 pendet ex adultorum delectu et voluntate, nec datur à natura.

Quare et nos cum scriptura loquamur, et vocemus peccatum cū Ioanne qdqd est contra legem Dei, originale aut peccatum monachorum fabulis relinquamus. Iam vero de peccatorum remissione ex verbo Dei loquamur.

DE REMISSIONE PECCATORVM.

Sicut Scriptura vocat Deum Zelotem, visitantem iniquitatē in multas generationes, et ignem consumentem: Ita in multis locis idem ille prædicat Deus clemens et misericors, patiens et multæ misericordiæ, et ignoscens sup malicia. Exod. 34. v. 6. 7. Ionæ 4. 2. Ioel. 2. 13. Hanc ob cām reperiuntur sæpe promissiones gratiæ et remissionis peccatorum, item exempla tectorum peccatorum. Sæpe etiam præcise negatur oīs gratia et remissio, et puniuntur peccata seuerissime. Nam sicut Dauidi dicenti, peccaui Dno, responder reiecit Dns post tergum peccatum tuum: Ita Sauli idem confitenti, responder Triumphator in Israel non parcet et pænitudine nō flectitur. Neq. enim hō est vt pæniteat eum. Hoc euentus ipse declarat, q2 scribit, Deus occidit Saulem in peccato suo. Dicuntur autē mori in peccatis suis, q ~~[illegible]~~ flagitia tollunt. 2 Sam. 12. 1 Sam. 15. mori in peccatis qui cuntur

tolluntur vel morte cruenta, vel immatura vel alio aliquo modo, sic vt iudicia Dei in illis fiant manifesta, vt quos terra absorbet, quos ignis à Dño egressus deuorat. Scortator ille Num. 25. item q ob facinora à carnifice iugulantur. Quia occasione sæpe etiam innocentes pereunt, vt cum familia Achan lapidar propter furtum Iosu. 7. cum populus sæpe totus propter vnius noxam, vnde dicuntur induxisse peccatum super populum qui auditores mali sunt, vt de Aarone dicit Moses Exod. 32. Huius aut diuersitatis quod vni parcit, alteri nõ parcit, hic veniã reperit, alter nõ reperit etsi cum lacrymis quærat, caussa nulla à nobis reddi potest, propter liberrimã Dei voluntatem, qui vt misericors, ita etiã iustus vult agnosci à nobis. Neq. semp locum habet illud, quod interprætes adferunt, fictam et simulatam pænitentiã hominũ in caussa esse. Quis enĩ dicet Dauidis simulatã fuisse pænitentiã cum pro infante supplicaret? 2 Sam. 12. aut pro populo cap. vlt. et tñ nihil impetrat, donec desinat vltio. Obseruandum igr est, Scripturã offerre peccantibus remissionẽ cum conditione seriæ et tempestiuæ pænitentiæ, idq. vtplurimũ indefinite seu dubitanter, vt, si reuersi fueritis ad Deum ex totocorde: quærite Dom dum inueniri pot: dum hodie cognominatur, quis scit si conuertatur Dñs et pæniteat illum mali: si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Nam sæpe faciem suã absdit, et nõ reperitur amplius, sed effundit phialam furoris sui, vt ardeat ignis illius vsq. ad nouissima inferorum. Præterea, promissiones veniæ grales, quales sunt de reducendo populo Deu. 30. Esa. 55. nõ tam ad personas eas pertinent q peccarant, quã ad posteritatem, vt in captiuitatem babylonicam multi abducti sunt, quor plerique per illos 70 annos mortui sunt, nec veniã peccatorũ speratã consecuti sunt nisi in posteritate. Sicut et promissio terræ Canaan post quadringentos annos vix in posteritate expleta est. Tales promissiones sunt obseruandæ diligenter, ne illis abutamur, perinde, ac si Iudæi dixissent:

Deus iurauit patribus, se daturũ semini ipsor terrã chanaan, ad quam proficiscuntur. Ergo remittet nobis peccata, nec occidet in deserto, seipsos vehementer fefellissent, et tñ promissio Dei mansisset vera. Quare mihi summa totius doctrinæ huius in eo videtur consistere, vt distinguamus inter tempus gratiæ, et tempus iræ, quia dicit:

Dum inueniri potest.

Nam cum Deus vult publicas pænas inferre, et tempus iræ adducere præmittit plerumq. tempus gratiæ, et nunciat veniam pænitentibus, quod si recipiatur, pænitet illum mali, quod cogitarat facere, si repudietur, adducit tempus iræ, nec amplius locum relinquit pænitentiæ. Cum priuatæ instant pænæ, Interdum fit, vt prænuncientur, vt cum Regibus mors, deletio stirpis et similia à prophetis prædicuntur: Interdũ non fit. Hinc videmus sæpe aliquem ipso facinore deprahensũ vt adulterũ aut homicidam in manus carnificis tradi, et sine oĩ misericordia in peccato suo mori, nulla amplius relicta pænitentiæ conditione. In Iudaico populo illud Deus sedulo obseruauit, vt ad pænitentiã inuitaret, denuncians famem pestem gladium &c nisi resipiscerent. Hoc erat tempus gratiæ, de quo sunt illa:

In quacunq. hora peccator conuersus fuerit nõ recordabor

Contra, populo, fallaci ore, et lingua mendaci, ad Deũ redeunti parcitur. Psal. 78. 37.

remissio peccatorũ.

Deu. 30. Esa. 55. Ioel. 2. 14. Iona. 3. Act. 8. 22.

infantes. Deut. 1. Rom. 9.

2 Sam. 12. 1 Sam. 15.

mori in peccatis qui dicuntur.

tempus gratiæ.

bor iniquitatis illius amplius: Nolo mortem peccatoris: Si fuerint peccata vra
ve coccinu, dealbabuntur supra nuem: Conuertamini & conuertar ad vos:
Si aut negligerent has admonitiones, audiebant longe diuersas conciones, tempus ire.
inculcabatur dies Dñi horribilis, dies luctus, dies irae dolores parturientis.
ffame sunt illa: Excaeca cor populi huius: peccatum Iuda scriptu est co- ter 22.24
ram me stylo ferreo: si fuerit annulus in digito meo, detraham illud & pro-
jiciam: vos clamabitis, & non exaudiã: noli orare pro populo hoc, quia
nõ exaudiã te ter. 7.11.14. ffoc erat tempus irae. ffta loames ita
chris nouissimo tempore: agite penitentia, securis ad radicem posita est:
si vultis credere ego tum: gaudiu est in caelo super uno peccatore resi-
piscente: si filius vos liberauerit, vere liberi eritis &c. Sed cum nollent
cum regnare super se, nec agnoscerent tempus visitationis, audiũt:
Adducite illos huc & mactate coram me: non manebit lapis sup lapidẽ:
auferetur a vobis regnum Dei: moriemini in peccatis vris: nescio vos:
cecinimus vobis, noluistis saltare &c. Sic Apostoli suos auditores dilige-
ter exhortant, vt meminerint quid fuerint, quid sint & quid esse posthac
debeant: Gratis, inqt Paulus, sine Deo, sine promissione, sine chro &c, nuc
facti estis prope: nunc abluti estis: nunc sanctificati estis &c. Quid ergo
in posterum? Ambulate igr vt vocatione, vra digna est: deponite hoem
veterem: induite nouu: estote imitatores chri: Deus nõ vocauit nos ad im- 1 Ioa. 1.8.
mundiciem. Nec vspia legimus dixisse: etiamsi sape peccabitis, vt omnes
sumus corrupti natura, Deus tñ pp chrm semp vobis remittit, sed contra-
riu potius: Nolite locum dare diabolo: nolite peccare: ne regnet peccatum
in moreali corpore vro: nolite libertate abuti ad occasionem carnis. Et
constanter denunciant tempus irae: scortatores & adulteros judicabit Deus:
stipendiu illoru est mors: voluntarie peccantibus nobis, nulla restat alia
victima: qui talia faciunt regnu Dei nõ possidebunt: posteriora erunt pe-
iora prioribus.

Ergone desperandu nobis est, dicet aliqs? Nequaqua, sed cogitet qsq;
hoc ipso momento sibi dici, desiste a malo, & fac bonu, ac agat peniten-
tia quam põt celerrime, ne ira Dei, q̃ peste & gladio reuelatur de caelo
ipsu apprehendat, quis scit si paeniteat Deum mali, forte & nostri misere-
bitur, modo serio & in tempore illum requiramus. Nemo ludat cum Deo q̃
non irridetur, si condonat et, priuatim alicui peccatu, nec punit vel singu-
lari exemplo, vel per magistratu, agat illi gratias ex aio, clamet cum Dauid
de Beatus vir, cui Dñs non imputat peccatu, & nõ peccet amplius, ne illi
deterius quid contingat. Nam terra, q̃ saepe imbrem frustra recipit, tan-
dem vt sterilis repudiatur, & vinea, quae post longa expectationẽ nil nisi
labruscas parit, excindetur tandem. ffiam sententia Dei cum alibi seri-
ptura vniuersa, tum epta hebr. 6 & 10 grauiter inculcat, etiam impossibile
esse dicens tales reuocari, qui se ita in oem impuritatem projiciunt vt por-
cus in volutabru cani. Nam denunciatur obiq; mors facientibus talia.
Si tamen Deus velit, nõ est impossibile id, quod antea exemplis & promis-
sionibus qbusda ostensu est.

ffiae omnia eo tendunt vt discamus ira Dei serio extimescere, cum nihil ha-
beamus, quod nos excusare possit si peccemus. Nam & voluntatem eius
scimus

scimus in lege expressam, & ad hoc nobis legem suam commendauit, vt eã seruemus & impleamus, & talem legem dedit quam seruare possumus, & comminationes horribiles addidit aduersus transgressores. Et quanquã interdum venia offert, tñ id nõ semp facit, sed contemtũ bonitatis suæ horribiliter vleiscitur, adeo vt cum lacrymis quæsita pœnitentia nusquã reperiatur, nec diu ac multum pulsantibus fatuis virginibus aperiatur. Quare abutuntur sententia Ioannis, q volunt eam semp esse fidelium confessionem, quod peccatum habeant. Nam peccatum habere & in carne esse, & sdm carnem viuere idem sunt, hoc aũt nusquã tribuit fidelibus, sed contrariũ potius, Vos estis in spiritu Rom. 8. Item, si sdm carnem vixeritis (aut vt hic Ioannes loquitur, si peccatũ habueritis) moriemini. Igitur nõ potest nec debet semper in fidelibus esse. Aliq enim nõ erunt templum spũs Sancti, nec erunt ex Deo nati. Et, sibi ipsi contradiceret Ioannes, quia dicit eos, q ex Deo nati sunt nõ posse peccare (ad mortem) Si quis ita peccat, ille iam nõ est ex Deo, sed ex Diabolo. Nam q Deum timet, & semen eius in se habet ille citius mille mortes oppetet, quam vt adulteriũ aut cædem committat. Nam q peccat, nõ vidit Deum, nec cognouit Deum. Est igr Ioannis sententia talis:

1 Ioã. 1. 8. Si dixerimus (nos q mortui in peccatis per chrũm viuificati sumus, tum ex Iudæis tum ex gentibus) quod peccatũ nõ habeamus, aut quod non peccauerimus (hactenus sle, nam loquitur de præterito) ipsi nos seducimus, & nõ est in nobis veritas. Si aũt confiteamur (nũc) peccata nostra, fidelis est & iustus Deus vt remittat nobis. Hæc scribo vobis filioli vt nõ peccetis (ẽpsthac) et si qs peccauit (hactenus) aut peccatũ super se habuerit, habemus (nunc) aduocatũ apud patrem. Ita tota sententia aliud nõ vult, quã præterita peccata ipsis esse condonata per chrĩi mortem, in posterum requiri vt non peccent. Similis est Pauli sententia: si quis se emundauerit ab istis, erit vas in honorem. Quare & nos imitemur hoc Ioannis consiliũ, dum tempus est, & dum inueniri pot Deus, & confiteamur illi peccata nostra. Nam profecto si & nos negemus nos grauiter peccasse, ipsũ & legem eius mendacem facimus. Misericors & bonus est Dñs, quis scit, si & nunc illum pœniteat mali qd cogitat de nobis, forte & nostri miserebitur, si illum ex toto corde & tito quæsierimus. Nam certe voluntatem ipsius, nec intelleximus, nec facere studuimus, nec etiam id fieri posse credidimus. Nisi fecerimus, audiemus illam horribilem vocem, imo experiemur potius: partem ad gladiũ, partem ad ignem, partem ad ventos. &c.

Quæstion.

Quæstiones Georgij Blandratæ cum Responsionibus Joannis Sommeri.

1. An eadem sit doctrina, Imputatio iusticiæ, Substantiaq; Veteris & Noui Testamenti?

R. Si per Vetus Testamentu intelligitur totum illud tempus a mundo condito usq; ad chrm, sicuti patres inepte distinxisse videm⁹ (nisi alteru ad Judæor, alteru ad gentiu adoptione referamus) eade vtrinq; sunt oia doctrina, Imputatio Iusticiæ, fides, vita, salus, resurrectio, mors, & damnatio. Quia eiusdem gentis & linguæ hoes vtrosq; libros eadem phrasi scripserunt (nisi quod græcæ sunt lira in Nouo Testamento) nec usq; vel chrs vel Apostoli admonierunt aliud debere significare vocabula illa, quam significarint prius. Si aut cum scriptura loquimur, Vetus Testamentum tantu à Nouo differt quantum mors à vita. Nam illud est maledictio, ira, damnatio, hoc vero est remissio peccatorum, & receptio in gratiam. Hoc modo nõ recte dr Vetus Testm de toto illo ante chrm tempore, neq; quid de toto post chrm tempore, qr sæpe inuicem permutantur. Multa illic fuerunt Noua testamenta, multa hic vetera, sæpe tempus iræ, sæpe tempus gratiæ.

2. An mutatione temporum, post chri aduentum Euangelij doctrina & iustificandi ratio mutanda sit?

R. Nunqua mutata est iustificandi ratio. Nam semp iusticia fidei fuit in remissione peccatoru posita, iusticia operum, semp in observatione mandatoru Dei. Unum excipio, quando Deus totos populos adoptat & aliquid credendum proponit (vt Abrahamo, sic erit semen tuu, gentibus tempore chri, credet in Dom Jesum) tum posteritas illa fide opus nõ habet ad hoc vt Abrahamici qui christiani dicantur. Quanquã scriptura, quod sciam nusquã hanc naturalem sanctitatem vocat iustificationem. Hic illud tenendum est, ne in ambiguitate fallamur. Justificationem in scriptura nõ esse vitam æternã post mortẽ corporis vt loquuntur, sed est in hac vita. I. quoties remittuntur peccata, ibi eni nulla remittentur, sed declarabitur merces iusticiæ operã. E. Deinde quoties digne Euangelio & vocatione ambulantes Deo placem⁹

3. An tempore chri & Aplorum hoes sola fide & solida fiducia absq; operibus vitam æternã adepti sint, nunc vero fide tantu historica, & decalogi operibus indigeant?

R. Quotquot in peccatis mortui fuerunt chri tempore, fide illius viuificati sunt, absq; operibus suis. (Quis enim ex peccatis suis seu operibus malis iustificaretur?) sed hac conditione, vt deinde iusticiam legis implerent, viuentes sãm spiritum. Nam si rursu vixerint sãm carnem, mortui sunt, & sub vetus testamentu reciderunt, nec quicquã illis profuit prior imputatio, nisi fortassis Deus misertus illis remissionẽ peccatoru rursu obtulit. Omnibus temporibus eadem hæc fuit ratio, & hodie est. Fidem historicam quid dicatis, non satis intelligo. Meo iudicio, nulla pót esse fides, nisi historica, siue ad Deu siue ad prophetas

illius

illius referatur, Nempe credere vera esse, quæcunq. de illis in verbo Dei affirmantur, vt, quod sit Deus, quod sit retributor bonorũ, quod chr̃s à pr̃e exierit, quod hæc vel illa fecerit, quod sit Messias, quod prophetæ in nõe Iehouæ locuti sint &c. Ad iusticiã operũ decalogi obseruatione opus est (excipio ceremonias) hæc et olim ab illis, et hodie à nobis requiritur.

An propria fide, an vero aliena nunc iustificemur?

4 R. Sua quisq. fide viuit, cum credit sibi remitti peccata. Nam sanctitas illa, q̃ à maioribus propagatur in posteritatem, nõ appellatur vt dixi iustificatio. Ideo non hic admiscenda est.

5 Quanam ratione et fide infantes ex pijs parentibus nati, nostra ætate decedentes, iustificaũr corã Deo?

R. Infantes iustificatione opus nõ habent, quia nõ peccarunt in legem Dei quicquã. Occiduntur à Deo ob peccata parentũ, interdũ ob alias caussas, sicuti iudicia Dei sunt occulta.

6. An promissio vitæ æternæ facta sub Nouo Testamento credentibus Iesũ esse chr̃m propagetur in filios et totum semen, et vbi.

R. Promissio vitæ æternæ facta illo tempore credentibus Iesũ esse chr̃m nõ dat posteritati quicquã præter nomen christianor̃ et ius adoptionis et familiæ, vt dicantur sancti et puri, nõ prophani aut Ethnici, donec adolescant, tum si factorũ iusticiã præstant viuent, sin peccarint, vertetur sanctitas illa in immundiciem, et christianismus in ethnicismũ, et excindẽtur. Nisi Deus illor̃ misertus ex gratia rursus offerat remissionem, et condat Nouum testamentum.

7. An patribus iusticia illa spiritualis ad vitam æternã consequendam promissa sit.

R. Eadem vtrinq. est iusticia, eadem vita, eadem resurectio, quia nemo docuit alr̃ ista verba intelligi debere in concionibus chr̃i et Apostolorũ, quam prius in prophetarũ concionibus.

8. An ad vitam æternã consequendam opus sit duplici iusticia, et quæ illar̃ sit potior et alterius caussa.

R. Vtraq. iusticia nobis opus est ad vitam æternã, fidei qdem, quãdo peccauimus si Deus offerat remissionẽ: Operum vero deinde qua istã imputatã iusticiã conseruamus. Nam nisi hæc accesserit, recidimus sub maledictionẽ legis, et illa nihil prodest.

9. An patres spiritu regenerationis, quo chr̃s nos ornauit præditi fuerunt, quo si caruerunt, quanã ratione cælos ingressi sunt.

R. Regenerationis spiritus, est spr̃s timoris Dñi, hunc habuerunt q̃tq̃t à peccatis conuersi sunt, Deo in vita pia seruierunt õibus temporibus, nec quicquã plus suis contulit chr̃s per effusionẽ spr̃s, quã alijs prophetis Veteris testamenti, quantũ ad regenerationem attinet, datũ fuit. In charismatis, discrimen potest constitui.

An prẽs

An patres electi solis operibus, an fide primum deinde operibus iusticiam adepti sunt, Et, an duplex sit iusticia statuenda, coram Deo vizt et coram hoibus. 10

R. Electio apud Paulum de illis prædicatur, q peccarant, et ex damnatorum numero seligebantur à Deo, vt seruarentur et nõ manerent in morte. Illi iusticiã per imputationẽ consecuti sunt ex mera gratia, nõ em est volentis aut currentis. Ita regeniti faciunt deinde iusticiã suã ambulantes vt vocatione dignũ est. Hæc iusticia nisi corã Deo valeat frustra ostentatur apud homines. Est omnino iusticia duplex fidei et operum, vtraq. coram Deo valet, nam q̃ coram hoibus tantũ est, abominatio est apud Deum. 1 2 3

An regeniti volentes et consentientes peccent, Et, an illi non ignoranter peccantes, sed ꝓpter carnis imbecilitatẽ cadentes locum pænitentiæ reperire possunt. 11

R. Nemo peccat inuitus ad mortem, Nam eiusmodi peccata vt adulteria homicidia &c non sunt imbecilitatis. Ignorantiæ peccata lego remitti, et per deprecationẽ condonari. Peccata contumaciæ ad mortem promissionẽ remissionis quod sciam, nullam habent. Exempla tñ extant quod Deus remiserit sæpe etiã talia. Sed nemo abutatur patientia et bonitate Dei, nõ semp est misericors, sed sæpe infert iram.

Quid sit illud peccatũ voluntarium et irremissibile qd peccatũ ad mortem, pro quo orandũ nõ est, et peccatũ contra sp̃m sanctũ quod non remittitur. 12

R. Peccatũ ad mortem irremissibile in sp̃m S. pro quo orandũ nõ est, est qdqd fit contra conscientiã, cui in lege, mortis pæna est proposita, siue sit blasphemia siue aliud aliquod facinus. In filium hois dicere aliquid est ignorantiæ, vt Nathanael dicit, potest ex Nazaret quippiã boni esse? Sed manifesta opera Dei attribuere Sathanæ contra conscientiã, id est ad mortem et in sp̃m S. peccate, Mar. 3. talia nõ remittuntur, sed puniuntur in tertiã et quartã generationem. Ego chri verba sic intelligo Non remittitur, hoc est, nusquã lex Dei ondit illud esse impunitũ, sed proponit mortem facienti talia, quasi dicat: peccare in sp̃m S. est mortale peccatũ seu capitale, reliqua sunt venialia. Legimus tñ et talia esse remissa nõ semel, vt Dauidi adulteriũ suũ. At principi exercitus scortanti cum Madianitide, est peccatũ ad mortem, et moritur in sua iniquitate Manasse remittitur postquã se conuertit. Saul in peccato moritur. Igitur difficile est ex talibus exemplis constituere vniuersalẽ regulam quod Deus semp remissurus sit. Ostendit qdem mĩam in vasis misericordiæ: at idem qo iram suã ondit in vasis interitus. Operamini salutẽ cum timore et tremore ait Paul. philip. 2. 12.

An decalogi legem, filij Dei perfecte seruare possint, et ad vnguẽ obseruatis præceptis illis absq. vlla propria fide vitam æternam consequi. 13

R. Scriptura nullos agnoscit Dei filios absq. fide propria, qdo em timebit Deũ et seruabit mandata illius, q nõ credit eum malorũ vindicem et bonorũ operũ esse remuneratorem. Perfecte seruari legem ex toto corde ex totis

ex totis viribus scriptura tum dicit, cum sine hypocrisi, viuimus pie, et Deum timemus serio, nō tantū coram hōibus simulamus. Id multos fecisse testar̄ scriptura, adhuc hodie facere nequaquam dubium est.

14. An Paulus de iustificatione passim disputando, dum fidei iusticiam operibus legis opponit, de operibus hypocriticis et lege ceremoniar̄, nō aut̄ decalogi semper loquatur.

℟. Paulus opponens fidem operibus, loquitur de hypocriticis operibus totius legis (non tantū cerimoniarū) q̄ christus vbiq. damnat, vnd ēt in odium illor̄ incidit. Alioq nisi damnasset illor̄ impietatem, qd caussaerat cur illum persequerentur? Fides nō est contra bona opera, q̄ illius sunt veluti effecta.

15. An phrasis illa: Credo in chr̄m vel christo, semp de doctrina intelligatur, an aliquando ēt de eius persona, quod Iesus videlicet sit chr̄s filius Dei.

℟. Credere in chr̄m, tam ad doctrinā quā ad personā pertinet. Est enim certo statuere, eum fecisse q̄ fecit, et verbū Dei fuisse qdqd docuit.

16. An Sacramenta ab Ecclesijs Dei pellenda sint tanquam superuacanea.

℟. Sacramentorū superstitionē prorsus damno, præcipue baptismi, ac ne vocem qdem sacramenti hoc sensu recipio, quia nusquā scriptura vocat mysteria seu arcana. Si baptismus ex consuetudine vt imitatio veteris instituti memoriæ caussa, retineretur tollerabilius esset: sed aliquid ibi quærere, aut tanquam nobis mandatū velle seruare contra scripturā est, q̄ ad tempus certum pertinuisse ōndit. Et si nunc ad remissionem peccatorū vsurpetur, non minus habet impietatis, quam adorare idolum. Cœna similr̄ quid habet cum descriptione Pauli commune? vbi cibor̄ apparatus in quo quisq. alterū expectet? vbi pauperes adhibiti? Vbi in nostris regionibus consuetudo illa Iudaica frangendi panis initio accubitus? Imo qdo tota ciuitas in vno loco simul accumbet, q̄ Ecclesiæ nomē vsurpat? Apostolorū temporibus fuit facile, vbi in magna ēt ciuitate paucissimi fuere chr̄iani, Sed hoc nostro tempore impossibile est. Vt nunc vsurpatur, nō caret superstitione, et non minus ridiculum est totū actiōis genus, quam cum in comedijs nuptiæ repræsentantur paucis bellarijs appositis. Si restitui debet, priuatim fieri necesse est, sicut Ierosolymis cum creuisset numerus frangebant panem circa domos.

17. An animæ hominū piorū, id est, mens et interior homo à Deo regenitus vna cum corpore euanescat, vel in aliā mutetur materiam veluti corpus.

℟. Animas mori lego duplici sensu, primo, cum hō extinguitur, sdo, cum damnatur, siue in Gehennā conijcitur, euanescere aut in aliud mutari nusquam lego, ad Deum redire q dedit lego. De physica sūba illarū post mortem scriptura nihil scit, philosophor̄ quorundā inuentū ē.

18. An Angeli dæmones et animæ sint res subsistentes.

℟. Quid sint angeli aut dæmones, nusquā dicit scriptura quo ad sūbiam.

Nam.

Nam sp̄rs et angeli vox ad celeritatem ministerij pertinet. Cum videntur, aut apparent, aut aliquid agunt, tum reuera existunt, qdqd etiam sint. An post apparitiones subsistant nescio, qz nusquā scriptum est, nec sane ē articulus fidei. Nisi forte illud recipimus simplr dici, quod legimus eos circumstare thronū Dei, et multa millia ministrare ei.

An Reges, principes magistratus omnes q gladium vibrant et iustum bellū gerunt, extra Ecclam censeri debeant. 19

R. Magistratus gladium vibrantes christianos esse posse concedo, sed nullum exemplum monstrare possū. Mihi qdem, qsqs christiane viuit, chr̄ianus est. Quid in illo ordine reperiamus pietatis, eos iudicare oportet, qbus res aularū sunt notæ; Deus iudicabit melius. Sed quamdiu durant inter nos leges et consuetudines cum Deo et natura pugnantes, qualis in hoc regno ē de conducendis emticijs testibus, nō possū agnoscere christianismū.

An christus absq. semine Iosephi et concubitu conceptus sit, Et, an Dei filius adoptiuus dici vere possit. 20.

R. De Iosephi semine nihil lego, Iosephi filium dici sicut Dauidis et Abrahæ lego. Et in hac re magnā esse scripturæ obscuritatem, ne dicā pugnantiam non ignoras. Meæ saluti nihil decedit in hac re nec accedit; fateor me ignorare. Adoptiuū filiū Dei esse chr̄m arbitror vere et proprie dici sicuti alij oēs fideles (seruata illa sua prærogatiua) Naturalem qo filium illius dici posse concedo, quandoquidem nos oēs q credimus naturæ diuinæ sumus participes. Deus nec habuit nec habiturus est filiū ex hoībus nisi adoptiuū. Nam quid simile Deus et homo quo ad substantiam?

An Dei electio pt æterna prædestinatio conditionalr facta sit et non sdm beneplacitum voluntatis eius. 21.

R. Beneplacitū voluntatis Dei in electione nō tollit conditionē vitæ sanctæ. Sumus electi ante conditum mundum, sed ad hoc, vt simus irreprehensibiles coram Deo, nec quisquā electus haberi debet nisi bene viuat postquam à Deo vocatus est.

An Adæ peccatum infantibus et posteris oībus aliquid animæ et corpori obfuerit, illaq. propagata labes peccatū originis dici possit.

R. Peccatum originis est hoīs inuentū. Natura sua neminē damnat, nisi erumpat in actiones contra legem Dei, tum damnat cum ad similitudinem Adæ peccamus. finis.

Laus tibi pro donis sit Deus alme tuis

DISPVTATIO SCHOlastica, Iacobi Palæologi.

Diuinor̄ et humanor̄ commixtio.

Humanis commentis res miscere diuinas, apud oē genus hominū inter piacula fuit numeratum illa, q̄ hostijs et sacrificijs multis vix expiari possunt. Voluit n. Deus sua ab humanis esse discreta, neq. p̄misit hōi vllo tempore, vt rite coniungeret, q̄ ipse p̄uidenter separasset. Vnde, q̄ aīr ista tractare tentauerunt, et res diuinas perinde, atq. si vnius gr̄is essent, cū humanis connectere sunt ausi, magnis pœnis affectos à Deo fuisse legimus, abs q̄bus eos ne diuturna q̄dem pœnitētia liberare potuit. Sed et natura ipsa, parens rer̄ humanar̄, illisq. veluti domina p̄posita præsēti deo nō minus assurgit, quā ipi à rebus humanis assurgatur.

Quamobrē cum Deus è cælo descendere velle sig̃casset, et veluti hō per terras cum suo populo iter arripere, flumina rapidissima retrorsū sunt versa, montes exultauerūt sicut agni ouium, et colles tripudiarūt sicut arietes, et, nunc montes se demiserūt ad altitudinem colliū, nunc colles se erexerūt ad montiū sublimitatē, nunc valles collib̄ montibusue se adæquarunt, vt plana et facilis esset via cogente natura, q̄ p̄sentiæ mattis Dei se submittebat peregrinādi Deo. Hæc nos docet natura, hæc dictat rō, ad hæc noscenda nos impellit id, quo nescimus esse nos hōes. Hæc ab exp̄lis historiar̄ et illustrant̄ et rapiunt̄ pro legibus, ne sine cā illa aliquando euenisse q̄squam existimare posset, hæc possit vniuersitatis ordo.

Diuina cūr humanis similitudinibus miscent̄.

Verū postq̄m Deus sua ab hōibus, vt intelligerer̄, tractari voluit, et assurgere hōem iussit, et se demittere est dignatus, vt æqualitas q̄dam exsurgere inter hōem exaltatū et Deū veluti humiliatū viderer̄, et consociatio diuinor̄ cū humanis exoriretur, vt hō per humana diuina imbiberet, et in animū recipere posset, fieretq. quadamtenus ex hōe, Deus. Quis enī vnquā vidit hōem debilis visus ipsū solis iubar conspicientē propius admotū potuisse? Nonne cogit̄ ille aut perdere visū, si oculos aperire coner̄, aut semp̄ tenere clausos oculos quoad solis splendor illustrat oīa? In tenebris tū, receptus ille lucidus solis aspectus aliqua rōne à quouiscunq. debiliū oculor̄ hōe conspici posset, q. lux cū tenebris commixta à visū sine difficultate admittatur, cum tenebræ, q̄bus assueta est in solitū debilis visus hospūm recipiunt̄.

Hinc videmus Sanctos et familiares Deo hōes, nō abstinuisse ab hoc crimine, quod q̄dem crimen esset, si naturā magr̄am secuti fuissent illi hōes. Nam Deus, q̄ ita voluit, vt hōes ad intelligentiā diuinar̄ rerū erigerent̄, effecit, vt quod alioq. sua sponte ad piacula transire debuisset, inter virtutes numerarer̄. Non abstinuerūt ergo illi hōes ab hoc, natura sua, piaculo dignaōne aut̄ Dei opere virtutis resq. humanas interposuerūt, ita volente Deo, diuinis, vnamq. massā ex vtrisq. fecerūt vt hōibus prodessent, q̄ diuinas res nisi vestitas indumento humano cernere nō poterant. Vnde, quamuis oēs illi dicant: vidimus visiones: attā cum Deus dicat p̄ manus p̄phetar̄ meorū

dedi si-

dedi similitudines, intelligimus Deū, & nō hoem, illa visa, q̄ formas se viderunt hoēs, illis similitudinibus, q̄ continere & referre audientibus & videntibus possent, diuina illa q̄ signari hoībus volebat Deus. Neq. hic mī est sermo de his, q̄ vnus vidit, & alius visa explicuit, neq. de illis, q̄ ita visa sunt, vt visor rō rerū humanār iudicarēt esse suscepta cura: sed de illis, q̄ videnr arcanas Dei deliberationes, & abstrusa consilia, in qbus nullus admitti solet hō explicare. Nam quod pistor, quod pincerna, quod pharao aūq quod Belsasar oculis vidit, minus est, quā quod Ioseph & Daniel, q̄ alij viderunt sunt ipsi interpretati, neutrū tñ, aut illud magnū est, aut hoc piaculum. Quod si & hic maius est, quā ibi deus, & in neutro est crimen, & honore ornabit ille, & crimine carere dicendus est, q̄ quod vidit ipse & alijs, vt docerent, est interpretatus: Haec usu venire solere videnr & ad humanār rer curā, quia qd fieri oporteat, qd cuius sit cā, qd cui obsistere, & illud reprimere possit significatur pertinere. Nostra maiora ampliora augustiora sunt de qbus loquimur, hoc est, soli Deo nota, & a solo Deo concepta & nata, ad q̄ mens pertingere somnians vigilans posset hō, si a Deo nō erigerer, vt illa & capere, & intelligere posset suis formis & figuris, quas formas & figuras, q̄ in hoīs mente, cui haec patefiunt, sunt explicata & assimilata, hoībus alijs depingi & deliniri valerent. Illa facit Deus, q̄ hō facere nō auderet, haec ponit hō, q̄ nō intelligerer ab hoē, si Deus p se illa ponere sua lingua voluisset. Talia sunt illa, Non ab vno visa, & ab alio exposita, nō de rer humanār statu, q̄ vidit, idē sūt exposuisse narratur, sed de rebus altissimis & supremis & ad solū Deum pertinentibus: Eo, inqt, anno, quo Rex Osias est mortuus, vidi Dōm sedentē sup soliū excelsū & erectū, & fimbriae eius templum replebant, & seraphim stabant sup solij basim, eranq. vtrisq. sex alae, duabus qsq. a sua parte aut dextra aut sinistra, tegebat qsq. faciem suā, & duabus operiebant pedes suos, vt ita & ipsi & solium in quo sedebat Iehouah videri oculis spectantiū nō posset, atq. duabus volabat, ferens huc illuc ad nutū Dei solium eius, quo ipse iubebat. Cantus aut edebar alternatus, ab vno hinc, & ab altero inde, & dicebar: Sanctus Sanctus sanctus est Iehouah potentissimus & sacerrimus, cuius gloria est tota, terra plena. & cum haec canerent, commota sunt superliminaria templi postibus incumbentia a voce vocantis me & dicentis: quem mittam & qs ibit ad hunc populū pro nobis? Et ego tum dixi: Ecce ego mitte me. Qua Deus apud se decernebat, dicit iste Vates, se vidisse Deum in templo sgt deliberante, in ea parte templi, vbi erat arca, & Deus a populo adorabar & vidisse se dicit id, quod videri nō poterat. Iehouā sgt in Solio excelso sedente. Verū cū hoc solium, esset intra templū, necesse est vt altitudine superaret templo, cum vero faciem eius q̄ in solio sedebat videre nō posset, quod tegerer ab alis seraphimis, eum tñ dicit se nouisse, fuisse Iehouā, q̄ ad se loqueret, q̄ solium occupabat: vel a loco, quod arca esset sedes Dei, & in templo nullū Deus (præter se in solio

arcana Dei dam cur fictis similitudinibus patefiunt. sua

Iob. 1. 6.

Esa 6.

3 Reg. 22. 17.

in solio suo sedere permitteret cum esset Deus deor: vel ab horrore quē sentiebat ex ꝓsentia et voce viui Dei, cum alij dij essēt mortui, et sine vita et voce: siue à cura populi Israëlitici q̄ nō erat sub tutela alior deor, quam vnius veri Dei: siue à multitudine circumstantis soliū exercitus parata ad obsequendū illi q̄ in solio sedebat, cū alij dij nō, nisi imaginario exercitu superbirent. Ita Esaias Deum inuisū dicit se vidisse viuens in terra, Deum quē cælū et terra capere nō pōt narrat, conclusū fuisse quatuor templi parietibus, Deū sedisse dicit, q̄ nunq̄ aut stetit aut sedit aut accubuit, et Deū se audiuisse disserit, cuius vocem nunquā terra audiuit quin contremuerit, et Dei consilio se interfuisse dicit, et suā sententiā rogatus protulisse, cum sciret Deū nullius egere consilio. Sed q̄do ille tantā molē diuini consilij, tanquā à Iehouah pronunciari narrare potuisset populo cuia intererat scire, nisi illam à Deo esse, certissima demonstratione intellexisset? q̄do aut certissima et firmissima illa demonstratio esse potuisset q̄ nō à notis et perspectis ab eo, q̄ audacissime et animosissime alijs nunciare debebat, incederet, et ab initijs ad summas progrederer: sed per alta quædam ardua et inaccessa hoī prouoluerer et deflueret? Hanc obrē igr Deus, fictis et excogitatis quas mens hoīs capere poterat, similitudinibus, sua arcana consilia hoī patefacere voluit, vt hō, q̄d Deus desideraret melius, et nō quod Deus dignus esset q̄ ita describerer, intelligeretur.

arcana Dei cur fictis similitudinibus patefiūt

Tale est illud quod scriptū alibi est: Quadam, inq̄t, die, venerūt filij Dei, vt starent corā Dño, venit aut et Sathan in mediū eor vt corā Dño staret, et dixit ei Dñs vnde venis? vidistine seruū meū Iobū sanctū et innocentē? Et ille, perlustraui, inq̄t, terrā, et eam sū peruagatus, Iobū q̄o vidi et sanctū esse confiteor, sed nō ob aliā cām hoc illi studiū, vt sanctē viuat placere scias, nisi quod videat sancte viuendo succedere illi oīa felr. Hæc ad hunc et sequentem modū sunt scripta, q̄ si scripta, suis cū circumstantijs et deliberationibus et sententiar petitionibus humano more nō essent, q̄do ab hoē intelligi posset nihil accidisse Iobo, quod Deus, bene re consulta et examinata, ad specimē dandū, quantus esset Iobus, et quod amaret Deū, cum sciret amabilem rem esse Deū, et nō ꝓpter beneficia q̄ recepisset à Deo accidere in Iobū annuisset et permisisset? Quis vnquā ausus fuisset dicere Sathanā interesse consilijs diuinis et sententiā suā dicere, cū Deus nec sanctor nec immundor spirituū consilio opus habeat, nisi Deus his similitudinibus, quas extare voluit, allicere hoēs voluisset, ad intelligendū quo ordine et qua ratione cuncta curaret?

Iob. 1. 6.

Esa. 6. 1

Cum his quadrat illud, quod tempore q̄dem aut est omniū primū aut mediū: Vidi, inq̄t, vniuersos Israëlitas dispersos in montibus quasi oues, q̄ nō hēnt pastorē. Dixitq̄ Dñs: nō hēnt illi Dōm. Reuertar igr, postq̄ nō hēnt Dm, vnusq̄sq̄ ad suā domū in pace. Et q̄dem ista, fugati et palantis exercitus sine duce descriptio videri pōt, ideoq̄ ad res humanas trahenda: verū enimuero q̄d narratio sequens nisi explicatio est multoties nūciati per ꝓphetas diuini decreti? Vidi, inq̄t, mox iste ipse, Dm sedentē sup solium suū, et cunctus exercitus cælor stabat iuxta eū, ad dexterā eius, et ad sinistrā eius, et dixit Dñs: q̄s persuadebit Achabo vt q̄scendat, et cadat et moueat bellū, et in bello moriar? Et consultatū est varijs sentētijs, Egressus aut q̄dam sp̄rs dixit: Ego egrediar, et ero sp̄rs mendax in eor ore, quor consilio cuncta gerit Achabus, et illi persuadebo et proficiscer in bellū, et huius consiliū laudauit Iehouah. Nouimus q̄dem his narrationib

3 Reg. 22. 17.

monē

monentibus, qdo Deus ꝯ puniat malos ꝯ affligat suos per ministeriũ malor spiritũ: sed nullus est tam temerarius scriptor, q auderet inter consulto: res Dei aliqua creaturam mumerare, et si admittenda consuisset aliquam, vt malos spũs consilio Dei adsistere diceret, ꝯ eos nõ solũ de suffragio ꝯ dicta sentia laudare: verũ ẽt quod præ cæteris prudentius consuluissent affirmare tentaret. Sed ista sunt vt dictũ est, Dei permissa sanctis scriptoribus iura, vt divina humanis similitudimibus miscere valeant, vt salus hoi conciliari queat ceu vmi studiis studere Deus commemoratur. At enim si alio tempore hoc ce ro maxime si adesset Elias Esaias Heremias Micheas ꝯ alij sancti ꝯ celeber rimi Vates, necessariũ sibi ducerent, Deũ Verũ in varias formas transforma di, ꝯ in diuersas similitudines commutandi, vt populus tandẽ aliquãdo post va rios disputationũ anfractus ꝯ disceptationũ Meandros, intelligere posset quotus esset Deus, postquã qs ꝯ qualis esset ab oibus videretur sciri ꝯ intelligi. Cum em hões Euangelium iamdudu corrosũ a blattis ꝯ tineis, accepissent in manus, ꝯ alios populos leuare falsa doctrina qua onerati fuerãt ad illũ dẽ ꝯ repurgare, veluti Augiæ stabula, ꝯ illos, noua ꝯ repastinato ꝯ emundato humanar cogitationũ commentis, Euangelio, doctrinã imbuere ꝯ docere cepisse velle viderentur, quamuis alijs alij felicius operi incubuisse successus compro: baret: oẽs tñ, quantũ ad ea, q̃ publice docerent, fœda illa ꝯ insana cogitatio: nẽ, de vno ꝯ trino, vno Deo vero, qua Roma ferro ꝯ igni tuebar deponere nolle constituerunt. Quod si qs examinat diligentius oia, ꝯ res rebus confert, nihil cla- rius eminere, nihil magis necessariũ ponni, nihil nervosius disputari, nihil nume rosioribus sententijs suaderi in sacris bibljs comperiet, qua Vnũ esse Deũ, nõ solũ natura q̃ multiplicari nequit, verũ ẽt individuo, quo vno contenta est divina na tura. Quot em sacra dicta, Iesu esse Christum, Gentes esse in gratiam receptas a Deo, Dei aterna prædestinatione, in Ecclesia esse peccatorũ venia, in hoc esse nunc seruũ, nunc liberũ arbitriũ, ꝯ alia q̃ disputant, ꝯ pro quor tutela exilia vmu la ꝯ mortes ferunt hões, demonstrant ꝯ pronunciant? decem, viginti, centum, vltra progredi quũ poteris? Et vnũ tñ dictu satis esset, cum veritas Dei est nõ in numero, sed in Dei verbo, in quo qcqd scriptũ est, Dei verbũ est. Nunc ista oia cum oibus sententijs, q̃ pro istis suadendis sunt scripta, confer cũ hoc vno, de v no Deo, argnto, pro hoc vno, plura, clariora, ponderosiora, opportuniora, qua pro il lis oibus simul, in verbo Dei innumeris testimonia. Et prodigij vicem habet vt in peccato discutiẽdo toe viderint isti Euangelij reformatores, quot scripserũt, ꝯ vnũ Deũ natura ꝯ individuo ꝯ dictũ a corpore ꝯ ab vmbra sacrorũ bibl lior, minꝰ cernere oculis, palpare manibus, auribus audire loquentẽ potuerint. Et qdem nõ libere proferemus quod verbum Dei docet oes? Cui vnqua contigit salus, qui plures nuro Deos coleret? Et vbi legit, illis salutẽ non contigisse, q ea nescirent, q̃ ab istis messe peccato narram? Sed neq; in pntia qstio est de Dei ignoratione: sed de scia, quotusnam sit Deus nuro, vnus, an plures. Male ego esse hoẽm sine vllo Deo quam cum tribus dijs, nõ quod illud sit bonũ, sed quam am hinc maior soluit multa. Perlustremus sacras historias, inueniemus plus pœnar dedisse hões plures colentes deos, quã q̃ nullũ, vtrumq; tñ malũ est, ꝯ mu su mimini, ꝯ ob id se nobis patefecit, vt intelligeremus neq; nullũ esse Deũ neq; plures vno. Quamuis a Paulo Ephesij, q̃ plures nuro colerent Deos, nullum habuisse Deũ sint dicti, nõ minus qua hi apud quos missi sunt dij, nullũ habere Deũ dici soleant. Et hæc qdem hoi ab hoe ferenda esse viderent, q̃ Deus alioqui æquo ãio munꝰ ferre voluit, nisi res ad ferrũ ꝯ ignẽ esset deducta, et nisi Deus ab his q̃ios excitat aliud requireret ꝯ postularet. Nam satis

erat

divina cum humanis miscerí. p. 459.
scopus & cipitius sacrorũ bibliorũ
Luc. 12. 51.
cur mala, aut per ministros sentẽtiam Dei mittam
divina cum humanis miscerí. p. 462.
mulierem Deorũ cum qua noxiam

erat Eliæ id vnũ colere Numen, quod numen esse nouerat, quid sua interesse poterat, si Samaria plures coleret Deos? Sed is Deus, q sibi ꝑprios honores detrahi, & aut alijs dari dees, aut cum alijs q facta sunt ab hominibus, deitatis vnius indiuidua cõcare indignissimle & iniquissime ferre solet ipse, nunc obscurissimos, nunc clarissimos hões, & eos reddat Elias, aut Eliæ socios, vt honores, q ẽi, ab alijs detracti, ꝓpio suo integri reseruẽtur, & ipsi soli vni indiuiduo diuinitus, quod ꝑis nõe compellare solet referant accepti. Finẽ videre est, & plane operæpretiũ est videre Eliam, nudũ, exterrem, solum relictum, fame, frigore, æstu enectũ, omnis armis se tuente, inermi verbo Dei, contra ferrũ & ignes, contra opes, & vires, contra immẽsam multitudinẽ doctor & indoctor, ille silere nõ ꝓt, quoniã illi nõ est integrũ silere, vi continere se nõ valent, quin irruant in proloqui tentantem. Dei vnius est, aut permittere vt ille sileat & quiescat, & nõ loquar, vbi nullus est q audiat, aut ab his tollere vires & arma vt, etsi velint nocere, nequeant. Hoc aũt facere cũ Deus nolit, vt aut ille saluti & quieti silendo & fuga in peregrinas terras in Sydonẽ in Ægyptũ in Babylonẽ sibi consulendo fruat, aut isti intra verbor & disceptationũ terminos se contineant, & ne vltra hos ad arma capienda ꝓcedant, omnis sua tutela proruat, edunt hæ, quas videmus & experimur carnificinæ, vt ibi sit mãcellũ mactandis ꝓbis destinatũ, vbi Elias cum suis tutũ hospitium habere deberet receptaculũ. Iniquissimũ aũt omniũ malorũ videri esse, iudicium cõe hominũ, quo sanctissimi viri, q silere nequeunt, ꝙm Deus illos silere nõ patitur premunt. Existimant tẽ ferrũ quo necant, & bellum quo petũnt ipsi attulisse in mundum, & in manus dedisse hominũ, vt hões haberent, quo eos peterent & trucidarent. Gladium, inquit, & ignẽ veni vt in terram iacerem, & spargerem, vnde necessariũ est vt sequant mala. Sed quis est illo correptus ignis, & illo occisus ferro? Non alius qua is, q illa in terrã intulit, vt ab his occiderer, ꝙs illa dedit in manus. Quamobrem qd aliud hic sentiendũ esse deliberari ꝓt, nisi Deũ vna cũ hoĩbus, quos sanctos esse & dignos æterna vita, nõ alijs licet, qua posteris sui honoris vindicibus & assertoribus mittere & cæs, odior, verũ sẽt suum ad quod mucianduꝫ illos mittit, & ferrũ dare, quo illi trucidentur in manus ab his, quos ipse odit, vt damnationis æternæ metas attingant quam celerrime. In hac rẽ inꝑata, perturbatione, cum illi impugnant veritatẽ, q propugnare deberent, & ꝙbus propugnantibus facilis ratio iniri posset, vt ab oĩbus christianis veritas Dei, pro Dei veritate agnosceretur imbiberet colerẽ, quis pro indignitate rei nõ cõfunderet diuina cũ humanis, & Deũ ipsũ cui vni student gratificari, suo quodq. sensu, q sunt, quæ fuerunt, q erunt, oia transformaret, quoad, licet ad ꝓbabilitatem hominũ in varias formas? imaginandũ plane est & fingendum vt possis, posita mihi imaginando & fingendo, videris prodesse nõ posse, & quod velis nõ posse, aut ipse dicere, aut ab alijs intelligi. Eadẽm illi duo, cum alius qda in huius vnius Dei sãctã indiuiduã tractatione ꝑiclitaretur de vita, nec locũ tutũ sibi fore aliquem æstimaret dixisset: relictus sum ego solus, & quærunt ãiam meã, sedentẽ in solio Deũ viderunt, & deliberantem audierunt. Omnis qdẽ illud: quis decipiet Achabum vt pereat, q sẽt multitudinẽ deor sãm indiuidua coleret, & vnum in indiuiduo Deũ colentes

scopus & ciptius sa crõ bibliõ

Luc. 12. 51.

Iux mala per mimistros mittantur

diuina cum humanis miscẽtur. 462.

ego multorũ Deor cultus quã noxius.

3 Reg.

tes occideret: Alter vero, hoc: quem mittam, qs nobis ibit vt cæcos esse nēpe nunciaret populos surdos et insensibiles, quidē patriū vnū in indiuiduo nō cernerent, et nō præsentē sentirent, sed deos ægyptios et babylonios nūro multos perquirerent et inuentos complecterenr, accommoda plane seculo illi delineata similitudine demonstrantes legentibus cā quam merentur argtm et quam intelligi a populo cupiebant. Nostra tempora aliud quærunt, cum et satis sit missū hominū, q ad mortē vsq. nunciarent, et satis cæcitatis esse in auditorijs intelligar. cum in Euangelio Euangeliū quærar, et desiderar a nuncio Euangelio vbi sit Euangeliū intelligar, sicut illi cæcitatis et surditatis accusati sunt ab Aplis, q de chro quærebant, vbi esset chrs, et cū et ille diceret: Ego sum chrs, et alij de illo testificarenr, qui ille esset chrs et illi refragabanr dicentes: tu de te ipso testimoniū phibes, testimoniū tuū verum nō est, et istis se opponebant dicentes: dæmoniū habetis, ignari estis legis nunqd ex principibus hoc credit? quam igr formā et imaginē, sdm quā repræsentari Deū nostro seculo cupiunt, ambiunt, flagitant, contendunt, cælū terra maria montes colles valles antra flumina fontes lacus stagna arbores marmora, et qdqd est aut sensus aut rōnis quod cæli ambitus contineat, et terra sustentet aut in mari degat eam aptā et accommodā nō iudicare nō est nostrū q similitudinibus illis oportere vti scimus q maxime faciunt ad populi captū et intelligentiam. Tales aut pleraq. oēs sunt q cum desiderio populi quadrant et exæquanr, parit enim desideriū auiditatē, auiditas aut totū id haurit et in medullas traijcit, quod cū illo cui inhiat est apta insinuatiōe est coniunctum, et copulatum. Vt aut hoc fiat, suadent sanguines istiō vnius indiuidui diuini, qui solus pr Deus dr cā, occisor, cineres combustorū, cadauera aut crucifixor, aut aquis suffocator, membra discerpta equor caudis et pilis, ad ostentationē victoriæ et incuciendū alijs metum præfixa et turriū excelsar, cacuminibus pendentia, vincula multor, exilia innumeror nuditas et mendicitas nō paucor calamitates et infortunia nō semel ingruentia nonnullor. Quamuis aut veritas dicat, Mundum nunquā fuisse dignū talibus viris, q in mundo nati a Deo, sunt veluti indigni mundo, et dignissimi cælo, ex mundo exemti: attan mendaciū nō desinit vociferari, indignos esse huiusmodi, qui viuere diu in mundo debeant. Hor igr vociferationibus ad soliū Dei a 24 senatoribus multum diuq. propositis et naturæ desiderio, q se madefieri innocentū sanguine ferebat indignissime et cæli frequenti fuga, quod huiusmodi spectacula auersarer, motus ego omniū bonorum votis satisfacere, et hanc veluti postremā huius argnti buccinā apertis et signantibus sonis inflare, Deumq. mihi et cælestes incolas ad modulos meos cōformare et imaginari, patier aut hoc fieri is q videt oīa et scit quo animo hæc fiant. Impellor aut vt ita faciā, qm sæpe accidit vt sit væ nō annuncianti id, quod intelligit alijs prodesse posse. Materia aut talis ē vt in ea dare formas, et spes diuinis rebus nō sit abradere a sanctis quātumuis minimā sanctitatem, cum sancta inter sancta nō solū semp sancta conseruenr, ver et suā sanctitudinē aspergant, nō sanctis rebus si contingeret vt res nō sanctæ prodesse posse viderenr sanctis rebus, et ob eā cām illis insinuari oportere operæpreciū fore iudicaretur.

Patrotheos igr cælū ppriā suæ quietis et consuetā sedem incolebat, et infinita vt infinita est suor ministror omniū inuisibiliū et corporator multitudine circumcingebar. Ipse medius in suo solio sedens spectandus et beans oēs se spectantes, solijs assidere suos senatores iusserat. Iesu ad dexterā suam posito. Hic ordinarius erat consessus, neq. patrotheos vnquā deerat, sed certis

Mala quibus afficiuntur pij.

Senatus cælestis de rebus mortalium consultans

Oratio 24 senior.

propō scripti

Oratio Iesu chri

consessu cælestium

SCHOLASTICA

certis horis consessus huiusmodi videbar̄ indictus, vt nō de se alius in alium dicerent cælicolæ, cum omniū esset vna voluntas, vnū desideriū, pax summa, sine indigentia, sine metu, sine spe, sine gaudio, sine tristicia, sine fame sine siti, sine lacrymis, sine mærore, et omniū esset æquabilis et continuata, ex summa felicitatis nunquā perdendæ aut minuendæ solida et firma possessione, exultatio et vita suauis concors et amæna; sed de terrā colētibus, aliqd, vt occasio ferebat, pertractarer̄. Concuciebar̄ aut̄ cælū, et immoto Deo, suo tremore sigcationes dabat, aliquid serij, quod celerē requireret deliberationē, à mortalibus peti, cæca qo cæli spiracula sursū versus ad sedem Dei, susurros edebant incerta insuetis loco notioris. Tanto aut̄ impetu protrudebanr̄, vt radios solares diceres, si in hoc orbo fuisses, et per specularia, si quando rimula occurrit, pænetrare in ædes solis cū aëre vires videres, alij fumos odoratos appellabant, et ita plane fit, cum igni copioso ingesto fumus exitū, cum nō liber datur, quærit, et per foraminosa loca exit veluti linea in directū protensa liber, tum perstrepere cœlites, q qd esset intelligebant, et tot annor̄ diurnas nocturnas stato semp tempore prout mortalium caussis tempus erat addictū, et diuturnas querelas indigne ferre. Innuere igr̄ alij q longius, alijs q proprius stabant ceperūt, et murmuratq. susurri vndiq. coorti, oīa puadere, male sȝt geri cum mortalibus, q cælestes essent recepturi sedes ab his, q ad orcum approperarēt. Datum igr̄ est negotiū senatoribus 24, q proxime Deo assidebant, suis qsq. in solijs, cum illorum vnus habita occasione, cum assurrexisset, et surgendo sigcasset se aliqd habere quod diceret, et Deus annuisset, vt qcqd vellet diceret, in hunc modū est exorsus sermonē:

Senatus cælestis de rebus mortalium consultans

Altissime Deus et Pater cum noster tum mortaliū omniū q te norūt colunt et obseruant, infra nos curricula annor̄ et seculor̄ multa transacta sunt, et ab initio illor̄ ad hunc vsq. diem vnus tenor est clamoris et precis petentiū salutem, tuos, quos veluti vasa selecta deposuisti tibi, ad quoduis opus honestū, arduū, difficile, necessariū, affligunt, vinciunt, occidunt, hi, q tui esse vellent voluntate, sicut sunt natura, si possent, facile aut̄ possent si tu id esse velles et velle constitueres, quod ipsi dicunt, te et esse et velle. Nam tu Vnus nobis testibus, q te cernimus et adoramus, es, nihilq. vis qd tuā voluntatē dedeceat. Ipsi te trinū esse volunt, duosq. socios tibi coniungunt, neq. te solū, nisi alij duo socij tibi coniunganr̄, adorandū esse dicūt affirmantq.:; sanctor̄ viror̄ neces acceptissimū esse tibi sacrificiū, et beneplacentē victimā, illi aut̄ quor̄ clamores in æternitate à centenis et millenis vlterioribusq. secularibus cursibus, audire nō desinis, et quod te vnū esse asserunt cedunr̄, et isti cædere nō desistunt, quod illos cædendo tuā se grām demereri existimant, . Petunt igr̄ vt illis succurras, et aut ad nos vtpote pres nostros transferas, aut istor̄ vires enerues, ne illis porro nocere valeant. Dixerat ille, cui peroranti annuit et assessor̄ senatus, et circumflua frequentium ministror̄ turba, omniūq. oculi ad vnū Iesū dirigebanr̄, vt summā petitionis pro sui regni ciuibus complecterer̄ et exponeret. Tum Ille, audiui sæpe ex hoc loco, spr̄u scto referente et disserente, qd fieret, et pro meis te Deū patrem rogare et solicitare nō destiti, quamuis scirem et tuū amorē, quo complecteris meos, q aliud nō sunt quā tui, nō admittere preces, et te constitutā habere apud te momenta consilior̄ tuor̄, incognita alijs, qbus decreuisti pios liberare, et impios perdere, hoc expertus narraui mortalibus, cū apud mortales mortalis viuerē, te nō pmissurū vnquā, vt impior̄ vita et vires eo producerenr̄ diutius, vt electionere malor̄ pressi cedere malis deberent

oratio 24 senior.

propō scripti

Oratio Iesu chri

consessus cælestium

scis tu.

scis tu decurtare & vitas & vires mortaliu, qui vtrog. dono ad piorum exitu abutum, Rogo aut vt succurras meis, no auferendo eos a mundo cum huius rei sit futurum commodu tempus, quod tu constituisti propul. sando ab illis & malos & mala, erit tempus olim cum cumulis omnior declarabis quam tibi sint grati. In psentia hoc psta vt in mundo viuentes sua vita & sermonibus glorificent te Deu prm seculor omniu oris sanctitis & vere quietis autorem. Ita ille. Excepta aut hac oro fuit omniu audientiu laticia, & illi in qbus gaudij & hilaritatis vis augeri & minui nequit, tum magis laeti & hilares videbant videri. Quonia aut ppetua experientia sciebat, nihil vnqua inter calites petisse Iesu quod no impetrasset, nihil vnqua a spu Scto fuisse expositu in beneficium populi Dei quod fuerit auersatus Deus, nihil aliquando calites desiderasse, quod no fuerit statim repraesentatu a Deo, cum iste preces, coem omniu calicolar Iesu & ppris beati in pignus dati populo Dei, sentiu & consoniu desiderium viderer exponere, quid prominciaturus esset patrotheos scire vniuersi aspiuebant. Post interiectam mora & silentiu a suspensis aurib. Cbitum, pco vnis ex mandato patrothei eminciat, videri patrotheo mortalibus congressu gralem vniuersis concedi oportere, in quo qsq. libere dissereret, vnde patrotheu no vnu esse Deu, vnde patrotheum no solu esse Deum, sed secu alios duos here deos, habuissent, collegissent, percepissent. Congressui praepositu iri Iosiam quem patrotheos elegisset. Interea calites rescire studerent ab his, q a mortalibus ad supernas aut infernas sedes, ad felicitates aut calamitates aternas transierant. Vnde occasio dissensionu & irarum inter mortales, qui autores necis inferendae implacabiles fuissent, qui conciatores, patrotheum curaturu, ne, cum hac fiunt, aliquid detrimenti pior collegia capiant ex re praesenti, posthac consiliu susceptu iri. His dictis contremiscere caelum capit, & in terra tonitrua & fulgura demitti, totaq. moueri tellus. Ita dimisso senatu susceptu negotiu ab his qbus erat demandatu, fuit. Ad hunc modu alij supernas, alij infernas regiones perlustrabant, quasituri cas, quasob causas mortalium alij in alios patrothei gra saeuirent. Fuerunt et alij qui in terras delapsi, quid facto opus esset Iosiam erant monituri.

In superis scribus recentis crudelitis multa exempla sanctor viror exhibebatur, sed mixta ex multis caussis, no solu sit ob patrotheum, quod essent vnicus Deus, assertu, ver et opalia qdam, q in Euangelijs contineri dicerentur vetusta et ex auor memoria plura extabant, & q vnius patrothei nomen pseferebant, q liberius illi & animosius, q sciebant de patrotheo, quod solus esset Deus exponere no desinerent, vt q ab vno patrotheo, sub cuius cultu fuerant nati & nutriti, retraherem, & ad tres ex personar nuro deos colendos vi ferri & ignis adigerent. Nam recentiu hoibus sub trimo Deo institutis & educatis ardu opus & religiosu esse videbat, patrotheu asserere solu esse Deu, q no solus, sed cu duobus alijs ad illu usq. diem cultus pro Deo fuisset. Et ideo rarior erat exemplor copia, eor sit, q voluissent patrotheu solum esse Deu asserendo, mortem occumbere. Inuentus tu est inter alios Vilielmus a pera Apulus honestus & ingeniis adolescens Vilielmus Apulus cuius rogum spectauit Roma. Hic instar omniu visus est esse, & ex omnis istius aliorum ca qualis esset inclarescere posse. Interrogatus ergo Vilielmus de necessibi illata, & postulatus vt mortis suae cas exponeret caelicolis, ita dicere coepit: Natus ego sum in agro Apulo, claro apud mortales gre, sed q lucem aliis petere contendebam, & fuit vir q me post varios vitae meae anfractus vtrag. citrag. aetas ed latus

Mar. 12. Matt. 22. Luc. 18. — Ioa. 10. 34. Ps. 82. 6. — Deum esse quot mortales dicunt. — Congressus mortalium generalis

et latas ãi mei cogitationes, ad vnius Euangelici scripti accuratã lectio:
nẽ, et intentã ãi mei in eo fixionẽ compulit inde maiorẽ me fructũ captu:
rũ, quã ex oĩbus, q impressi prælis extarent libellis, monens. Huius con:
silio persuasus accepi Euangelia, et cum ad locũ venissẽ, vbi Iesus hic
chrs, quẽ video patrotheo assidere monet, legis patrothei primũ mãdatũ
in quo consisteret vita æterna esse, nosse Vnũ esse Deũ, et ꝑter eũ ali:
Mar. 12. Matt. 22. Luc. 18. ium nõ esse Deũ, istumq. Vnũ Deũ ꝑter quẽ nullus alius esset Deus
esse ex toto corde diligendũ, et se esse filiũ Dei, sicuti illi ad quos sermo
Ioa. 10. 34. Ps. 82. 6. Dei esset factus fuissent filij excelsi, hoc est dei et dij, cæpi cogitare et
ex his q̃ mihi contigerunt videor recte cogitasse, esse sz̃t quendã Deum
præter quẽ nullus esset alius Deus, et esse quendã Deũ, præter quẽ mul:
ti alij essent dij. Talis aut esset ille vnus Deus, qualr negarer alium
Deum esse quot mo: dicar. quempiã esse Deũ, et qualr nõ affirmarer, et sermonẽ esse deum, et ꝑ:
ter sermonẽ esse alios, q dij dicerenr. Hoc aut cogitans et disceptans
mecũ dicere volebam in verbis chri illis Vnus est Deus, sermonẽ esse
de indiuiduis et nõ de naturis deor, affirmariq. vnũ esse Dei indiui:
duũ, et ꝑter illud vnũ indiuiduũ Dei, nullũ aliud esse indiuiduũ quod
deus esset. Quamenĩ grauia fuissent verba si ita explicari valuissẽt
Vnus est deus, hoc est, vna natura est Dei, et ꝑter hanc nulla alia
natura est, q̃ Dei esse natura dici possit, hanc igr naturã Dei dilige
et cole: nihil enĩ colere iubemur, nisi indiuidua aut Dei aut hoĩs. Et
exceptiones, præter, extra, excepto, et verba, alius, quis, vnus, semper
ad indiuidua referri videbam, vnde colligebam, et veluti fax q̃dã lucere
mihi in vocula VNVS videbar, vnius et naturæ et indiuidui Deum
quem amandũ et colendũ esse dixerat Iesus, natura esse vnũ et indiuiduo,
necesse esse. Ex hoc veniebam ad illud alterũ, in quo ita aliqs dicebar
esse Deus, vt essent et alij, q præter eũ dicerenr dij esse, hi et dij et filij
Dei et filij excelsi dicunr, et in his Dei nomẽ et singularẽ et pluralem hẽt
numerũ, cum ille Deus, cuius isti filij esse dicunr, neq. filius sit Dei alicuius
cũ præter illũ nullus alius sit Deus, neq. filios hẽat, q secũ vnã naturã
habeant veri dei, vt dici possint verus esse deus. Nam pluralẽ nõ ad:
mittebat numerũ cum solus esset Deus. Tertiũ aut q̃ddam mi ãio occur:
rebat, cum legerẽ deor genus, cui in ꝓpheticis et Euangelicis scriptis expro:
brarer inscitia, et omniũ rerũ ignoratio, cæcũ, surdum, impotens, nullum
cognominatũ, et ita nullo duce alio, quã facula illa, quã dixi, distinguebã
Deũ Verũ patrotheũ à filijs Dei, q verus Deus non erant, et deos istos q
cælũ et terrã nõ condidissent, neq. futura prouiderent, præsentia nesci:
rent, præteritor nõ recordarenr, à filijs Dei, q nullis donis carerent, q̃ conue:
nire possent hoĩ, cum tñ dij nominarenr. Cum aut hac noticia ex lectio:
ne imbuissem animũ, cõicare alijs volui, et fui accusatus, captus, vinctus,
et viuus exustus, fui aut magis obfirmatus, in ea, quam concepera, opinio:
ne, cũ ante mortem meã, ꝑ quadraginta dies, q sunt vicarij duar monitio:
nũ, qbus monẽdos esse hæreticos, iussit in suis Eplis iste, quẽ hic præsẽtẽ
Vilielmus Apulus video Paulus, Curasset Iudex vt ad me monachi aduentarent, et me ratio:
nibus aliquibus inuictis à mea me opinione dimouerent. Hi enĩ cũ ad me
ingressi in carcerẽ fuissent, prius me execrari cæperũt, quod Iesũ Dm meũ
suis honoribus spoliare auderem, deinde ad rationes venerunt, Quod
Abrahamus tres viros vidisset, et vnũ ex tribus adorasset: q̃d
Elohim pluralis esset nũri, q creasse cælũ et terrã diceretur: quod
tres

tres esse dicerem̄ in cælo, q̄ vnū essent, et testarem̄ Iesū ēē chr̄m.
Fuerunt et alij q̄ tria se videre in sole, in faculis, in aīa, in subligaculis, in
gallo q̄ formidine perculso retro cecinit. Hic risit Petrus, aderat em̄, et se
mirari dicebat quod ter cecinisse gallū, et nō vnū fuisse gallū illi notas:
sent, et subligaria illi proposuissent et nō indusia, q̄ quatuor togas, q̄ duo,
caligas q̄ vnū haberent foramen. Stulticiā seculi abominari alij ceperūt
q̄ in re tam graui futilibus arg̃tionibus ad mendacia ducerem̄, cum in rebꝰ
minus grauibus superiora secula miraculis et ostentis à Vatibus seduci ad
veritatem nō sint passa, sed et hoc, sicut et illud, dicebant esse irati ho:
minibus patrothei signū, cum eodem tenderet, et q̄ fugeret veritatē et q̄ men:
daciū sequeretur. Tum Vilielmus cum ad se iterum vidisset omnium esse
ora conuersa, hæc inualida arg̃nta cum egre incederent, suadere tñ vide:
bam̄, verū esse id quod ego ex sacra lectione collegeram, Vnū sz̄t esse
natura et indiuiduo Deum, quare perseueraui patrotheū pro solo et
vero Deo colere, cum tres esse nr̄o deos, q̄ adorari et coli deberent neu:
tiquā fuisset ab illis monachis demonstratū. Non em̄ mihi valere
videbar:

Tres viri sunt visi, et vnus adoratus, Ergo Deus
nō vnū indiuiduū habet:
Nomen Elohim est plurale, Ergo nō sig̃cat rem singu:
larem, sed pluralem numerū triū indiuiduorum.
Tres sunt q̄ testam̄ Iesū esse chr̄m, q̄ cum sint tres
sunt tū vnum, Ergo Deus in natura hēt socios.

Hic Iesus, q̄ attentus oīa hauserat, Et q̄do, inquit Deum pos 1 Ioa. 5
sunt colligere in natura potius quam in testimonio dando
habere socios? Et q̄do mea dicta nō notarunt, cum ante mortem meā dicerem
pr̄m et me solos tum fuisse testes, quod ego essem chr̄s, et, patrem et me ēē
vnum? Si em̄ vnū esse fuisset naturam habere vnam, qui dicere, pri
usquā morerer potuissem: Ego et pr̄ vnū sumus excluso spr̄u Scto? Sed
ab operarijs iniquitatis fugit veritas, et successit veritti mendaciū. Ego ne
putare me natura nō esse Deū, meq̄ oīa nō posse, cū et hō sim et nihil ex me
posse frequentissime cum viuerem fuerim testatus? Duas naturas finxe:
runt me habere, vt oīa illor̄ commenta ferre possem, cum me et tum hōes
et nunc cælicolæ hōem esse intellexerint, et me, Deū et Dm̄ vnū esse, et
Deū et Dm̄ dicentē audierint. Dixit illi et Vilielmus: Est igr̄ cā mor:
tis eor̄, quor̄ preces obtundunt cælum singulis temporū momentis, quod Deū
esse fateam̄ vnū et solum patrotheū. Caussæ vero, quas ob cās illi et hos
occidant, et patrotheum duos habere socios existiment, q̄ q̄dem mihi in cor:
core fuerint narratæ sunt quas recitaui. Miserati sunt tum cælicolæ mor:
talium sortem, et exosi facilitatē auertendi se à vero Deo, taxabant proclivē
animū ex creatura fingendi creatorem benedictum in secula.
Cum aut̄ auditū fuisset infernas sedes à multis fuisse petitas, quæsitū om:
niū truculentissimū, et q̄ in diuexandis sanctis viris fuisset pertinacissi:
mus, indefessus magis et oībus contra oēs inclementior, postulatumq̄ cās
tam male collocati studij, eo conuolarunt oēs q̄ Vilielmū audierant, illisq̄ se
coniunxit Vilielmus. Hoc vero sine labore fiebat, cum in cælo æque suaue
sit cum animis tum corporibus accumbere, atq̄ stare et abire, quod em̄ libet
licet, et quod licet et libet, illud suaue est fructū et iucundum aspectu, ni:
hil molestū est quod sit suaue, et nihil nō suaue est, quod liceat aut libeat

appet

cū solus Deus sit præditus, hunc solū suscepta carnē oportuisse
fieri mediatorē, et gr̄is humani redemtorem.

Deum debere Mediatorem agere falsum esse.

Itane vero peccatū infinitū hærere in hōe pt̄ finito? Non est, inqui:
unt, infinitū rōne subiecti, id est hōis, sed ratione obiecti, idest, Dei.
At, sicut peccatū hōis infinitū est ratione Dei infiniti, ita ēt bonū
opus hōis infinitū erit, relatū in Deū infinitū. Cur igr̄ Deus, si infini:
te potuit ab hōe offendi, nō infinite potuisset ab eodem placari?
Quia nō est, inqunt, par ratio boni et mali operis, cū hō ex se possit
peccare, nō autē suapte natura queat bonū opus, Deo gratū facere.
Sed potestne saltem homo diuina adiutus gr̄a tale opus facere? ne:
mo negabit, multo ergo magis id præstare potuit, homo mediator, q
ōis esset originalis culpæ expers. Alij vero arbitranr̄, Deū nō tam immē:
sa hominū culpa, quā infinito suo erga genus humanū amore com:
motū fuisse, vt ei mediatorē daret summū et infinitū bonum.
Quasi vero Deus, q ante peccatū, nō dederat mundo hoc infinitum
bonū, per peccatū voluerit, ipsi tale bonū largiri. Fatenr̄ enim theo:
logi plerīq. si Adam nō peccasset, τὸν λόγον, nunquā humanā fuisse
suscepturū naturā. At, sine peccato seu malo, nō haberi summū bonū
est contra summi rationē boni. Quippe quod nō ex peccato, seu acci:
denti

denti, sed per se alijs coicar, et coicari debet, si per se, id est vere summū est bonū. Deinde, cur nobis nō maxima agendæ essent gratiæ Adamo quod peccauerit, et peccato suo tantū bonū elicuerit? Tantudē enim aut plus etiā Adami peccato mūdus deberet, sine quo infinitum istud bonū nō haberet, quam ipsi chrō, q nec sibi, quod ad humanā naturam, nec nobis profuturus fuisset si Adam nec sibi, nec nobis peccasset. Postremo, si infiniti amoris instinctu, Deus pr, filiū sibi consubialem in hunc mundū misisset, is profecto tantū vt suū amorē declararet maluisset sine pretio oīa hominibus peccata remittere, quā acerbissima innocentis filij sui morte illius peccati pœnā repetere. Experimur n. seruū aliquē, ab eo magis amari dnō, q animaduersionē et suppliciūm quo vsurus erat in ipsū, omnino remittit et condonat, quā q pœnas illius quoquomodo perseqr, nō parcens innocenti, si ille ipse, q peccauerat nō possit satis pœnar dare. Videmus qo maiori accendi amore seruū erga eū dōm, q debitā pecuniā gratuito remittit, quā, q eam quocūq. possit modo exigit, nullā partem condonans amicis, si ipse debitor non possit summā creditā soluere. Hic oēs obstrepent,

Non amicitiæ solū, sed Dei et iusticiæ habendā fuisse rationē propterea quod Deo iustissimo oīa persoluenda essent, q ipsi debebam. At si Deus summū suū ius persequatur, qs hominū ei possit satisfacere? Sin aut de iure remittat aliquid suo, eadem posset ratione totū suū ius dimittere, absq. suæ iusticiæ imminutione. Si deniq. ad suā summā firmandā iusticiā ablegare voluerit, ὁμοούσιον sibi filiū fatendū erit Deū sibi ipsi satisfecisse. Aut enim diuina λόγου hypostasis adiuuit hamanā naturā in complendo diuinæ iusticiæ opere, aut nihil adiuuit:

si iuuit, tanquā omniū radix et cā meritor, hæc certe in ipsā λόγου hypostasim, vnde profecta fuerant, redundarunt, et ita ipsa filij hypostasis sibimet satisfecisset:

Sin aut hypostasis λόγου nihil humanæ largita est naturæ ad eam iusticiā perficiendā, cur humana natura hypostaticē assūta esset à λόγο? Sed qd ego argntor, nullā fuisse cām cur Deus esse vellet mediator, cum ipsemet Dei et hominū tester mediator, se

se non esse ipsum Deum.

Nam Chrm, disertis verbis, se extremi iudicij diem ignorare affirmantem, ac proinde se Deū ipsū esse negantem, interpretari nō possunt id respectu humanæ fuisse naturæ locutū, quin eundē et mendacij et hæreseos coarguant atq. condemnent, si is qo Deus ipse est. Oēs enim docti agnoscunt, quod cū duo sunt in aliquā persona principia, quorum altero quippiā agatur, altero vero non agatur, nō vere de ipsa affirmari persona possit, eā nō agere, cū ex altero saltem principio agat. Vt in hōe duæ sunt naturæ, vna animalis, altera rationalis, quare si qspiam aliqd ignorans animali natura, cognoscens aut illud, natura rationali, nihilominus tn simplr pronūciaret, se id ignorare, sentiens sdm naturam animalē se id nescire, is profecto magnus nugator esset, et nō verū sed mendaciū diceret, quoniā falso negar de persona, quod ei p alterā saltē inest naturā. Sic plane: Si chrs vltimi iudicij diem præsciuit ex diuina natura, nō potuit id de sua persona

sona vere negare propter humanæ ignorantiā naturæ. Non enim ut vere de toto affirmar̄, quod ei ex altera tantū inest natura: ita vere de eodem negar̄, quod ipsi per alterā duntaxat nō adest naturam. Etenim vere affirmar̄, chr̄m esse ipsū Deū, nec per ullam dispensationem huiusmodi falsa propositio vera fieri pē, si diuinā ipse hēt naturā, et falso pronūciatur, chr̄m nō esse ipsū Deū, etiamsi sdm̄ humanitatem chr̄s nō sit ipse Deus. Simili ergo ratione:

Si chr̄s sedm̄ diuinā naturā vere præcognouit extremi iudicij diem, falso hoc de seipso negauit, nec minus errauit quā is, trinitarijs iudicibus, erraret, q sine ulla exceptione affirmaret chr̄m nō esse consubstantialem patri, nō æternum &c. Atq. hac eadem ratione, ōis intercludir̄ ipsis via, qua ad humanā prolabi naturā solent, ubicūq. chr̄s aliqd de se negat, quod soli vero Deo cōueniat.

finis 19 Iul. 1584.

Præfatio in præcedentem librum christiani Franken Gardelebiensis.

Gardelebia vnus Brandenburgban

De constantia chr̄ianæ religionis disputaturus, q in nulla hactenus confidenter constitisse videor religione, afferā prius meæ huius inconstantiæ cām. Adolescens adhuc, ex sola educatione Lutheran⁹ necdū vere πρίτυρια religionis intelligens, in Iesuitar̄ delatus sū labyrinthū, ibiq. decem annos voluntaria animi ductus cæcitate cū oberrassē, tum demū sensi, quā stultū esset, maximā vitæ partem in cæremonijs philosophari, q̄ nullā aliā certitudinē haberēt, nisi stultā credulitatem, quasi diuina factā voluntate autoritteq. sapiam. Quamobrē contemta infinitar̄ matre ceremoniar̄ Romana Eccla tota Lutheranor̄, et Caluinistar̄ perlustraui in Germania et Galliæ finibus regionem, diligenter quærens, ōi errore superstitioneq. vacuā aliquā religionem: Verum cū hanc ibi nō inuenissē, nec alibi facile quærere possē, sperarē aūt fore, ut paucioribus p̄merer apud pontificios, quā apud Lutheranos et Caluinistas persecutionibus, illor̄ cogitaui gratiā tantū recolligere, ea quā Iesuitæ sine mea voluntate, ædita per totū iā mundum sparserūt, religiosa et palinodica Epistola. O acerbā ōibus Euangelicis Epistola, q̄ mi excidit oblito, quod nondū apud perfectos, sed imperfectos, nondum cū angelis, sed cū hōibus viuerem, neq. recordanti, maiori crudelitte pōtificios esse barbaros, quā Caluinistas aut Lutheranos. Est igr̄ hoc unū ex maximis meis peccatis, ob quod solū ōi et humana et diuina priuari gratia merear. Sed hæc Deus viderit. Ego certe in hoc lapsus peccatū nō fuissē, si hominū animis, suapte natura liberis, nulla vis inferrer̄. Sed quod qsq. in sacris lr̄is fide perceptū tenere possit hoc ipsi, si nō aperte profiteri, saltem libere præseferre sine famæ, fortunar̄ et vitæ periculo liceret. Nunc vero tan est in orbe chr̄iano seruitus, quantā nullus unquā immanissimus Ethnicus tyrrannus optare ausus fuit. Ut mirū non sit, quosdā reperiri, qui unā religionē cū alia, tanquā maiorē seruitutē cū minore, commutare malint, quā inconstātiæ famā pertimescere. Gloriamur qdem nos chr̄iani, libertate beneficio chr̄i nobis parta, sed reuera leuem ethnicā corporis seruitutem in crudelissimā animorū mutatā seruitutē videmus, totāq. fortunā ita

conue

conuersa, vt ex seruis dñi, ex dñis aut serui facti fuerint. Cum enī natu:
ra serui, vt Arist. docet, oēs stupidi sint stolidiq. hoēs, corporibus pollētes
etsi fuerint fortuna dñi, natura vero dñi oēs sint ingeniosi, quantū uis
iniquitate fortunæ seruitutem patiantur. Illi qdem nunc oēs apud
chrianos dñi sunt, partim vi Euangelij in libertatē vendicati, partim nō
sentientes, quam hebeti ingenio non intelligunt animi seruitutem: hi vero
iā oēs in papatu, et pleriq. et plerisq. euangelicor regionibus serui sunt,
imo tanto miseriores seruis, quanto miserabilior est āi seruitus quam
corporis. Nam credere sentireq. de rebus diuinis debent, nō quod ipsi
possunt credere aut sentire, sed quod alij volunt, proposita morte vel
exilio, nisi ita aut credant aut sentiant, aut sermone saltem vultuq. di:
uersa sententia tegant. Quanta quæso et quā portentosa est hæc
seruitus? Nusquā tam immanis vnquā fuisse tyrrannus legitur
q pauperem occidisset, aut exilio saltem multasset, quod nō potuerit ma:
gnū aliquod à diuite quopiā donū impetrare. At nostri tyrranni sa:
cris instructi liris, probe norūt, fidem esse donū Dei, nō aut arbitrij mei:
et tamē innumeros trucidant Chrianos, q hoc nō possūt à Deo donum
habere. Omnino monstrosa, et plusquā barbara est ista seruitus, quā
si nunc Socrates Plato Cicero et alij sapientes Ethnici degustarent, ne
illi maiorē apud inferos esse libertatem clamarent, valdeq. mirarenr
quenquā intelligentē hoēm in tanta posse seruitute constantiaīo esse.
Ad tantæ aut huius caussa seruitutis cognoscendā, nonnihil conduce:
re putaui, si paucis naturalem constantiæ fontē christianor in retinēdo
trinitatis dogmate aperirem, hacq. ratione, oībus demonstratū relinque:
rem monstrosissimos partus ali, foueri retineriq. nō posse, nisi horū parē:
tes, monstrosissima seruitute, quasi nutrice vtantur.

Colloquium Iesuiticum, toti orbi chriano ad recte cognoscendam Iesuitar religionem vtilissimum.

Christiano Franken Gardelebiense Autore.

Præfatio.

Quam huius inimici libelli sint potentes, quantoq. astu fer:
me oīa prioris editionis exemplaria, meæ conuersionis Autori Paulo
Florenio dedicata suppresserint, tu profecto Imperator Sapientissime
omniū optime nosti, q cuncta gubernans, nihil nō vides, q malos nō secus
ac bonos, suā ingredi viā sinens multorū impediri salutem cognoscis.
Quocirca huius editionis exemplaria Maiestati nunc tuæ dedicare vo:
lui, omnipotenti vt tuo præsidio fulta, à crudelissimis inimicis defende:
renr, quor præterquā qual in corpora multor summa potestas est, in ani:
mas quoq. eor tanta est potentia, vt miro quadā meditandi nouasq. vn:
diq. rationes eliciendi artificio, nō antichristū mō, sed ipsū et, si velit
Diabolū, pro Deo eis obtrudere defendereq. optime posse videantur.
Dedico aut tibi Dñe potentissime, nō libellū hunc solū, sed priorem
et huius præfationē, mei à Iesuitis discessus cām explicantem, Paulo
Flore-

Floremio inscripta, quæ vt nosti erat huiusmodi:
Quoniam semp ad te Paule Doctissime mens mea recurrit, singularis et diuini memor sermonis quem paucis diebus ante tuum ex Iesuitar religione discessum mecum habuisti: Necessarium esse plane iudicaui, cum mihi ipsi, ad nostræ recordationem amicitiæ declarandam: tum maxime oibus chrianis, ad salutis suæ dulcissimum, Iesuq. diuino noe tectum et occultatum venenum cognoscendum, vt sermo hic qo tuus, vel noster potius, literar mandatus monimentis, ad te in primis, tanqm ad pcipuum autorem suum, recognoscendi gratia, præsentemq. te, cum ipse iam venire no possim, amandi, reuerteretur: deinde vero monendi cam ad oes, q vbiq. sunt, chrianos, exire permitteretur. Etenim tanta huius, tanq. aperta vis est et veritas, vt diurnis me nocturnisq. animi stimulis perpetuis pene confecerit, nec vnquam postea, quam tu Iesuitis valedixisti quiescere aut respirare siuerit, repugnanteq. nihilominus semp ac reliquis ingenij viribus ad mortemq. vsq. vocationem meam defendere conantem, vix tandem viuum exceptum, atq. ex media Iesuitar sodalitte extractum in coem me hominum societatem me reiecerit. Vbi nunc constitutus sæpe casum, veluti aduersum et iniquum deploro meum, quasi ductis post tergum oculis, viso Iesu a me relicto grauiter suspiro. Sed tn hoc me luctu, toties leuari sentio, quoties mentis aciem a consuetudine Iesuitica abducens, antiquum quæro atq. inuenio Iesum: quippe q no sua mi sed pharisaica tantum, suo tn insignita noe, religione erepta esse, non dicat mo, sed hoc et signo confirmet, quod nemo sanæ mentis homo, ista q societate Iesu ingressurus, vel iam ingressus, hunc meum, atq. adeo nostrum libellum ante legerit, lectumq. diligenter cum eius constitutionibus, moribusq. contulerit in ea ob fucum fallaciamq. deprehensa permanere poterit: quodq. ad hunc ipsum, quamuis minimum libellum, nemo Iesuitar veritte cosciaq. prohibentibus respondere audebit: vel ausus vere sincereq. respondebit. Quanquam fortasse alius qspiam, legum, morum, constitutionum Iesuiticar ignarus, multaq. sine mente ac ratione turbans stupidus et stolidus blatero (cuiusmodi hoc tempore, permultos Romana alit Eccla.) Iesuitar patrocinium suscipere no grauabitur. Neq. n. reuerendi nostri Iesuitæ, idem mihi, quod alijs solent obijcere poterunt; me no sincero ac religioso, sed ficto et explorandi aio ipsor fuisse religione ingressum, atq. hanc ob cam in eadem permanere no potuisse. Nam in primis ipsi fatenr, me pene puerum, nullo simulandi artificio eruditum ad sua religione puenisse, idq. in prima statim probationis romana domo, ita crebris corporis voluntarijs supplicijs testatum esse, vt ter vnico illo anno in febriculam inciderem. Deinde in Romano ipsor collegio, vbi optimus qsq. et ingeniosissimus Iuuenis, cum ad ardentes, totumq. caput et pectus fatigantes meditationes studiorum qo labor accedit, venam sibi pectoris franges vnaq. cum sanguine animam effundens ad immaturam mortem detruditur, me eodem et fati nouo et prorsus Iesuitico gre libentissime decessurum fuisse, nisi medicor consilio, inuitissimum, ad Neapolitanum Collegium, tanquam ad laxiorem disciplinam clementioreq. vtpote Campanam cæli temperie misissent. Postremo, ex Italia in Germaniam reuersum ad propagandum regnum Iesuiticum, multis vltro voluminibus, patriam mihi Carissimam Saxoniam, atq. in ea Magdeburgenses potissimum et Gardelebienses, et in his eximium præsertim doctorem Siegfrigum Saccum superintendentem Magdeburgensem, et doctissimum Virum M. Arnoldum

Bierst.

Bierstedium Senatorem Gardelebiensem acerrime oppugnasse.
Hæc, inquam, vt alia omittam, et tu partim nõ ignoras et Iesuitæ, vt dixi
negare nõ audebunt, et ipsa à ficto potuisse in religione aĩo proficisci, ne-
minem arbitror, nisi õis pietatis et religionis expertẽ esse dicturum.
Quod deniq. ad ipsum hunc libellum, seu colloquium hoc attinet, in eo breui-
tatis caussa imitatus Platonẽ et M. Tullium in suis de philosophia
libris, te, cum aliqua tui laude (quam æquo quæso aĩo feras, cum nec
me blandiri, nec te laudibus capi posse, optime noueris) induco docto-
rem de societate Iesu deq. ipsius idolis disserentẽ: me aut discipu-
lum, vel addubitantem, vel quærentem aliquid, tandemq. sententiam
meam tuæ adiungentem. Vale. Atq. hæc mea fuit ad Paulum
Florenium præfatio, quam tñ vt scis, non totam posui, multa breuitatis cã
omittens. Rogo itaq. nunc te Dñe Sanctissime, vt, si mihi nullas, huic
meæ conuersionis autori per inimicos meos referre grãs licebit, pietatis
tñ in me suæ beneuolentiæq. quasi insignia sic aĩo impressa meo p-
maneant, vt æternum ipsi in altera saltem vita, apud ões sprs tuos be-
atos mentẽ meam cernentes præstent monimentum. Basileæ kalend.
octobr. 1579.
Maiestati tuæ deuictissimus
chr. Frank.

Breue Colloquium Iesuiticum, toti orbi chriano ad
recte cognoscendam, hactenus nõ satis perspectam, Iesuitarũ
religionem vtilissimum: habitum à Sacræ theologiæ Doctore
et Professore Paulo Florenio, cum christiano Franken philo-
sophiæ professore, in Cæsareo Iesuitar gymnasio Viennæ
Ann. 1578. 20 Ianuarij.

Cum Singularis Viri et prope Diuini Pauli Florenij tempus ades-
set, quo ex peruersa Iesuitar sodalitte ad cõem hominũ societatẽ remi-
graret, nosq. illo ipso tempore soli essemus, tum Ille:
Videtur mihi, inqt, Chriane rem õem sincerius et subtili-
us contemplanti, nostra hæc in qua versamur religio Iesuitica, tota
ex superstitione hypocrisi et ficta quadam pictaq. sanctitate cõflata,
vltimaq. hac mundi senectute à Diabolo excitata, q̃ ões errores nugas ac
superstitiones, q̃, vno vt verbo dicam, minus honesto qdem, et quo sane
inuitus vtor, sed huic rei aptissimo planeq. necessario, q̃ inquam õia tur-
pissima Papæ stercora, tum grauiter per se olentia, tum vero hoc tem-
pore, quo à curiosis plerisq. et eruditis viris crebro commouenr, multo
magis fœtentia, sanctitatis, iam quadam simulatione condita tempe-
rataue, mæandrisq. nescio qbus inuoluta, orbi chriano iter, venderet
pro aromatis, atq. adeo per vim ferme quandam obtruderet, vt nihil tam
turpe fœdum et falsum in romana Eccla cernar, quod hæc nouo non
artificio vel mentis aciem perstringendo, vel omnẽ turpitudinem et
falsitatẽ callide tegendo pulcrum apparere faceret atq. verum.
Quare considerandum nobis et atq. et censeo, in quanam religione ver-
sem.

semur, ne hanc esse falsa ignorantes, et ipsi a Deo ignoremur.
Deinde vero, quod praeclarus ille Vates, Jeremias iubet faciendum:
Jer. 51. fugite, inqt, de medio babylonis, vt saluet vnusqsq. animam suam. Ita:
ne vero, inquam, Paule omnium tu sanctissimam et doctissimam religionem
fictam esse putas et falsam? Atq ego vel hanc esse veram existi:
mo, proindeq. in eadem nobis, tanquam legitima in vocatione nostra
1 Cor. 7. iuxta Apli doctrinam permanendum, nec latum ab ea vnguem discedendum:
vel oes, q obiq. sunt falsas esse religiones: quapropter velis vt aiunt
remisq. fugiendas. Tum Paulus, Idem mihi, inqt, christiane, necdum
hanc religionem ingresso videbatur, eademq. de caussa, e blandien:
tis mundi huius, ex amplexuq. suo me dimittere nolentis erupi tandem
brachijs quasiq. currens ad societatem Jesu, tanquam ad omnium sanctissi:
mam Deo gratissimam, aiae meae vtilissimam religionem veni: Sed veram
nunc in ea et sinceram sanctitatem quaerens, non nisi (hei mihi) fuca:
tam et simulatam inuenio. Hoc aut no odio, me vel maleuolentia
inductum confingere, sed ab ipsa conuictum veritte, et coactum esse dicere
videbis euidentissimeq. palpabis, si ad ipsa statim mecum societatis funda:
menta penetrans, relictaq. oi voluntaria, vel vt nostri vocant, sancta sim:
plicitate, animiue caecitate, purum rationis lumen tecum afferas, Siq. cla:
ro et sincero, non aut praestigijs Jesuiticis caecato aio, ea intuens oem fu:
cum et fallaciam cernere queas. Quod si, vt spero, facis, no dubito, quin
iam nunc, ex ijs, q in quauis nostra probationis domo ad erudiendos et
iuxta normam societatis instituendos nouitios, iaciuntur, spiritualibus
fundamentis intelligas, neminem prorsus huic religioni esse aptum, nisi q
vel naturalem quandam, vel seruili educatione acquisitam, vel stupo:
re quodam ai arrepta propensionem habeat, ad hypocrisim et supersti:
tionem: nempe q manifesta quadam oris pietate, vultusq. totius benigni:
tate deuotionem quam vocant sciat suam prodere in propatulo, quam tn
Matt. 6. chris abscondere iussit in cubiculo, quiue publice orans, no alr, ac pha:
risaeus ieiunans, facie nouerit suam exterminare, q cum verissima sit
hypocrisis, a nostris tn aedificatio appellar et deuotio. Eqdem hoc esse
societatis nostrae fundamentum in dies magis magisq. perspicio, atq. val:
de et deploro: neq. prius animus conquiescet meus, quam ex his sordibus
emersero. Tu vero, si diuturna consuetudine, quasi altera natura im:
peditus, illud fortassis necdum vides, efficiam profecto, vt vel solo id ta:
ctu, sensuum omnium stupidissimo illo qdem, sed sincerissimo et q minime
deprauari possit, cognoscas. Fateor sane, inquam, Paule me ista no:
dum videre: quare si tenebris me Jesuiticis circumfusum arbitraris, fac
si potes tactu saltem, cuiusmodi ea sint vt cognoscam. Atq. ille,
Accede igr, inqt, iam propius, memoriaq. quasi manu tange omne, quam
partim in teipso, partim in alijs Jesuitis es hactenus expertus sanctita:
tem, eamq. diligenter cum singulor simul naturis, Italicis, hispanicis,
Gallicis, Germanicis, ingeniosis vel stolidis, ingenuis vel seruilibus dili:
genter ponderans, explorato: Sic tandem, scio, statues, in Hispanis et
Italis multo te semper plura et maiora Jesuiticae sanctitatis insignia
notasse atq. obseruasse, quam in Germanis Gallis et alijs nationibus: in
stolidis aut et seruilibus hoibus, multo adhuc plura et maiora, quam
in ingenuis et ingeniosis. Caussam aut huius rei, in Hispanis qdem
nulla alia reperies, nisi seruilem in christiana religione educationem: Tanta
enim in hispania, vt scis de fide Romana in singulos fit inquisitio, tamq

Jesuitica religio quorum

fundamentum religionis Jesuiticae.

Caussa fictae in hoibus sanctitatis.

In hispanis

arcta

Inquisitio papistica.

arcta, ne inde auolet, septa tener custodia, vt nisi ipsi filij ad parentes suos ἀιρεσέως damnatos exurendos, allato propria ex domo lignor fasciculo carnificem adiuuent, ipsiq. propemodum parentum carnifices existant, hæretici fere ab oibus iudicentur, eodemq. digni supplicio censeantur. Ex quo certe cognoscis, necesse esse hispanos supersticiosos euadere, actus religionis externos multiplicare, et vel mortuos fidem Romanam spirare, ne si minus multa religionis suæ signa dederint, suspecti de fide reddantur, et in tertiam vsq. et quartam generationem crudelissime puniantur. In hac igitur infinita animi seruitute nata educata instituta natio hispanica per se feruens et cholerica, q nō pt nō fieri sua in religione, feruentissima, vel si mauis sanctissima? Imo qui nō ipse Diabolus, si hispanicæ inquisitionis esset capax, semp se in angelum lucis transfigurare, aliquemq. acquirere Romanæ sanctitatis habitum cogeretur? Hoc ex fonte profluxit:

Ignatius de Loyola, q miles Gallor virtute in arce pompeiopolitana victus, ipse vero superstitione oes vincens, factus est Pater Iesuitar, qbus vicissim Gallos, nec nō totum orbem expugnaret terrarum.

In Italis cā ficta Sanctit.

In Italis vero frequentes illos religionis externos actus oriri deprehendes ex naturali quadam ad hypocrisim et superstitionem inclinatione: quippe q, vt ex oibus fere suis ipsor monimentis constat, semp fuerint sintq. ad deor multitudinem colendam et ad oem idololatriam propensissimi, facile vt appareat, ex hoc eos fornicationis poculo permulta in religionem christianam transfudisse, eamq. ferme totam veneno mortifero infecisse. Quo veneno adhuc maxima pars orbis christiani suauitate dulcedine antiquitate et pulcritudine ipsius illecta deceptaq. inebriatur, dum quotidie de sua solicita salute, ad multitudinem Romanor confugit deor, nimirum et ad innumeros sanctos a pontificibus romanis deor loco ethnicor inductos ad inuocandumq. propositos, atq. hos et eosdem, si nō reipsa, at nominibus multiplicatos, et ad plurimas deas seu sanctas, in qbus proculdubio, loco Cereris, quam Romanæ mulieres facibus accensis religiosissime colebant, Virgo Maria tum est constituta, cum festum luminarium seu purificationis est institutum, cumq. ad augendam idololatriam hæc ipsa solemnitas in mense potissimum februarium est coniecta: quo tempore prisci Romani februa celebrabant sua, totamq. vrbem februare, id est lustrare seu purgare solebant. Siqdem oīs tunc populus, vt Romani scriptores testantur, pro impetranda defunctor animabus quiete, piaculis sacrificijsq. circa sepulcra facibus accensis cæterisq. intentus erat. Ad hanc idololatriam, sacram deniq. scripturam per se venire nolentem, quasi per crimes attraxerunt, et fortassis aliquem et eiusmodi librum inuentum, ex quo hæc quoquomodo deduci probariq. possit Canonicum fecerunt, vt ex ea omnino articulus fieret fidei: in quo defendendo, vt in multis alijs oes Romanæ Ecclæ doctores vel somniatores potius mirandum in modum, sed frustra desudant: tandemq. excogitandis inquirendisq. quotidie nouis rationibus, cum nihil se proficere videant, ad traditionem Ecclesiasticam, tanquam extremam anchoram vnicumq. portum salutis confugiunt. Cum tū illa ipsa traditio maxima ex parte, præcipuo idolo romano, magnitudine sua ad cælum vsq. pertingente, imo ad veneranda et tremenda trinitatem, tripliciq. quam gestat corona, tripliciq., quam oes ad ipsum accedentes faciunt genuflexione, sese erigente fulciatur. Nec vero vlla ego alia de cā Germanos et Bohemos suapt.

Maria Cereri surrogata hæc februata illa purificata

Var. lib. 1. de vita pop. Romani. Macr. lib. 1. Satur. cap. Ouid. 2. et 4. fastor.

Traditio Papæ autoritate fulcir.

Papa æqualis Trinitati.

suapte natura, ad oem pietatem propendentes tam facile à Romana desciuisse arbitror Eccla, quam quod ipsi ob insitam sibi grauitatem morumq. honestatem ab omni idolor et ceremoniar multitudine, ab omniq. gesticulationum et superstitionum leuitate Italor propria, semper abhorruerint, adhucq. abhorreant. Quanquam hac tn idololatria et leuitate nō perpaucos annos sese contaminarint, inducti idoli Romani autoritate, nunquamq. fallente, quam semp se possidere pdicaret veritate. Quod si nonnulli specioso Hieronimi Ambrosij Augustini Bernardi Thomæ Aquinatis et alior noe Sanctor per nostros Iesuitas commoti ad pristinam abominationē reuertant, hi certe vel indocti et inexpertes sunt iuuenes, vel minus prudentes et intelligentes viri, q confuso quodā sanctitatis et doctrinæ rumore, ipsi qo confusi cernere nō valent: quod quoniam isti, quos dixi patres, Romanum pontificē Deum terrenum fecerunt, summam inter oes hoes potestatē, et perpetuam doctrinæ veritatem illi alligando, vicissim eis Romanus hic Deus sanctitatis quoddā donatum et alligatum voluerit nomen, vt tanta illa tamq. suæ dignitati, ne dicam vanitati seruiens doctrina, nō humana, sed diuina voce fusa videretur, eaq. ipse semp fretus, quosuis nobis fidei posset articulos condere. Seruiles denique et stolidos hoes (hi enim in nostra illa diuisione nobis restant) qs nō videt eam ipsam ob cam et facilime arripere, et pertinacissime retinere stolidam hanc et seruilem sibiq. naturalr conuenientē religionē? Sed hoc tu optime intelligis, qui nō ita multis si meministi ab hinc diebus, dolorē mihi tuum ex rusticis collegij huius et stolidis moribus acceptum, coicasti, cū nō sine tui aliqua commiseratione ex te audirem, te, posteaquam ex Italia in Germaniam esses reuersus, acerbissimis exagitatum ai doloribus, citissima ti sepe mortē exoptasse, neqd contra tuam facere vocationē cogerere, quam vehementer infringeret et labefactaret ea cogitatio et experientia, quod in istis partibus societatem Iesu nō ingrederetur, vel certe nō remaneret nisi fex hominum, q vix rationis sit capax, nedum veræ pietatis et religionis: cui tn quod multitudine vincat te in oibus conformare debeas, si externa velis pace, simulq. interna tranquilitate animi frui. Bene igr ht, cognita sunt nostræ religionis fundamenta: ad ipsum nunc corpus societatis pergamus, quod cuiusmodi sit, nō est iam difficile, ex suis quasi principijs caussisq. cognoscere. Nam cum societas nostra, q Iesu cognomentum impudentissime sibi arrogat, ex eiusmodi hypocritar et superstitiosorum hominum colluuie constet, pharisaica erit potius dicenda religio, q tn Iesu, vt dixi, pulcerrimo vestita sit noe, vt miseri mortales iam nō solum sub vestimentis ouium, sed et sub diuinitatis ornamento salutis suæ latitantes insidiatores haberent, vt etiamsi fieri possit, electi nihil in tanto veritatis noe subesse suspicantes falsi, in errorem inducerentur.

Totum aut corpus Societatis, præter generalem, q ordinis huius est caput et coriphæus, sex omnino hominum gra complectitur: quor primi sunt quatuor votor professi: alteri trium votor professi: tertij coadiutores spales: quarti coadiutores temporales: quinti scholastici: Sexti nouitij. Quatuor votor professi ita appellant, quod præter tria coia, paupertatis, castitatis et obedientiæ vota, peculiariter vouent, et Pontifici Romano obedientiam in disseminandis nimirum et propagandis totum per orbem terrar cum ipse iusserit Romanæ Ecclæ erroribus et superstitionibus, nō petito viatico: et patri grali abnegationē honor, ne szt fieri extra Societatem Cardinales velint, et tn hoc ipso noe fiunt Cardinales in Societate, ex qbus gralis ipsor Papa eligatur: qbus tanquam cardinibus

tota soc-

Mali se mutuo scalpunt.

Iesuiticæ religionis sectatores quales.

Var. lib. 1. de vita pop. Romani: Macr. lib. 1. Satur. cap. Ouid. 2 et 4 fastor.

Satanas in lucis angelū transformat.

sex hominū suiticorum genera.

quatuor votorum professi.

tota societas vertar, q habeant existimationē doctrinæ et sanctitatis
sicq. vana et stulta societas, dum ambitionē se fugere putat vel dissi:
mulat, in ipsa ambitionē incurrit, non secus ac vani illi de qbus Cic.
meminit philosophi, qui ijs ipsis libris, quos de contemnenda gloria scribe:
bant, in illis nōia inscribentes sua, inanem gloriā aucupabant. Trium
vero votor professi sunt in Societate Episcopi. Nam hic gradus cum
in alijs religionibus à simplici sacerdotio non separer, sed ijdem, q sacer:
dotes, fiant qo professi: in nostra tn religione ab eo seiungir, quo nimi:
rū altior maiorq. appareret, si multis annis primū post sacerdotium
ad professionē tanquā ad Episcopatū concederer ascensus. Quibus
sane gradibus, satissuperq. nobis demonstrant, se turpē ambitionis spe:
ciem in pulcerrimū speciosissimūue inanis gloriæ simulacrū commutasse:
quod pulcritudine sua oēs mortales commoueret, plurimos et alliceret
et retineret apud sese. Cum si acri mentis acie externā hanc formā
figuramq. [illegible]es, interiora eius viderent, proculdubio bestiam ibi
illam sdam, q adorari faciat primā latitantem inuenirent. Per primā
bestiā Pontificem Romanū intelligo, q ob secularē, quā sibi vsurpat
potestatem verissimus est antichristus: quemq. Societas nostra per
vniuersū iā fere mundū adorari facit, semperq. vt faciat, se quarto il:
lo suo et peculiari voto obstrinxit. Illud aūt quod Seruator noster
et dilectus ipsius discipulus Ioan. et Propheta Dan. de breui dicunt Anti:
christi tempore, de vltima est persecutione intelligendū, q tunc erit
cū bella illa in Germaniā et Bohemiā, atq. alia imperia sibi nuper erepta
per sdam hanc bestiā, societatem nostrām aliqua ex parte recuperaue:
rit, multaq. alia regna per eandem sibi adiecta viderit. Tunc enī di:
uitijs aucta, magnificabit cor suū, et contra principem principū consur:
get, et sine manu conteretur. Coadiutores spirituales (quo nōe oēs
sacerdotes, theologiæ ac philosophiæ professores, et artiū inferiorū præ
ceptores nō professi compræhendunt.) nuncupatis prius paupertatis ca:
stitatis et obedientiæ votis, bestiā hanc adiuuant, in peruertendis et
traducendis ad primā beluam animabus, qua in re, quo qsq. aptior et dili
gentior extiterit, eo citius ad professionem admissus membrū huius mon
stri efficir. Coadiutores vero temporales corpus huius bestiæ curant, victū
atq. amictū ei pparantes, oiaq. negotia domestica tractantes. Scholasti:
ci deniq. et nouitij in eū finem domi alunt, ne monstrū hoc tandē deficiat
aliquando: sed vt putrescentibus veteribus membris, in recentioribus sē
per et nouis conseruetur. Porro aūt, ad perpetuo occultandā conseruā:
dā et augendā superstitionē et idololatriā, bestia hæc catulis suis intel
lectum (si quē hūt.) ipsūq. sensū ligat, dum monet et mandat serio, vt
ea, q superior iubet cæca obedientia, perficiant, qq. ipse facit cæco iudicio
pertranseant, nō considerantes, an bonū vel vtile sit necne, quod pcipr,
quandoqdem oīs eiusmodi cogitatio, meritū tollit et valorem obedientiæ.
Qua qdem in re societas Canonistas imitar, perniciosissimos summor Pō:
tificū adulatores, et mundi totius seductores. Hi enī orbi chriano, quon:
dam persuaserūt Romanū pontificem, tantæ esse dignitatis et autori:
tatis, vt etiā si totū ille mundū destrueret, nemo tn ex ipso diabolici
huius facti, vel posset, vel quærere deberet rationē. Sic prorsus, imo mul:
to peius societas alumnos instituit, cū docet, quæq. superior iubet, qq. ipse
facit

Coadiutores spirituales.

Coadiutores temporales.

Scholastici. Nouitij.

Idololatrica religio quodo occultatur.

Canonistæ

facit, nõ solũ iudicanda nõ esse (multo vero minus reprehendenda) sed ẽt tanq̃ bona et sancta (vt pris nostri Ignatij verbis vtar) præsupponenda. Quo nimirũ ois tandem stulticia idololatria et superstitio sanctitatis nomẽ obtineant, locoq. reliquiar societatis colanr.
Ac mihi qdem videor satis te ad cognoscenda et palpanda religionẽ nostrã circumduxisse, neq. dubito, quin iã tandem intelligas, quam grauiter in hoc vitæ genere deligendo deceptissimus, quãq. facile nobis, si ab eodem recesserimus sit ignoscendum.

Horrenda sunt ista, inquã, Paule, et qdem ipse sæpe istiusmodi visus sum in Italia monstra videre, sed intellectũ, vt constitutiones nostræ iubent, excæcans meũ, illa à diabolo conficta imaginabar, q circũiret quærens, quemadmodũ mea me vocatione priuaret, perq. huius amissionem, in miseriã protruderet sempiternã. Itaq. abominandis tu portentis potius, quã fortissimis fretus argntis, et primã vocationẽ nostram et ctam Ecclam Romanã conuellere conaris: quod tibi vni si conceda, non video cur idem singulis sectis omniũ alior, religionẽ contemnentibus nõ concedendũ foret: Cum nihil nõ ex sacra scriptura, à quouis vt sibi placet intellecta probari posse videatur. Sed tñ qz valde probabilia, q de istis monstris commemorasti sunt oia, reliqua verò euidentissima ẽt, ipsũq. sensũ conuincentia, in hisce tibi hoi, omniũ meo iudicio Iesuitar doctissimo et ingeniosissimo nõ repugnabo: quin ẽt excitare et excutere conabor, quam præstigijs tu Iesuiticis obscuratã dicebas et deprauatã intelligentiã meã, complicatãq. animi mei de Societate Iesu notionẽ euoluere, vt latius deinde explices, quænã sit sprs forma atq. notio veri Iesuitæ, quẽ orbis chriãnus tantopere admiratur ac suspicit. Vt aut tuo more ad ipsa me statim societatis fundamenta conuertã, quã varia mihi hæc varijs temporibus visa sint accipe.

Diuina prorsus mihi crede primis diebus esse iudicabã societatis primordia: mihiq. nõ amplius in terris, sed versari videbar in cælis, quod idem oibus nostris nouitijs vel certe plurimis vsu venire puto. Nam tanta quotidianar de rebus diuinis nostrarũ vis est meditationũ, vt homo veluti denuo natus, nõ qdem vt ante à naturalibus parentibus, sed à societate Iesu, velut in Iesu anatus, nõ alr ac chrs à spru Sacto incarnatus videatur. Testar hoc tota ferme hois quasi deificata natura: q ppe, q ab eo tempore, quo huiusmodi sese dedit meditationibus, à corporis obsequio indulgentiaq. quã longissime recedit: carnis societatem flagris, alijsq. voluntarijs corporis supplicijs eijcit: voluptatẽ sicut labẽ aliquã dedecoris opprimit: et imaginẽ Dni Dei nostri (vt decima octaua nostra iubet regula) in quouis suo spirituali frẽ agnoscit: nec nõ despicit contemnit proq. nihilo putat diuitias honores atq. oia q vulgo ducunr amplissima. Et hæc primo anno mea fuit de Societate Iesu firma sane et constans persuasio.

Suiticæ sectæ species

Altero vero anno, cum casu in liras nostras Iaponicas incidissem, ibiq. inter cætera nõ sine admiratione legissẽ, quod apud Iaponios ẽt antipodas nostros religiosi qdam (quos iamambuxas, hoc est, milites conuallium vocant) reperiant, q ad famã sanctimoniæ colligendã grauiter sese puniant, permultum vigilent, diutissime ieiunent, ac meditationibus qbusdã arbitratu suo compositis vacent: quodq. his rebus, adeo proficiant, vt nõ raro tanquã spru afflati diuino fundere oracula credanr, perfectiq. et sancti viri ab oibus habeanr, tum præsertim, cum propter idolũ suũ mortẽ sibi vltro consciscere nõ dubitant. Hæc inquã et multa huiusmodi alia, cũ ex liris illis à nostri ordinis hoibus et scriptis et nunc ẽt in lucem editis cognouissem, obstupui szt, tamq. cohorrui, quã si ex astris in terrã collapsus fuissem. Occurrebat enim menti meæ subito, nihil nostræ inueniri posse religioni similius: quare vehementer timendũ esse, ne ois hæc nostra spirita

Iaponiorum superstitio.

In comment. de rebus Indicis et Iaponicis an. 1574. Colomæ edito fol. 241. et 424.

ritalis viuendi ratio nõ diuina sit, sed humana tantũ et philosophica:
quod eã vel idololatræ et Ethnici hões Euangelij luce carentes assequã:
tur: et qdem tales ethnici, q natura, moribus, ingenio nostris Europæis
ingeniosioribus (Italis puta et hispanis) persimiles dicunt, quiuis iã
ut intelligat, à similibus naturis et ingenijs, simillimas inuentas et con:
stitutas esse religiones. Quid quod apud eosdem Japonios, nõ nostra
tantũ religio, sed tota ferme Eccla romana Ethnico spru fundata con:
stitutaq. cernar? Nam in ijsdem liris commemorar Principem omniũ
in Japonior imperio locum tenere supremũ religionis antistitem, q pene
pro numine colir, et vulgo sacrosanctus putar sic, ut phibeatur humi ve:
stigia ponere: latissimeq. imperat, et cum prophanis regibus sæpe certat.
Fundos et (q sunt velut Episcopi) tametsi eor nominatio, q dr, qbusdã
in locis penes regulos sit, confirmat tñ et creat ipse, q deinde magno
apud summos infimosq. in honore sunt sacerdotia conferunt, ieiunia
indicunt, carnis gustatus cum religiosis diebus ad idolor delubra, vul:
go peregrinantur, concedunt. Nascentes pterea Bontior (q Japonij
sunt monachi) sectæ, nullã autoritatẽ vel existimationẽ obtinent, ni:
si eas idem suo diplomate et testimonio comprobauerit. Hi porro Bon:
tij amplissima incolere dicunt nostror ritu monachor coenobia, celibẽ
vitam ducere, in phano medio aram excitare, in qua Amidæ signũ lig:
neũ, in rosa item lignea considet præclara ad aspectum, ingentes here
bibliotechas, cænationes ad cibũ vna sumendũ, æramenta seu tint in:
nabula, qbus ad precationes horarias excitant. Oespere pfectũ certũ
vnicuiq. argm ad meditandũ proponere, à media nocte ante arã tẽpli
alternantibus choris, quasi matutinas recitare pces è Xacæ libro nouis:
simo, prima luce vnã horã singulos meditando consumere, permagna
construere perystilia, et in ijs Fotoquiorũ (quo nõe Japonij qdã sancti
appellant) sacella: mento capiteq. esse raso: dies per annũ festos cele:
brare multos. Nihilominus tñ eosdem Bontios vita moribusq. esse tur:
pissimos, et omniũ mortaliũ auarissimos, oesq. nosse conficiendæ pecuniæ
vias, vendere populo multa chirographa, quor præsidio se tutos fore à
Dæmonibus vulgus existimat: mutuari et numos, quos in altera vita du:
plicato reddant fænore: dareq. cautionis caussa creditori syngraphas
quas secũ è vita discedens deferat ad inferos: Claro deniq. eos vt plurimũ
esse gre, eo quod Japonij proceres multiplici prole onerati, qbus filijs sa
tis amplũ patrimoniũ relinquere se posse diffidunt, hos postea ad Bon:
tior numerũ aggregant, christianos hosce diceres monachos, vel si mores
spectes Canonicos, et Romanæ Ecclæ prælatos, si lux Euangelij vel tenui:
ter eis, ante nostror hominũ ad ipsos aduentũ affulsisset: vel vllãs om:
nino ad illos chrianus, ex quo hæc audita imitarent, penetrasset: Sed
neq. animar cultus Japonijs deest, in quo tñ paulo magis, quã nos, sunt
superstitiosi. Nam augusto mense integrũ ipsi biduũ tribuere dicunt
colendis manibus mortuor. Sub imminentem noctem, in ædiũ foribus
lampadas multas accendere, vario genere picturæ et ornatũ: Inde vr:
bem nocte tota, partim religionis, partim spectandi cã perambulare:
magnã et populi vim, cum aduesperascit ex vrbe, aduentantibus suor
(vt ipsi vizt opinant) manibus obuiã prodire: vbi quendã ad locũ per:
uentũ est, quo loco eos sibi occurrere arbitrant, humanis primũ verbis
excipere: felix, dicentes, faustusq. sit vester aduentus, iã diu aspectus

Similitudo Romanæ et Japonicæ religionis.

vri

vestri fructu caruimus, considete parumper, ciboq. vos ex itineris fa-
defatigatione reficite. Tum oryzam, arborum fructus, aliaq. cibaria
apponere: ibiq. per horam moratos, quasi finem epulari expectent, eos
precibus in domos suas inuitare, dicereq. se iam precedere, vt domum in-
struant parentq. conuiuium. Vt biduum illud effluxit, funalibus ac-
censis plebem oppido egredi, lumina discedentibus præferente, (ne
scilicet in tenebris offendant, aut quopiam incurrant.) inde in vrbem
reuersos, ædium tecta lapidationibus diligenter excutere, ne, q forte
ex manibus (a quibus nimirum aliquod sibi incommodum metuunt.) occul-
te remanserint. Interrogatos a nostris Iaponios, cur illis epulum
præbeant, respondisse, eos ad paradysum tendentes suum, q abest
leucarum decies millies millena millia, quod iter non minus, quam triennio
conficitur, recolligendarum virium caussa huc diuertere. In his autem omnibus
regnare Bontios, Iaponiorum sacrificulos, neminemq. esse re familiari, quam-
uis exigua, quin ad expiandos rite suorum manes Bontijs munus aliquod
afferat. Mitto iam breuitatis gratia, aquam lustralem, vascula vapora-
ria suffimenti cum prunis imposita, multas et magnas indulgentias,
quas Bontij populo in concionibus perseueranti et coenobia ipsorum di-
tanti proponunt: globulos precarios, quos permulti Iaponij, non solum
priuatos inter parietes, sed in publico totaq. vrbe fere semper manu per-
currunt, ab Amida Xacaq. diuitias, honores, prosperam valetudinem
sempiterna gaudia suppli postulantes. Quæ quidem vsq. adeo vera
sunt, vt et a nostri ordinis hominibus visa perscriptaq. sint: et pene ipsa
est nostri patris Petri Maffei, q litteras illas ex italico idiomate in la-
tinum conuertit, verba vsurparim. Atq. hæc altera mea fuit de so-
cietate Iesu totaq. Romana Eccla opinio, vel potius, vt confessarius
dicebat meus tentatio: quam vix multis diebus ex animo tandem meo ex-
clusi, omnem eiusmodi vim rationum dies noctesq. in mente mea irrumpen-
tium, precibus iaculatorijs vt vocant, ieiunijs et alijs corporis afflictio-
nibus constanter repellendo. Hac autem vix dum deuicta tentatione
ecce tibi repente alia, q vitam mihi vix reliquam faceret. Nam paulo
post accidit, vt in prandio nobis pro spirituali cibo prælegerer 18 cap.
3 Reg. vbi de Sacerdotibus Baal narrat, quod ad suum ipsi placandum
Deum cultris se et lanceolis incidentes sanguinem emiserint. Quo au-
dito (nondum scilicet theologus eram, neq. tota adhuc sacra biblia perlege-
ram) eqdem toto corpore exhorrui, omnemq. comedendi sensum et appetitum
amisi, nostrorum nimirum recordans flagellorum, quibus tanquam cultris et lan-
ceolis nostri in nostra ipsi terga sæuientes, non parum aliquando sanguinis
elicimus, atq. haud scio, an, vt Iaponij illi, Iesuitæ (quos iam ambu-
xas vocari dixi) mortem tandem vltro nobis inferimus, sanitatem
quidem certe eripimus. Verum isti, et istiusmodi sexcenti alij spiri-
tales scrupuli a me in societate excepti, vereor ne leuiores sint, quam
vt tibi homini grauissimo enumerentur, et ad cognoscendum proponantur:
quocirca reliquis omnibus omissis, duo tantum sancta, et catholica,
id est, Italica monstra et idola, quorum patrocinium societas nostra
peculiariter suscepit, et de quibus per decem iam annos laboro, ea
vt mihi catolica effecta, sancta quo facere possim, describere conabor
ex quo tuam de societate Iesu, et Romana Eccla sententiam in omnem æ-
ternitatem confirmari et corroborari senties.

Duo Suitarum monstra seu Idola.

Alter igitur horum idolorum vidi Romæ in phano D. Petri, quod idolum

vulgo

Vicarius Christi in phano Petri.

vulgo appellant vicariū Chri: Ego vero illud vel ipsū chrm, vel
qd maius et chro propterea existimaba, quod ois populus, q religionis
cā eo confluxerat, simul ac illud in sublimi solio positū manibus rubro:
rū hominū, seraphinor instar angelor, ne forte ad lapidem pedem suū
offenderet, afferri vidit, statim in genua procumberet, pectus suū tunde:
ret, multaq. id genus alia, q soli deo conueniunt faceret. Proh chre
sancte, animus tunc exclamabat meus, quousq. quaeso tibi ferendū vide:
bir, vt quantū ipse ~~te~~, in forma Dei existens, humiliaris te in terris,
tantū vicarius tuus, hō duntaxat super oēs sese efferat, et extollat
cælos? Vt cū nullū tū hic regnū habueris, imo regnū tuū nō esse
de hoc mūdo dixeris, nullaq. regia vsus maiestate fueris: Vicarius
tn tuus omniū iura possideat regnor, oēsq. reges teq. et Regem regū
humana diuinaq. vincat pompa et maiestate? Vt cum discipulus
tuus Petrus, q primus Papa fuisse dr, Corneliū Centurionem sibi
ad pedes ne iacere qdem, nedū eos osculari sit passus, sed statim illū
erexit: Surge, inquiens, et ego ipse hō sum: successor tn eius se hōem
oblitus, sicut Deus isthic aliqs sedeat, cuius ipsi hōes deosculenr pe:
des? Sed tn reuocaui in me statim, et reduxi ad nonnulla āi æqui:
tatem, hoc quasi mecum habito colloquio: Est certe, inqua, omnino
Pontifici Romano eiusmodi pompa, et maiestas necessaria, ad allicien:
dos in officioq. retinendos superbos Imperatores, Reges et Principes huius
mundi: ad perstringendos oculos vulgi, vt quod humilitas efficere a:
pud huiusmodi hōes nō possit, id saltem præstaret vanitas, vt cū pprio
sanctitatis et virtutis splendore, sicut chrs, Apli et alij Sancti Viri
dignitate tueri suā nō possit, eā fulgore saltem alieno defendat: ne
cum prisci Romani toti quondā mūdo dominarenr, si Pontificis Roma:
ni potestas nō ad cælos et et tartara vel purgatoriū in hunc vsum cō:
fictum extenderer, Papa minor illis aut saltem æqualis videretur: vt

Papa Romanus Iupiter.

quādmodū summus Romanor Deus Iupiter Opt. Max. quosdā fulmine
fingir ad inferos deturbasse: Sic Romanus Pontifex, suū terrificū heret
excommunicationis fulmen, quo oēs chrianor āias attonitas redderet, eas
q. contra ipsius potentiā vel hiscere audentes, vltra inferos et si fieri
possit deijceret: vt deniq. sicut idem illi rer dni amplissimū suū pur:
puraq. fulgentem magistratū habebant, ex quo alij principes erāt ciui
tatis, alij instar regū exteris imperabant nationibus: Sic Papa Romanus
non solū Episcopos tanquā principes haberet, sed Cardinales et purpureos
q. patres, q summis Regibus æquarenr, ex qbus solis, instinctu sprs S. Vi
carius christi eligeretur. Quasi vero vt Cathedra Petri vrbi Romæ
sic sprs S. alligari possit Cardinalibus fœtidissimis, certe ac turpissimis
libinū et ambitionū cloacis. Ipse enim suapte sponte tantū in quietis
seu modestis et humilitate præditis hōibus quiescere se velle dixit: inui:
tus aut et alligatus, vbicunq. Romana velit Eccla permanere cogir, quan:
quā hic semp mens mea reclamabat, quod nō tam ~~ac~~ arcte sprm S. sibi
et suæ alligarint Ecclæ, quin vigesies et septies, eius psentia destituti
viginti septem illa, q in tabulis Pontificū visunr excitarint schismata:
q certe perpetuū dicerent contra sprm S. testimoniū, oēmq. eius vim et
potest

lib. 3. de nat. deor.

Esa. 66.

potestatē redarguerent. Quid enim? erroris & dissensionis autor, nūmē
pt esse diuinum? Hoc loco cum vrgenr, nō discessisse tunc dicunt à Ro-
mana Eccla sprm S. sed errore atq. ambitione hominū, monstrosū Eccle
caput, modo biceps, modo triceps extitisse, ex his aut oībus, semp vnum
tantū verū & legitimū fuisse. O monstrosū sprm vrm S. monstrosaq.
Ecclam, q errore ac ambitione vra, toties totq. sibi capita afficta susti-
nere, per tot annos, circumferre, tot mortalibus ad errorē abominationē
& desperationē obtrudere cogar, nā ego istud monstrū, quod toties iam
duo, aliquando ēt tria simul capita habuit, facile septem simul monstrosa
vrā libidine ambitioneq. capita acquirere posse video. Sed de primo
isto monstro seu idolo satis.

Alterū aut idolū vidi Laureti, quod Itali vocant, la Madonna di
Loreto. Est aut imago picta, vt dr à S. Luca Euangelista, atq. eam
obcam mirabiliū operū effectrix pdicar. Non queo verbis asseq, quāta
sit idoli huius religio, quanta ipsius miraculor per totā Italiā fama.
Hoc vnū Italis est cunctis, siue repentino aliquo mortis periculo pculsis,
siue egritudine aliqua laborantibus, in ore, huic oēs in tali statu vo-
ta faciunt, munera promittunt, peregrinationēq. ad ipsius templū ~~pmittunt~~
pollicenr. Quod si accidat imminenti aliquos periculo morboue libera-
ri, ilico miraculū exclamant, promissa soluenda statuunt, Lauretanaq.
profectionē suscipiunt. Itaq. concurrir ex oībus Italiæ partibus Lau-
retū, quotidie dona innumera afferunr, tabellæ pictæ totā miraculor
seriē exprimentes in templo suspendunr. Commouebat me sane primo
aspectu tabellarū infinita multitudo, aliqdq. ibi regnare diuini suspi-
cabar. Verū vt propius accedens, eos inspexi, facile cognoui, stupentis
illa populi atq. sensu (quē fere solum ht) deos sibi sensibiles quæ-
rentis esse deliramenta. Nam hic quempiā pictū cernebā pen-
dentē in equuleo, votisq. Virgini Lauretanæ factis, oīa illa tormen-
ta ferentē fortiter: Illic aliū ex feroci corruentē equo, mortis tn
fatū euadere: hic quosdam egrotantes eiusdem inuocatione in
pristinā sanitatē restitui: Illic alios, eosq. nauigantes, simili voto
maritimā procellā tempestatemq. effugere. Quas tn ineptias ipse
quondā Romanor superstitionū diligens obseruator Cicer. explosis-
se vider, de natura tractans deorū deq. Diagora philosopho, Roma-
nor deos ridente, ita scribens: Cum Diagoras Samothraciā ve-
nisset, atq. ei qdam amicus: Tu qui deos putas humana negligere
nonne animaduertis, ex tot tabellis pictis, quā multi votis vim tem-
pestatis effugerint, in portumq. salui effugerint? Ita fit, inqt, Illi n-
nusquā picti sunt q naufragiū fecerunt in mariq. perierūt. Acu-
tū sane, ac philosopho hōe dignū responsū, quo satis aperte sigca-
uit, tales nō Iouis, nō Iunonis, nō Neptuni nō alior, qbus vota fece-
rant, deorū ope seruatos fuisse: cum plures alij, ijq. multo fortassis
his, q mortem euaserāt meliores, similibus factis votis, fluctibus tn
hausti perijssent: Sed cū oēs fere in periculo constituti ad aliquē
eiusmodi confugere solerent deorū, accideretq. sæpissime, vt caus-
sæ naturales vehementius incitatæ, mortemq. minitantes, in medio
deinde cursu, vel impeditæ, vel p sese attenuatæ repente salutis spē
afferant, sine vlla ratione effectū hunc fictis commenticijsq. dijs as-
cribi. Hoc idem nostris accidit Italis in colendo idolo Lauretano, ta-
bellisq. pictis ei offerendis. Quia cū tota ferme Italia huic vota fa-
ciat.

La Madonna di Loreto.

lib. 3. de nat. deor.

Esa. 66.

ciat, et necesse sit, quodammodo in tanta hominum multitudine aliquos saltem siue singulari ope diuina, siue viribus et naturæ voti sui compotes fieri, et aliqua interdum naturæ miracula existere, stolide hæc et stulte Virgini Lauretanæ attribuuntur: nisi negare forte velint, quod eodem modo, eademque de causa olim apud Ennenses et in Sicilia (ut idem Tull. testatur.) simulacrum Cereris multis sæpe prodigijs, ut verbis eius vtar, vim suam numenque declararit: et multis sæpe in difficillimis rebus præsens eius auxilium tulerit. Sed hæc vt dixi fere vulgus tantum vulgique similes sectantur. Nam docti eorum philosophi Medici nec non Theologi, dignitate aliqua Ecclesiastica non deliniti, non modo hæc Lauretana miracula, sed ipsam et fidem Romanam (quod facile cum Neapoli esse, vbi nonnihil illis ab inquisitione papali respirare licet, intellexerim.) tanquam ficta et falsa animo contemnunt: quin et aperte athei illi nomen christiani ridebant meum, quod Italico idiomate per hominem christianum stupidum et stolidum significare ac intelligere soleant. Idque propterea credo, quod nemo illis, nisi stupidus et stolidus ad chimeras papales credendas aptus et idoneus videatur.

Hæc mihi fere in mente veniebant, quæ tuo excitatus, et nescio quodo illuminatus sermone, dicenda putarem de societate Iesu, deque suis, quæ ipsa principio colit et venerantur idolis. Tum Paulus fortibus me intuens oculis. Non quæram, inquit, posthac amplius tantæ cæcitatis Iesuiticæ caussas, excusationes non recipiam: si in te tantum potuit veritatis lumen institutione Iesuitica deprauari, ac propemodum, nisi ipse, credo huc diuinitus venisse extingui, quid ego in obscuris et tenebrosis aliorum animis non fieri existimem? Quæ cum dixisset, finitæ signum nostræ recreationis dabatur, et vterque nostrum compresso vt fit sermone in suum se cubiculum recepit.

De bestialissima idololatria, quam in adoratione panis et vini renouat Societas Iesu diuino sub cognomento latitans sancta bestia, paradoxa sex

Conscripta per Christianum Franken Gardelebiensem.

Omnibus pijs et orthodoxis christianis, Christianus Franken pacem et salutem ex inimicis.

Mirabili prorsus iudicio ego factum diuino puto, fratres mei in christo venerandi et dilectissimi, quod adhuc crescens et tenera, quæ ætate viribusque confirmata, æternam omnibus adferre salutem debebat, christiana religio, in omnium statim vt gentium, ita superstitionum dominam Romanam vrbem delata, ibique ethnicis ritibus cæremonijs interpretationibus vestita, deprauataque, ad multas nationes per mille ac quingentos, eo amplius annos vera peruenire sinceraque non potuerit. Nam cum idolorum cultus adeo insitus et innatus sit Romanis, vt vel nostro tempore Pius V, Pont. Rom. qui ab illis pro sancto colitur Roma adhuc magis gentilizare, quam christianizare (vt verbis eius vtar) dicere coactus sæpe fuerit: Certe sapienti homini dubium non erit, quin et prisci Romani, et Romanorum similes, qui paulo ante non solem non lunam, non alia longe posita sydera, vt multæ nationes: sed præsentia Iouis, Martis et aliorum, qui nusquam sunt, deorum simulacra adorare, thure ac cereis

Pij Pontificis dictum.

cereis honorare eisq. sacrificare consueuerant: quin hi inquā et horū successores, audientes velle gentes chrm velle de pane dixisse: hoc corpus esse suū, et de vino, hunc sanguinē esse suū, statim illud pro cōsuetudine ad idololatricā præsentiā traxerint, et (quod peius est) ethricū ēt ex eo sacrificiū fecerint, sicq. vanū idolorū cultū in bestialissimā idololatriā commutarint. Cum nulla unquā gens fuerit nec tā fera et barbara, q̄ panē et vinū pro deo coleret et adoraret, nec tanta stulticia et insania, q̄ Deū suū, etiāsi posset, immolare quodāmodo mactare et in integrū deuorare vellet cum intestinis ēt, atq. ijs q̄ in his forte ab vltimo prandio cænaue residerent cibor̄ reliquijs. Et sane si usq. eo fornicationis suæ poculū in religionē chrianā effuderūt, vt ex sacra eucharistia, sacrificiū romanū fecisse, idq. Germaniæ Galliæ atq. alijs nationibus pro vera mystica incruenta chri immolatione obtrusisse demonstrer, quis iā nō sapiens solū, sed sanæ mentis hō dubitare poterit, quin ex eodem abominationis calice idololatriā illā suā, corporis et sanguinis chri præsentiā in orbem chrianū deriuarint? Imo ipse iam oib⁹ Italicis superstitionibus imbutus Caietanus Cardinalis hac de re dubitare cepit cum scriberet: Romanā chri in hoc sacramento p̄sentiā, ex verbis illis suis: hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, nisi ad ea Romanæ interp̄tatio accedat Eccl̄æ, euidenter demonstrari nō posse: q̄ppe, q̄ iure optimo alium possint sensū admittere, nō secus ac, inq̄t, hæc Ap̄li verba: petra aūt erat chrs. Quem Cardinalem hanc vnam ob cām summus Iesuitar̄ in Romano collegio theologus Iacobus Paitz, tanquā incaute locutum frustra in suo de eucharistia tractatu repræhendit. Eq̄dem hanc esse eius, quā dixi, idololatriæ cām, præter suā illā aliquā ipsor̄ confessionem atq. eas, quas et in his paradoxis posui, et ipsi nunquā dissoluent, rōnes: duo me potissimū commouerūt, et ad hoc firmissime credendū impulerūt. Quor̄ alter̄ est, quod nostri Romani nō viuū solum et inuisibilē, panis nimirū viniq. speciebus contectū, sed mortuū ēt et visibilē p̄sentem sibi chrm fingunt. Etenim Romæ in phano Ioannis Lateranensis apud Basilicā principū Ap̄lorum Petri et Pauli duæ sunt, quas ipse sæpe adolescens religionis cā sum deosculatus, æneæ columnæ, plenæ vt aiūnt terra sancta chri sanguine tincta: multisq. alijs in locis, q̄dā adhuc eiusdē sanguinis guttæ pro reliquijs asseruant̄. Et tn̄ fatent̄ oēs, humanā chri vitā sine sanguine esse nullā, quare ēt nō potuisse totū à mortuis chrm resurgere, eandemq. nūro vitā per sanguinis effusionē amissā recipere, nisi eundem q̄o et totū in terrā effusū sanguinē recolligeret, fateant̄ necesse est: Cum p̄sertim chri corpus temperatissimū, superflui sanguinis habuerit nihil. Iam vero cū ipsi possidere se chri sanguinē profiteant̄, certe nō contenti viuo, mortuū ēt chrm præsentem sibi fingunt. Alterū aūt est, quod plurima, q̄ ad hanc rem confirmandā afferunt̄, miracula, ex diametro cum ipsor̄ doctrina seu theologia pugnent, facile vt appareat, vtrūq. ab illis idololatriæ caussa esse confictum. Ex his aūt miraculis, breuitatis grā, vnū vel alterū tantū in mediū producā. Ac primo q̄dem maximi ab illis fit, quod de confixis à Iudæis et sanguine manantibus hostijs vulgo narrar̄ et scribir̄: cū tn̄ oēs eor̄ theologi et doceant et necessario docere debeant, chrm iā immortalem, nihil amplius pati, mortē illi vltra nō dominari: quod certe falsū esset, si proprius ibi et suus fuisset sanguis effusus, nisi forte chrm fallacissimū facere præstigiatorē velint,

Panē et Vinū pro deo nulla gens coluit.

q vl

qui vel alienū ibi posuerit, vel nouū sanguinē creauerit, quē hōes ipsius esse atq. ab eius effusū corpore arbitrarenr. Deinde nō minoris illud faciunt miraculū, quod de Vdone Archiepiscopo Magdeburgensi serio narrār in eo, q speculū exemplor inscribir, libro. Ex huius eni visceribus et ore ante quā capite plecterer Virgo Maria sacras hostias desumsisse ac in calicem misisse dr. At oēs eōr sacri clamant doctores, chri corpus nequaquā more cibi cōis in nobis permanere, aut in nostrā sūbiā conuerti, sed corruptis à calore naturali speciebus, statim inde migrare. Quocirca nō potuit vlla ratione Maria filij sui corpus accipere, vbi nō manserat, ni suo fortassis more nugari dicereq. velint, nouo chrm miraculo in flagitiosissimo illo hōe tanquā in fœdissima aliqua cloaca corpus suū conseruare maluisse, quā in pijs et sanctis viris. Sed huic iā finē præfationi impono, obnixeq. vos oēs Viri orthodoxi rogatos volo, vt pauca hæc mea, et in itinere conscripta paradoxa vri splendore nōis nequaquā digna, æquo tn aīo suscipere velitis: id quod à vobis nullo petere modo auderem, si alicuius premij vel lucri cupiditate, et nō potius omniū vobiscū defendēdæ salutis desiderio speq. eius ab orbe chriano repellendæ bestiæ, q ad hanc de qua dixi, idololatriā tā studiose ipsū reducere conar, impulsus, illa vobis potissimū dedicassem. Valete in Dño plurimū Basileæ 5 oct. 1579.

Παράδοξον primum.

Quod Chrs ex cælo in terrā à Iesuitis retrahar, ibiq. symbolum Apostolicū refellere cogatur.

Adorandæ eucharistiæ, nullā aliā afferunt, nec adferre aduersarij nostri possūt caussā, nisi Romanā chri in ea diuq. permanentē præsentiam: cum aut vnus et idem sit, alio duntaxat modo in cælo, et in eucharistia existens chrs, merito, inquiunt, in hoc illū sacramento, vt et sacra scriptura et ratio et iubet ipsa tanquā Dm Deū nostrū adoramus. Sed multis ego, et in oēm æternitatem istiusmodi verittis hostes conuicturis rationibus demonstrabo, nō posse ibi esse Romano more corpus et sanguinē chri: nihilq. proinde illis adorandū pter panē et vinū relinqui. Nam ex cōi theologor philosophorūq. sententia omniū, cum verū vero nō repugnet, sed consonet potius faueatq.: hæ aut vt exitus declarabit ratiōes sint veræ, Euangelica q contrariū ondere videnr, testimonia, quo ab ipsis intelligunr modo, erunt falsa, ad velandā tn idololatriā accommodatissima, facile ab idololatris tot antè annis vt sonant arrepta fuisse constabit.

Eucharistia cur adoratur

Atq. in primis chrm ab illis retrahi ex cælo in terram arguo, ibiq. perpetuo manentem, et ventres ipsorū, nō mentes subeuntem symbolum cogi Apostolicū refellere. Quid ita? Quia collocari aiunt in sacra synaxi chrm, nō tn per creationē neq. grationē. (alioq nō eundem et antiquū illū suū, sed aliū semp et nouū comederent deum.) alicunde igr huc adueniat necesse est. Sed vnde quæso, nisi ex cælo? si aut ex cælo qdo ibi sedens ad dexterā manet Patris, indeq. venturus iudicare viuos et dr et mortuos? Non hoc, inquiunt, pacto chrs in eucharistia fit præsens quasi ex vno in aliū locū transferar, ex cælo in terrā deducar: sed per transsubstantiationē, seu conuersionē, totus sub vtraq. specie Dei filius statuitur. Ita fore semp, quando reipsa nō possunt fictis ac monstrosis nōibus nostras suspensas mentes tenent, stultissimeq. illudūt, vt quoniā eundē inh.

Christus quomodo in synaxi.

in hostia, q in cælo est Jesu here volunt, via aut oem, qua ad hanc
pducar perpetua veritte septa et interclusa vident, transsubiatione
saltem et conuersione, tanqua occultissimis, et q ab humano ingenio in:
uestigari no possint, cuniculis, illum eo perduci dicant. Quasi vero
cum ante consecratione ibi no fuerit, nec vllo ex loco venerit, neq. de
integro productus fuerit, ideoq. nullus accipiendi in speciebus Chrm
reliquus sit modus, nullu et fictu transubiationis nomen rem pos:
sit tanta efficere. Sed vt possit, Estne hic idem, q ad dextera Pris
sedet filius? Est plane, inquiunt, quoniam idem corpus, si no natu:
ralr at diuinitus, et sacramentalr in multis pt esse locis. Siqde hoc
tempore totu Chri corpus no in cælo tantu, sed in Italia in Hispania
in Germania, in Gallia et in multis alijs regionibus, atq. in his ipsis
sup plura adhuc altaria, et in istis, sub pluribus adhuc speciebus,
ac in his sub pluribus adhuc partibus, specieru reperitur. Hoc re:
sponso, q2 permultos ia annos triumphant, efficiam profecto vt post:
hac triumphare cessent.
Diuinitus et sacramentalr integru Chri corpus tam multis ijsq. disiunctissi:
mis est in locis? Cedo igr, quona vinculo, quaue vnione, ex corpore chri
existente Romæ et in cælo (vt innumera alia, vbi esse dr omitta loca.)
fiat idem et vnu? Nam ea corpora q aliud quippia inter se positum
hnt, no sunt coniuncta et continua, sed disiuncta et contigua, hacq. rone
no vnu, sed duo sunt vel plura corpora. Atqui inter species panis conti:
nentes Chri corpus Romæ, et ipsu Chrm in cælis existente immensu sane
spaciu, plurimaq. sunt corpora interposita. Vt igr in hisce ac oibus ali:
is locis Chri corpus sit sacramentalr, sacramentale qo inter Chrm et in
cælo empyreo sedente, et oes intermedios orbes celestes, et subiecta his
proxime elementa et altaria et hostias consecratas vnione constituatis
oportet. Quod certe portentu esse aliquod dicetis, cur igr et illud,
vnde hoc nascir, no videtis? Veru et hoc vra concedar stulticiæ, ve:
niat finitu Chri corpus in tam multa vel infinita, si essent, loca: audia:
mus saltem ex vobis quemadmodu inde discedat, et quona sese conferat
in cælu ne an ad aliu, q tu forte consecrar, panem? Fatemini namq. oes
no semp Chri corpus sub speciebus permanere, sed quoad hæ integræ
incorruptæq. perseuerant: destructis aut, siue a calore naturali, siue a ver:
mibus, siue ab aëre circufluente speciebus, statim inde Chrm qo discedere.
Sed quorsu et quo tandem modo? Desinit, clamatis in schoolis vris, desi:
nit ibi tunc esse ita, vt neq. in cælu, ex quo nunqua discessit, reuertar:
neq. ad aliud altare, quod tunc forte, vbi consecratio fieret, nullu es:
set, proficiscar: neq. vllo modo intereat et corrumpatur. O indigna, hoc
ratione pdito, doctrina, si vspia corpus esse aliquod desinat, illud tn
neq. discessu neq. interitu ibi desinere. Quid quæso magis contra coem
est ratione? Theologia aut etsi ea docet, q sunt supra ratione et ὑπερ:
φυσικά, no tn q contra et ἀντιφυσικά. Chrm aut no manere sub speciebus
corruptis, et tn inde no discedere et alio peruenire manifestissime roni
repugnat. Quid, quod hæc corporis et sanguinis dnici desitio, vnione
chri hypostatica dissipet atq. dissoluat? Verbu eni æternu cu immuta:
bile sit et infinitu, vbiq. et esse et permanere dr, manet igr sub spebus
et destructis. At ibi ante corruptione specieru, corpus et sanguis chri
hypostatice illi erant vnita: ia vero cu hæc ibi esse desierint, quodo sub
speciebus corruptis no facta est fitq. singulis diebus dissolutio naturæ
human.

humanæ, à diuina? vel si finita, et q̃ vbiq. esse nõ pt (vt vos fatemini) humana natura secũ defert eã, cui semp vnita manet diuinitatis portionem, quõdo diuinitas immobilis et immutabilis semp perseuerat?

Παράδοξον Secundum.

Quod transsubiatio totum paulatim mundum ad nihilum reducat, omniũq. tandem resurectionẽ mortuor tollat.

Sed ipsa nunc sola, si placet, transsubiatio prodeat, vt monstrosa huius chymeræ prodigiosaq. natura hactenus nõ satis perspecta, tandem iã aliquãdo cognoscar, totoq. ex orbe chriano explodar.

Transsubstantiatio, inquit, est conuersio panis et vini in corpus et sanguinem christi: et hoc qdem ita dicunt, vt nihil subiæ panis et vini remanere, sed tota vtriusq. rei materia formaq. interire velint. O immensa horũ, quæso, oẽs q sapitis, dementia theologorũ, cognoscite. Quoniã panis et vini, nõ formã solũ sed materiã etiã perire volunt, et totũ paulatim mundũ in nihilũ interire, et omniũ tandẽ tolli resurectionẽ mortuor fateam necesse est. Mundus eni, q parti tot antè annis nõ perijsset, partim nunc periret, partim consequentibus annis perituris esset, sublata, oibus hisce temporibus per infinitũ, panis viniq. in orbe chriano consecrati, numerũ, materia. Noua, inqt Thomas Aquinas corruptis speciebus à Deo creatur materia, q̃ in locũ prioris succedat tanquã ruinã reficiat. Nouũ igr etiã aliqua ex parte habemus et tandẽ totũ beneficio transubiationis habebimus mundũ. Et hoc saltẽ tempore cũ innumeræ sint in Romana Eccla consecratæ hostiæ, in qbus oibus vi consecrationis materia panis interijsse dr, falsũ relinquer celeberrimũ illud philosophorũ omniũ, etiã chrianor prologuiũ: Tantã iã esse in mundo materiã primã (vtpote ingenerabilem et incorruptibilem) quanta semp ab initio fuit. Resurectionẽ porro eadem de caussa tolli mortuor, qs nisi cæcus nõ videt? Materia eni prima, q̃ dr, omniũ est capax formar, cũ eadem materia, q̃ modo hanc vel illam ἐντελεχείαν sustentat humanã, mox cadaueris susceptura sit formã, tum vermiũ et elementor, sicq. deinceps, quascũq. alias appetiuerit, nactura sit formas variar præsertim (vt in cæmiterijs videre licet) herbar, nec nõ tritici et aliar plantar. Ex hac aut tritici, q̃ quondã hois fuerat materia, accidit, fieri hostias, in qbus deinde p transsubiationẽ, tota ad nihilũ materia reducir: nihil igr ille oẽsq. alij, qbus idẽ acciderit, retinebunt sui, quod in vniuersali corporũ instauratione recipere possint, cũ præsertim illud idem nũro, vt ipse Thomas Aquinas fater, quod ad nihilũ est redactũ, nõ possit à Deo restitui.

Παράδοξον tertium.

Quod falsa consecrationis verba, verum in Eucharistia chrm præsentem efficiant.

O, magnã, exclamant, diuinor vim, virtutemq. verbor, q̃ rite, perfecte prolata, tot simul efficere miracula queant. Nam, simul ac de pane dr: hoc ẽ corpus meũ, et de vino: hic est sanguis meus, tota statim panis viniq. subia deperdir, et cum nihil illius remaneat, nõ tñ adnihilar, totusq. sub vtraq. spe chrs, nullo ex loco adductus, nõ sdm humanã tantũ, sed diuinam ẽt, q̃ antea ibi et vbiq. erat naturã, demio tñ collocar. Merito sane tantopere hæc admirantes paucor quasi incantationi adscribunt verbor, q illa ipsa verba, ita intellecta contra suã et grammaticã et philosophiã et theologiã facere necdũ intelligunt. Contra grammaticã qdem, qz pronomen, hoc, statim atq. pro:

profer, alicuius rei præsentis est demonstratiuum: tunc aut cum eo qdem
pronunciato, nondum tn oia consequentia sunt prolata verba, no adesse
aiunt sed affuturum, chri corpus: rem igr absentem ibi et futuram demostrat
potius, quam præsentem, proindeq. no impropria modo et metaphorica (quod
oes negant) sed aliena et et contraria (quod ipsa rerum nominumq. natura
detestar) induit signcationem. Contra philosophia vero propterea qd
cum ois ca, si no tempore, at natura suum præcedat effectum, et consecratiois
illa verba, caussa sint, cur præsens sit in eucharistia chrs, et eatenus sint.
ca, quatenus verum signcantia chri corpus et sanguinem, hæc præsentia effici:
unt: necessario prius in se esse debent vera, vt verum signcando effectum
producant. Atqui no in principio, no in medio, sed primum eor in fine verbor
præsto esse dicunt corpus et sanguinem chri: in fine aut vt verba no sunt
ita neq. amplius signcare et vera esse possut: in oi igr et tempore et instati
(vt vocant) naturæ, quo verba hæc proferunr, prolataq. signcant, omnino sunt
falsa. Siqdem prius, saltem natura, hoc esse corpus hunc esse sanguinem
signcant et et demonstrant, quam corpus ibi sanguisq. adsint. Falsum aut
q esse pt caussa veri? Contra theologiam denique, q2 oes eor docet
theologi, verba consecrationis illud efficere, quod signcant et tn totum sub
vtraq. specie chrm esse dicunt. Atqui neq. solum corporis neq. sanguinis no:
men totum signcas chrm, diuinitatem vero eius ne signcare qdem potest. Verum
est, inquiunt, hor vi verbor integrum sub vtraq. specie no esse chrm: est tn
totus per concomitantiam. Quoniam chrs, cum viuus iam sit et immortalis
no pt sanguis eius esse sine corpore, neq. corpus sine sanguine, neq. hæc si:
ne aia et diuinitate. Sed miseri isti et superstitione cæcati theologi no:
dum vident, quod eadem ratione, no filius solum, sed Pater et et sprs S.
totaue trinitas incarnata comederetur. Nam vna eademq. essia diuina
nuro in oibus tribus inest personis diuinis, essentiam aut necessario comi:
tar ὑπόστασις et subsistentia, ita vt vbicumq. est essia diuina, ibi necessa:
rio oia tria sint supposita, tresue personæ diuinæ. Non pt igr p concomi:
tantiam totus Dei filius manducari, quin tota qo trinitas, per eandem con:
comitantiam comedatur, totaq. theologia chriana confundatur.

Παράδοξον quartum.

Quod Chrs seipsum in vltima cæna totum comedens non tn os et stomachum manducauerit suum.

Porro chrm aiunt no discipulis solum suis, sed sibi et, corpus suum mandu:
candum et sanguinem bibendum dedisse, no bibam a modo dicentem de hoc genimi:
ne vitis, nisi in regno Patris mei. Equidem iam mihi no stulti, vt semper:
no insani, vt sæpe: sed ne hoes qdem esse videnr, q Romanum in eucharistia
chrm esse dicunt. Nam q comedit quippiam, ore dentibus cæterisq. instru:
mentis a natura tributis illud comedit, et ex palato in stomachum demittit
fieriq. nullo modo pt, vt illud idem os, quo comedimus, simul a nobis comedatur:
idemq. stomachus, in quem cibus conijciendus est, cibi vicem gerat, vt contra:
rium asserere, et humana et diuina sit ratione euertere. Sicut enim Pater
æternus, no seipsum generare potuisse dr, sed distinctum a se filium: ita certe
nihil seipsum totum præsertim, comedere pt, sed aliqd a se distinctum, et se:
paratum. Non manducauit igr chrs in vltima cæna seipsum, sed panem
duntaxat: neq. sanguinem suum bibit, sed vinum tantum, vt et os retineret su:
um quo cibum illum comederet, et stomachum, quo escam illam potumq. ac:
ceptum contineret. Imo potuit, inquunt Iesuitæ, chrs visibilis seipsum inui:
sibilem panis sz et vini speciebus occultatum comedere. I fraudem perner:
sitatemq. Iesuitica quæso cognoscite. Quia duos fingere christos, quorum
alter altero vescatur, no audent, duos adferunt diuersos existendi modos chri,

vt cum

vt cum vnus & idem sit visibilis & inuisibilis chr̃s & visibilis seipsum visibilem neq. reipsa neq. modo vel nõe possit distincte manducare: visibilis tñ seipsũ inuisibilem, vt modo nõeq. ita reipsa distincte comedere posse videatur.

Παράδοξον quintum.

Quod totus in parua hostia inclusus chr̃s comprimat̃, membris õibus confundat̃, planeq. moriatur.

Parua, inquiunt, hostia est: atqui magnus & trigintatriũ amor chr̃s. Neq. n. minus corpus vllo modo circumplecti maius & õi ex parte continere potest: Vel si cum tota ibi sua est quantitate seu magnitudine chr̃s, qdo in tam parua hostia includit̃, & inclusus nõ comprimitur compressus aut nõ membris õibus confundit̃ planeq. emoritur? Non patitur, inquiunt, vim ibi vllam corpus chr̃i, eo quod nõ alior corporũ more in hoc sacramẽto extendat̃, sed instar substãtiæ immaterialis & indiuisibilis totũ sit in tota hostia totumq. in qualibet ẽt minima parte hostiæ. Hic ego ões eor̃ theologos & philosophos testans, proprio hoc vt ore refellant efficiam. Scripsunt enim illi & docent in scholis suis ões: quantitatis essentia esse habere partes extra partes, vel certe diuidi aut mensurari posse: nec potentia qdem efficipossit, diuina vt alicubi quantitas sine hac essia naturaue sua reperiatur, quandoqdem contradictionẽ involuit manifestã, rem quapiã sine essentia naturæ suæ. Iam vero eandem si retinet chr̃i corpus in sacramento quantitatẽ seu magnitudinem, qua in cælis hẽt ad dexteram sedens P̃ris, eandem quo habebit partiũ extensionem diuisionẽ & mensurationẽ. Si qdem corpus materiale ac diuisibile nullo modo fieri contra naturã suam immateriale & indiuisibile pt̃. Nodum hunc Gordiũ Iesuitæ cernentes, nõ illi qdem soluunt, sed obscuris suo modo verbis involuunt, vt eũ ex dissolutum nemo videre possit, alicubi tñ, tanquã in tenebris soluentis iacere videatur. Dicunt enim habere qdem chr̃m in eucharistia & tota sua quantitatẽ & partiũ extensionẽ ac diuisibilitatem, verũ nõ in ordine ad locum, & hãc esse causã cur tã paruus nobis videatur. O prestigias Iesuiticas ões quæso agnoscite. Rem hanc in summã adductam discrimen videntes, q̃ materiale & diuisibile chr̃i corpus, fingere immateriale & indiuisibile, vt certi non audent: immaterialem saltem & inuisibilem, seu potius nullũ esse locum fingunt, quo tanta illa chr̃i quantitas & magnitudo occulter & oculis nostris subtrahat̃. Sed qd dicent, cum ex illis quæsiero: si magnũ panem instar montis consecrarent, nũ ibi esset nec ne chr̃i corpus in ordine ad locũ? consecrari autẽ tantũ posse panem, multitudo demonstrat hostiarũ ia in Rõna ecclia consecratar̃, q̃ in vnũ si locũ conferrent̃ magnũ certe montem conficerent. Tũc sane contrariã, õesq. ipsor̃ prestigias manifestantem necessario admibebunt responsionẽ: chr̃i corpus nõ solum ibi esse in ordine ad locum, sed ẽt extra locũ, hanc. esse cam, cur in tam monstrosam magnitudinẽ excreuisse cernatur.

Παράδοξον Sextum.

Quod sacrificiũ Missæ sacrum ex eucharistia corpus & sanguinẽ chr̃i tollat.

Nondũ hisce, & huiuscemodi sexcentis alijs alio loco detegendis de corpore chr̃i nũquis contenti, mysticũ & incruentũ ẽt ex eo sacrificiũ esse mistituendũ contendunt, quod eãm ordinẽ Melchisedec patri æterno offerat, quod solũ efficacissimũ sit ad hunc placandũ, medium. Atq Melchisedec panẽ tantũ & vinũ protulisse, id est, vt ipsi interpretant̃ obtulisse legitur:

gnar

quare aut ipsor sacrificiu, in quo nequaqua pane et vinu sed solum chrm offerri dicunt, no est sdm ordine Melchisedec, aut certe in eo sdm ordine hunc panis duntaxat et vinu exploso chro offeruntur. O pugione plumbeu exclamabunt, q vel hoc solo retundir, quod ordo sacrificior in externa potissimu forma figuraq. specter, cum aut ibi panis viniq. species saltem remaneant, ordo qo sacrificij Melchisedec conseruar. O scutu luteu quod tam facile plumbeo pugione transfigir. Nam ordo, quocuq. tande is modo sumatur, semp res eas, quar est ordo concernit, no aut eas, quar no est ordo: sed panis et vini species, no pertinent ad rem huius sacrificij vt ipsi fatentur, neq. ad ea vllo modo referunr, sed ad pane tantu et vinu, quor sunt species. Quapropter no pt in solis panis ac vini speciebus huius ordo sacrificij spectari, quin in solo et pane ac vino, sine corpore et sanguine Christi ipsum sacrificiu statuatur.

De prædestinatione, mira paradoxa tria p chrianu Frank. Gardelebiense.

Doctissimo Senatui, Populoq. pijssimo Gardelebiensi chr. Fr. Gard. S. P. D.

Non ignoro Viri præstantissimi ac integerrimi, qua facile oppugnari expugnariq. falsum posse videatur, quamq. difficile veri aliqd inueniar, inuentumq. clare perfecteq. explicer: nihilominus tn perpaucis hisce meis et superioribus et paradoxis falsa tesuitar, doctrina oppugnantibus potius qua mea vlla in re opinione explicantibus, oes veritatis hostes in arena prouocare volui. Plura eni et maiora sum moliturus, debitasq. vobis dnis ac ciuibus meis carissimis (si modo potero) sum gratias relaturus, cu alicubi mihi in voluntario hoc meo exilio et philosophica peregrinatione cosistere placuerit. Valete. Basileæ 6. octobr. 1579.

Παράδοξον primum.

Quod Conciliu tridentinu ignorans Augustini de prædestinatione sententia, ignoranter et certissimu hunc sui Sprs sancti nuncium, anathematis fulmine percusserit.

Augustinus occultissimu pertractans diuinæ pdestinationis mysteriu multis in locis constituit, Deu opt. Max. antequa primi nostri parentes peccassent oes voluisse hoes saluare, ad hocq. oibus gram sufficientem dedisse: Veru post commissu peccatu, totam Adæ posteritatem factam esse quanda perditionis massa damnationi obnoxiam, ex qua si nullus plane hominu liberarer sine vlla id Dei culpa iniusticiaue fieret. Fecisse tn illu postea ex hac massa qdam vasa in honore, qdam aut in contumelia, hoc est, sola sua voluntate, sine vlla alior, præuisione operum quosda prædestinasse ad vitam, quosda aut reprobasse ad mortem, hocq. ppter peccatu duntaxat originale. Ex quo profecto deducir, ipseq. Aug. apertissime fater, Deu non solu peccata hominu permittere, sed etia eam, sine qua conuerti saluariq. no possint, denegare gram, vt infantibus baptismu, infidelibus fidem, chrianis perseuerantia. At vero Concilium Tridentinu, vel ignorans vel dissimulans hunc tanti sui pris errorem contrariu plane statuit, dum dicit: Deu, sua semel gra iustificatos, non deserere, nisi prius ab eis deseratur, sed sicut cepit opus bonu, ita illud perficere, operans velle et perficere. Quid ad hæc Augustinus? Si q mqt, necdum estis vocati, quos gra sua Deus pdestinauerit eligendos, accipiet.

pietis grām, qua velitis & sitis electi: & si q obeditis, si estis reijciendi, sub:
trahenr vobis obediendi vires, vt cessetis obedire. Quid quæso hoc est ali:
ud dicere, quā, q in iusticia chriana perseuerant, ideo perseuerare, quia
grām diuinā acceperūt, qua ad finem vsq. perseuerarent, quaq. nō possent
nō perseuerare? & q ab eadem excidunt, idcirco cadere, q2 suā illis
grām Deus ad perseuerandū necessariā dare noluit? Deserit igr ex Au:
gustini sentia Deus, à qbus ipse nō deserir, synodūq. Tridentinā menda:
cij coarguit, illeq. vicissim ab eadem erroris accusātur, imo eodem, quo ca:
pitales ipsius hostes appetunr, anathematis fulmine p summā ignorantiam
stulticiāq. prosternitur. Fulminat enī Concilium contra eos, q dicunt: pecca:
tū à primis parentibus origine contractū virtute baptismi nō vere re:
mitti, sed tantummodo non imputari, seu quodam quasi modo abradi, ita
vt peccator radices adhuc aīo infixæ maneant: constituitq. antiquum
hoc peccatū sacramento baptismi prorsus deleri atq. funditus euelli. Stare
hic pt August. q originali culpa non solū infantibus baptismū, infidelibus
fidem, sed baptizatis et, semelq. iustificatis denegari ait perseuerantiā?
Qui enī hoc illis peccatū virtute baptismi remissū esset & condonatum?
aut si plane condonatū, cur illud idem Deus respiciens, tam multos dese:
rit baptizatos? Hic oēs Romanæ Ecclæ doctores laborare hærere, si, qdnā
respondere debeant cogitarint: labi vero & cadere, si qcquā responderint
necesse est. Sed fortassis cū Augustinū hac de re errasse nō audeant con:
cedere, solis pdestinatis per baptismū condonari dicent originale peccatum.
Vtinā illud qdem, sed nō audebunt. Sciunt enī chrm iussisse oēs baptizari
idq. in remissionē peccator: velleq. oēs saluos facere, quod certe nollet, si
tam multos ob originalem culpam reprobasset.

Παράδοξον Secundum.

Quod Augustini & Iesuitar hunc sequentiū de pdestina:
tione opinio, iustum, ac proinde ipsū de mūdo tollat Deum.

Qui porro non dicam misericordem, sed aliqua ex parte iustum hunc
cogitare possumus Augustini Deū? Nunc ille Rex iustus esset (ex hu
mana enim, iusticiā Iesuitæ venanr diuinā) qui, si cuiuspiā parens
deliquisset, nō hunc solum, sed totā etiā eius progeniem, non condemna:
ret modo, sed ita condemnaret, vt ea poena solum parentē & perpaucos eius
posteros, persoluto perditissimū quendā, q id solus istis ac oībus alijs, &
possit & præstare velit, redemtionis precio liberaret, reliquā aut oēm in:
finitā multitudinē, oī repudiato pcio crudelissime necari iuberet? Quis
nō immanē hunc potius impiū ac sceleratissimū diceret tyrrannum? Et
tn hoc modo Aug. præclare se iusticiā putat diuinā defendere, dum Deū
fingit Adæ peccato offensū, & hunc ipsū & oēs q ab ipso per naturalē propa
gationem descenderent æternis supplicijs adiudicasse: ex qbus solū postea A
damū & paucos alios prædestinatos, pretio sanguinis filij sui, quod vel ad totū
redimendū mūdū erat satis, eriperet: cæteros aut oēs, quantumuis innocen
tes, nec precio nec pcibus liberandos censeret. O crudelem & plusquā cru
delissimū iniustissimūq. Augustini Deū, q tam leuē, imo nullā propriam
ob culpam, infinitos ethnicos Machumetanos, Iudæos, innumeros deniq. chria:
nos, & qdem tales, q, vt ipse Aug. testar, dilectionē hnt, qua chriane viuāt
& ita viuant, vt cum eor vita, q salui fiunt, nō sint comparandi, perpetuis ex:
cruciandos tormentis dæmoni tradit. Næ Augustus Cæsar multo mallet cru:
delissimi huius Dei, quā Herodis, q cum pueris innocentibus filiū qo suum
occidi iusserat, esse porcus, quam filius. Augustinus tn se defendens, nobis
ita

ita videri, inqt, qui originalis peccati magnitudinē ignoramus. Quis tandem nisi stultus hanc ignorat? maius hoc erat peccatū in illo, q̄ et sua sponte deliquerat, et nos inscios in idem delictum induxerat, quam in nobis, qui nihil propria voluntate peccaueramus, et tn̄ liberatus atq. saluatus est ille per fidem in semen mulieris, quid igr̄, quod minimū ac prope nihil est in nobis, maius, esse fingis, quā quod maximū in Adamo? Quid? Si latrone latrocinij absoluto, paruulos tn̄ filios eius iustissime condemnatos diceres, an qsquā te mortaliū ferret? an nō oēs iniquissimū te, monstrosissimūq. esse iudicem clamarent?

Παράδοξον tertium.

Quod omniū theologorū scholasticor̄ de p̄destinatione sententia Deū stultum et insanū faciat.

Olfecit, credo, hoc tota scholasticor̄ theologor̄ turba, q̄ Augustinū hac in re deserens, Deumq. summa iniusticia liberare volens, in summā coniecit stulticiā et insaniā. Scribunt enim acuti isti viri, præsertim vero hor̄ princeps Thom. Aquin. Deum ab æterno sola sua voluntate, sine vlla originalis et actualis peccati præuisione, certos sibi hōes, q̄bus beatitudinem suā coīcaret, mediaq. ad hanc cognoscendā necessaria suppeditaret elegisse: reliquos oēs merito et sapienter ab hoc fine exclusisse. Quemadmodū enī, inqt, angelicus ille doctor, ordo proportioq. vniuersi requirit, vt aliæ res supremū, aliæ infimū obtineant locū: et sapiens architectus, alios abstrudit lapides in profundū, alios collocat in editiori et conspicua dom⁹ parte: Sic rerū omniū sapientissimus moderator Deus, multa fieri mala permittit oēs à se reprobatos ad infimū et dæmonior̄ domiciliū deprimētia vt nonnulla inde eliciat bona, q̄ oēs suos p̄destinatos, ad supremas et cęlestes beator̄ sedes eleuent, atq. attollant. O mirā sapiam Dei, q̄ vt stolidus aliqs et stultus facere sic permittere dr̄ mala, eaq. infinita, vt inde perpauca eueniant bona, q̄ p̄stantissimū hōibus finem constituens, ob vilissimas tn̄ sæpeq. fictas mathematicas proportiones, maximā hominū partem hoc fine non priuat solū, sed ita priuat, vt quasi ipsi eū conseq potuerit cum certe Deus illū vt assequerent̄ noluerit in miseriā et protruderent̄ sempiternā. Vt si Romanus Pont. diceretur velle oēs suos Cardinales in sanctor̄ numerū referre, nō posse aut̄, vel nolle hoc facere, nisi prius ab ipso plenissimas acciperent indulgentiar̄ alas, sine q̄bus nemo recta in cælum fertur, sed necessario in purgatoriū delabitur. Ipse tn̄ postea, nō omnibus sed perpaucis tantū huiusmodi alas largirer̄, cæteros aut̄ oēs, q2 sine his, quas dare noluit, alis ad cælū peruolare nequiuerūt, sed in ignem purgatoriū deciderunt, in ipsū et ignē infernalem deturbaret, qs nō crudelissimā huius Papæ stulticiā, stultissimāq. crudelitatē detestaretur? At talem oēs Doctores scholastici Deū faciunt, docentes, Illum antecedēti id est, remissa quadā et imperfecta voluntate (tanquā puer vel stult⁹ sit) velle oēs, vt sacra scriptura docet, saluare: consequenti vero, hoc est, p̄fecta constanti et efficaci voluntate (quasi iā vir, vel sapiens sit factus) velle eos tantū saluos facere, q̄bus grām suā, aliasq. virtutes diuinas tanquam alas cælestes dare decreuerit, reliquis aut̄ oībus, q2 sine hac, quā dare noluit, grā, ad vitæ sanctimoniā peruenire, vel in eadem perseuerare nequiuerunt, sed necessario in q̄dam peccata inciderunt, implacabilr̄ irasci: eosq. quasi ipsi contra æternā eius electionem ac p̄destinationē à peccatis tandem abstinere, sicq. saluari potuissent, nō aut̄ voluissent, æternis et ignibus excruciare. Tene ô Paule Sancte sic sensisse existimē cum diceres: in magna aut̄ domo, nō solū sunt vasa aurea et argentea, sed lignea et fictilia, et q̄dam quidem in honorem, quædā aut̄ in contumeliam?

finis Tordæ 28 Iulij 1584.

Disputatio

Inter Faustum Socinum, et christianum Francken de honore christi, id est, Utrum Chrs, cum ipse perfectissima rone Deus, nō sit: religiosa tn adoratione colendus sit nec ne: habita 14 Martij An. 1584. In Aula christophori Paulicouij.

Francken.

Non pugnabo tecum Sacræ scripturæ testimonijs, q detorqueri possunt, atq. adeo ab oibus nunc et absurdissimis sectarijs detorquenr ad victoriā: Sed agam ratione, si placet.

Socinus.

Placet: q2 vera rō, nō est contraria theologiæ veræ: sed verū vero tam consentit et fauet, q̄ album albo aut pulchrū pulchro.

Francken

Itaq. sic argntor:

Quanta est distantia inter Creatorem et creaturā, tanta esse debet diffrā inter honorem q creatori exhiber, et q creaturæ tribuir.
Atq inter creatorem et creaturā, maxima est distantia, siue naturā aut essentiā spectes, siue dignitate et excellentiā.
Ergo et maxima esse debet diffrā inter honorem Dei et creaturæ.
At honor, q cpcipue deber Deo est religiosa adoratio
Ergo hæc nō est tribuenda creaturæ.
Ergo neq. chrō, quē tu purā esse creaturā fateris.

Socinus

Etsi summa est inter Deū et creaturā distantia: nō tn est necesse tantā esse diffrām inter honorē Dei et creaturæ. Nā pōt Deus, cui vult honorē suū coicare, chrō præsertim, q dignus est talj honore, qq. nō sine grauissimis caussis adorari iuber in sacris lrīs.

Francken.

Posse Deū alicui creaturæ honorē suū coicare, nemo fortasse dubitabit: sed an id qo velit facere, ego vehementer dubito, ppterea quod Deus sapienter oia velit atq. faciat: nihil aut est diuinæ sapientiæ magis contrariū, quā honorē soli Deo pprīū, coicare nō Deo. Quādmodū enim honor præmiū est virtutis: Et, summus honor, summæ datur virtuti: ita diuinus honor, diuinæ excellentiæ debetur. Ac proinde, is nō minus stulte puræ creaturæ datur, quā si summ ciuilis honor, hoi tribuatur, nulla virtute prædito. Nec cām tuam subl-

subleuat, quod sacræ hræ chrm adorari iubent. Nam & ego multa contra te afferre possũ sacra testimonia, gbus & sdus natura Deus adorari iubetur, & hunc honorem nulli creaturæ tribuendũ esse sẽgeat.

Socinus.

Ad illa oĩa testimonia, Ego possum respondere.

Francken.

Et Ego ad oĩes tuos locos, chri adoratione vrgentes probabilem potero responsione adferre. Quis igr nobis præbebit regulam, ad quã moderemur hanc diuersitatem?

Socinus.

Ipsa sacra scriptura recte intellecta nobis erit Regula.

Frgncken.

Regula debet esse recta & certa: Scriptura aũt, quatenus ab hoc vel illo hõe recte intellecta prõunciatur, nõ est certa & recta regula. quoniã dilatatur, coarctat, & pro varietate ingeniorũ in varios sensus distrahit.

Socinus.

De veritate meæ sententiæ, tam sum certus, quam certo scio me istũ pileũ manibus tenere.

Francken.

Tua ista certitudo, nõ pt mihi & alijs certa esse veritatis regula. Nam reperietur alius quispiã, q dicat sentiã tua contraria ex sacris hris sibi esse persuasissimã atq. certissimam. Cumq. in vtroq. eadem de re summa sit certitudo, recta & certa veritatis regula, nõ pt sibiipsi esse contraria, sed eodẽ semper se modo hr, gbusciq. tandem rebus dimetiendis applicetur.

Socinus.

Tam vera est mea hac de re certitudo, quã verũ est, Apostolum de chro dixisse: Adorent eũ oĩes Angeli eius.

Francken

Posset qspiã hunc locũ de ciuili adoratione interpretari, quali mũc apud chrianos Pontifex Rom. & Regina Angliæ colũtur.

Socinus

Non pt iste locus ad ciuilem adorationẽ trahi, eo quod illud a ppheta dictũ sit de Deo, q religiosa adoratione honorat. Cum aũt Apls illud ipsũ applicet chro, necessario inde sequitur, hunc et ita esse adorandũ.

Francken.

Quod de Deo dictũ est, id nõ recte eodem modo pt applicari hoi, nisi & ipse sit perfectissima ratione Deus. Tu aũt nõ concedis chrm esse talem Deum, quare, interpretatione q illa tuam rejicias oportet.

Soc.

Socinus

Non applicar̃ chr̃o illud, eodem prorsus modo, quo dictũ est de Deo. Etenim duplex est adoratio religiosa: Altera qdem, q̃ sine vllo medio dirigir̃ in Deũ: altera vero, q̃ per mediũ chr̃m defer̃ ad Deum. Illa adoratio est soli Deo propria, hæc vero conuenit Christo.

Francken.

Est ne vtraq. ista adoratio eiusdem speciei?

Socinus.

Est. quia adoratio chr̃i, est ipsius Dei, quippe q̃ in chr̃o non conq̃escat, sed per eũ transeat in Deum.

Francken.

Ista igr̃ adoratio, non solum eiusdem est speciei, sed ẽt vnus et idẽ nr̃o ãi motus, cuius mediũ sit chr̃s, terminus ad quẽ vt vocant. sit ipse Deus.

Socinus.

Sit sane. quid tum postea.

Francken.

Hoc sequer̃ tum postea, quod ipsius ẽt chr̃i imago sit adoranda. q2 vna ẽ eadem adoratio respicit in imaginem tanquã mediũ, in chr̃m vero, tanquã finem, quãdmodũ Thomas Aquinas docet, á quo tuũ tu commentũ es mutuatus.

Socinus.

Non valet tua consequentia. quoniã scriptura nõ iubet adorari imagines, imo etiã prohibet.

Francken

Imo valet consequentia. Nam sicut scriptura nõ iubet adorari imagines, ita nõ iubet adorari hõem, imo etiã prohibet.

Socinus.

Scriptura excipit chr̃m, quando eum participem facit adorationis.

Francken.

Vbi scriptura chr̃m facit participem adorationis, ibidem eũ sociũ facit creationis: hoc aũt tu vel per apostrophen reuocas ad Deum, vel analogica aliqua interpretatione vestis. Cur ergo mihi illud nõ liceat de religiosa adoratione soli Deo ꝓpria dictũ ἀναλογικῶς ad chr̃m per ciuilem adorationẽ deriuare? Sed omissis priuatis nostris interpretationibus, pergã tecum agere ratione.

Si chr̃s particeps est adorationis ergo et particeps est omnipotentiæ ac reliquar̃ ꝓprietatum Dei ~~Dei, qua omniũ ꝑtes et mentes cognoscat~~: Sed hoc est falsum.

Ergo et illud, vnde hoc oritur.

Socin.

Socinus.

Nego esse falsu, chrm participem esse in Ecclia omnipotētiæ.

Franken.

Oipotentia sive in Ecclia sive extra Ecclam est proprietas solius Dei: Sed chrs nō est ille Deus, Ergo neg. est ommpotens ergo neg. adorationis particeps.

Socinus

Absoluta oipotentia est proprietas Dei: chri aut oipotētia est in Ecclia tantum.

Franken

Ne gladiu in tenebris ventilemus gro qd voces oiptiam in Ecclia?

Socinus

Optiam in Ecclia voco data chrō potestem servadi oēs, q ipsi obediunt.

Franken.

Quæro rursum an ista potestas sit infinita, nec ne?

Socinus.

Est infinita in Ecclja: simplr aut finita, vtpote certis finibus inclusa cū tantūmodo ad ea extendat, q intra sut Ecclesiam.

Franken.

Si simplr est finita chri potestas, q nō ad oia extendat, Ergo et absoluta Dei potestas est finita. qm hæc et ad oia nō porrigit. Si idem Deus nō pt ægrotare, nō pt mori, nō pt seipsum abnegare nō pt mentiri, nō pt efficere, vt quod factu est, nō fuerit factu, nec quidquid alior, q implicant contradictionem.

Socinus.

Deus simplr est infinitus, et oiptens, quod oia possit, q nō sunt adversa: chrs aut nō solu illa nō pt, sed neg. ea, quæ minime pertinent ad Ecclam.

Franken

Hoc nihil aliud est dicere, quā maiorē esse Dei potestatē, q chri: Ego vero ex te scire cupio, an hæc chri potestas tanta sit in Ecclia, vt in suo saltem gre infinita et oipotens appellari mereatur?

Socinus.

Est omnino tanta chri potestas, qm prorsus singularis est, et diuina.

Franken.

Infinita hæc chri potentia in Ecclia, vim suā exercere nō pt, nisi ei par respondeat scia, qua vbiq. oia ad Ecclam ptinēlia videat. At finita chri subia, nō est capax scie infinite, Ergo neg. potentiæ: ergo neg. adorationis.

Socin

Socinus

Nego assumtionem. pt n. qualitas suum excedere subiectum. ut videre est in calore, q extra ipsum ignē diffundir in aere.

Franken

Calor ignis, q extra subiectum suum reperir, nequaquam ipsum excedit subiectum: sed est effectus ignis in alio quodam corpore productus. qd corpus tunc illius est caloris subiectum: Sicut et scia, q a pho instillatur indocto, nō egredir subiecto suo: sed est alia nūro scia p similē effecta. Ut aut ille idem calor, q igni inhaeret, nūquam latius patet nec patere pt, quam subia ignis: Ita scia q ipsi chro inest, nō pt maior esse suo subiecto: subiectum aut huius sciae est finitum Ergo et scia finita: Ergo nō oia scit et cognoscit in Ecclia chrs: Ergo neq. adorandus, q absentes nec videt, nec audit.

Socinus

Etiamsi scia seu cognitio chri esset finita, nō tn inde concludi posset, eum nō cognoscere oia q fiunt in Ecclia. Nam q cunq agunr in ecclia, sunt finita, ac proinde ab hoe sciri possunt, cui subia sit et scia finita.

Franken

Si finita est chri scia, certe ea nō alr pt esse finita, atq. subia eius. Sed subia chri est ita finita, ut vbiq. nō sit in Ecclia: Ergo nec scientia vel cognitio eius ad longe posita extendir. Quod si chrs etiam longissime a se absentia perspiciat, nō video, qdo haec habitare scientia possit in creatura. Recte naq. ratiocinanr contra Pontificios Euangelici: Sanctos inuocatos esse oipotentes et Deos, si ex caelis in terram usq. prospiciant, precesq. nostras audiant. Nec Pōtificij ista contemnere consequentia audent, sed solum modo negāt sanctos videre nos ipsos absentes, nostraq. inuocatione exaudire. Fingunt aut in verbo tanquam in speculo oia ipsis repraesentari, vel ab animabus in caelum migrantibus nostra vota ad eos deferri. Eodē mō qlibet rōne pditus homo de chro ratiocinar Eum oia, q vbiq. fiunt in Ecclia, videre nō posse, nisi ipse sit Deus, q vbiq. est p essentiam potentiam praesentiam.

Socinus.

Philosophica sunt ista, et chris ti doctrinae inimica.

Franken.

Atq initio disputationis huius dicebas, verum vero nō esse contrarium: qdo ergo nunc, vera mea rō aduersar chri doctrinae?

Socinus.

Nō est vera, sed philosophica tua ratiocinatio.

Franken.

Nullam Ego video in mea ratiocinatione fallaciam.

Socin

Socinus

Ondam tibi similitudine fallaciam tuam: Quandum potestas quae Regi tradit, non est aliqua vis in ipso tanquam subiecto (non enim Rex habet ipse tantas vires ut omnia per se possit efficere) sed est tale quoddam externum, ut omnia extra ipsum fiant quae iusserit: Ita et potestas et scientia Christi in Ecclesia suum potest egredi subiectum.

Franken.

Qui me sophistam esse ondere conaris, ipse ne sophisticam quidem, sed sensui communi repugnantem producis rationem. Quis enim unquam intelligens homo tibi dederit potestatem consistere in iubendo tantum aut imperando? Certe una voce omnes Docti affirmant, radicem et fontem eius, quod quis imperet, seu potestatem imperandi habeat, esse virtutem, aut excellens ingenium, ex quo veluti habitu talis actus proficiscatur.

Socinus.

Falsissimum est virtutem aut ingenium esse caussam datae potestatis. nam scriptura Ethnico etiam, et malo magistratui obedire iubet.

Franken.

Verissimum est quod dixi: tum quia rationi est consentaneum, potestatem esse quandam quasi habitum, unde actus iubendi eliciatur: tum quia testes habeo omnes fere eruditos, qui docent ingeniosos natura esse dominos: stupidos autem et stolidos, natura esse seruos. Quod si quando accidat, illos seruire, hos vero dominari, id non naturae adscribendum esse, sed iniquitati fortunae. Sic etiam quod malis dominis obediendum est, id non per se fieri credendum est, sed ex accidenti, nempe ut maius malum euiteretur.

Socinus.

Locutus sum ego non de naturali, sed ciuili potestate, quae in actum erumpit, non quia imperanti insit, sed quia extrinsecus accedat.

Franken.

Mirabilis tu philosophus, qui non vides, quamcumque potestatem significare quempiam aliquid posse, siue proprio marte, siue per alios efficere: et illud ipsum posse licet extrinsecus adueniat, tum postea, quam aduenerit, esse in eo, qui illud possit. Sed nolo diutius in refellenda hac potestate parum ad rem faciente laborare.

Socinus.

Imo maxime ad rem facit a me adducta exempli gratia ciuilis potestas: si quidem ex ea quidam gradus iaciuntur ad cognoscendam ineffabilem et diuinam Christi potestatem, propter quam solam adorari meretur.

Franken.

Maxima illa et diuina Christi potestas, quae te mouet ad diuidendam inter Deum et Christum adorationem, eadem triteitas impellit ad diuinam essentiam inter Deum et Christum et Spiritum S. partiendam: eademque paulo latius extensa trinitarios ita fascinat ut tres diuinas et aequales ὑποστάσεις

consti:

constituant. Quare sicut illi ob diuisã inter tres personas diuinã essentiã, tres ponere deos coguũ: hi vero ob diuisas ὑποστάσεις tres diuinas saltem personas fabricare compelluũ: Ita tu ob diuisã inter Deũ & chrũ diuinã adoratione, ex ipso qq chrũ similẽ facere Deum debebis. Et sane nullus vnquã in chriana religione doctus vir fuit, nec nunc prater te quisquã est, nec post hac vt arbitror futurus est, q dicat religiosã adorationẽ tribui posse ulli, quantumuis excellenti creaturæ. Socinus

Non diuido adorationẽ eã q soli Deo debeꝛ inter chrũ & Deum: sed dico: Deũ adorari tanquã autorẽ rerũ omniũ: chrũ aũt vt quoddam mediũ, per quod eiusmodi adoratio tendit in Deum.

Franeker.

Cum vna & eadem numo sit adoratio, q in chrũ tendit, & per hunc in Deũ, negari nõ pt hanc adorationẽ intellectu in duas diuisã partes quarũ altera respiciat in chrũ, altera vero in Deum.

Socinus.

Potiorẽ huius adorationis partem nõ diuido, sed soli Deo adscribo.

Francken.

Quando scriptura solũ Deũ adorari iubet, logr de tota adoratione, nõ de aliqua eius parte.

Socinus.

Scriptura logr de adoratione q exhiberi Deo, vt rerũ omniũ parenti & architecto. Francken.

Si Deũ adorari iubet scriptura vt rerũ omniũ parentem: ergo chrũ ed sit mediũ huius adorationis, erit qq mediũ creationis conseruationis & gubernationis mundi huius, silq; reuoluemur in trinitariorũ errorem.

Socinus.

Non est necessariũ, vt q mediũ est adorationis, sit & mediũ creationis.

Francken.

Probo esse necessariũ eãdem ex tuis verbis: Inter mediũ & finem debet esse analogia & proportio aliqua, aliogui nõ iusta ratione dicetur mediũ: atq finis adorationis vt paulo ante dixisti est Deus, quatenus autor est rerũ omniũ, id est, creationis mundi huius: Ergo chrũ eatenus est mediũ adorationis, quatenus mediũ est creationis.

Socinus

Quotquot ergo noui adorationis chri oppugnatores, oes tandẽ in atheismũ sunt prolapsi, quod & tibi accidet, nisi sententiã mutaueris.

Francken.

Quod tu malũ narras ex neglectu adorationis chri ortũ, idem trinitarij nobis obiciunt tanquã ex contentu diuinæ chri naturæ natum. Quorum si quã longissime abesse volumus ab atheismo, tunc quã proxime acce

ad trinitariorum superstitionem accedamus necesse est. Sed redeamus quaeso ad propositum. Christus non est socius creationis, Ergo neque est adorationis.

Socinus

Nego consequentiam. Quamuis enim Christus non sit creationis socius, est tamen diuinae potestatis socius, id quod sufficit ut sit diuinae et adorationis capax.

Francken.

Nec diuina ista potestas, est adoratione religiosa digna, nisi eam ad diuinam usque naturam extendamus, quemadmodum faciunt trinitarij existimantes indissolubili nexu colligatam esse diuinam potestatem cum essentia et adoratione diuina, verumque esse idololatram, qui adorationem a Deitate seiungit.

Socinus.

Decipiuntur isti, ratione subuertentes theologiam.

Francken.

Dissolue igitur, si potes, istorum rationes. Sic enim arguntur: Ti veri sunt idololatrae, qui seruiunt, id est, adorant seu inuocant eos, qui natura non sunt dij Gal. 4. At tua sententia, Christus non est natura Deus: Ergo qui ad eum proprie dirigis tuam inuocationem, es verus idololatra.

Deinde, qui conseruos suos, et qui sunt ex fratribus, religioso cultu adorant vel inuocant, ij ab ipso spiritu Sancto per Angelum reprehenduntur et damnantur Apoc. 19: At Christus si purus est homo, est conseruus et unus ex fratribus nostris, Ergo Christus non est adorandus vel inuocandus.

Multi sunt, q putant ob id quod legunt: q crediderit et baptizatus fuerit, baptismum rem esse perpetuam, et ad illos pertinere, qui ab his descenderunt, q cum credidissent primi Iesum esse chrm baptizati sunt, quod scilicet descenderint gris tantū successione. Hi quantum decipiantur, ondunt verba legis: Si credideris Iesum esse chrm, saluus eris, si nō credideris damnaberis. In qbus verbis nulla fit mentio de generis successione. Recepta ē enī circumcisio inter Iudaeos Abrahami successores per fidem, et post quindecim ferme annos ab eo tempore, quo iustificatus fuisse legitur Abraham. Intra quod tempus, oēs eius liberi, si quos sustulisset nepotes et pronepotes saluati fuissent sine circumcisione, cum nulla lex de circumcisione tunc esset, sicut eius oēs filiae et nepotes et pueri masculi ante octauum diem saluabantur, qm lex de circumcisione ad illos, et illas nō pertinebat. Cum igr salus, per fidem iusticiae, parta ab Abrahamo, coicarer oībus Abrahami posteris, et ante datam et post mandatam circumcisionem, oībus inquam posteris, de qbus lex circumcisionis nō loquitur: et de his, de qbus lex circumcisionis loquitur, scribatur: delebitur aīa illa de populis suis, si circumcisa nō fuerit octauo die. Quae verba ondunt illam fuisse scriptam inter populum Dei ante octauum diem, postquam deleri mandar de populo Dei si post octauum diem nō fuerit circumcisa (nihil enī deletur, nisi quod scriptum est) Ita cum in Iusticia parta ꝑ fidem illorum, q primi crediderunt Iesum esse chrm, nihil scribatur ꝑtinens ad illorum successores, credendum est, legem illam de baptismo, ad illos, q primi crediderunt et baptizati sunt, et nō ad illorum successores pertinere. Quae enim stulticia esset, si quis diebus paschatis Iudaeus, sanguine agni occisi, inungere vellet fores suae domus, ne vexarentur eius primogenita, a transeunte Angelo, qm scribitur, perituros omnium primogenitos, quorum limina aedium non fuissent inuncta agni no sanguine? Cum hac de re, vt singulis annis fiat, nō ꝓcipiatur: Ita parum attentus est in lectione sacrorum bibliorum, q ob id putat baptismum esse debere signum perpetuum, ob id quod legatur: q crediderit, et baptizat.

Baptismus nō pertinet ad successores baptizatorum

Exod. 12

ptizatus fuerit, saluus erit: siue, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spi Joh. 3. 5.
ritu Scto, nō pt introire in regnū cælor, cum hæc, certas personas re-
spiciant, et tempora fidei, et nō sint leges, ad vnā gentem credentiū
perpetuo obseruandæ pertinentes. Erat igr fides illor, q crede
bant Iesū esse chrm maioris virtutis, quā peccatū, erat paris vir
tutis atq. fides Abrahami, illa, q̄ imputata est illi ad iusticiā. Pla-
cuit aut Deo, vt illor fidei, vna cū iusticia darer signū externum Baptismus signū receptionis in Ecclesiā. S. 684.
baptismus scti, quo innotesceret illos in sinū Ecctæ fuisse receptos
et in vnū ouile, sub vno pastore chro esse numerandos. Cum fidei
Abrahami nullū signū statim datū fuisset, sed postea, post quin
decim vlt fere annos, quā iustus fuisset. Caussa aut est, quod ante fidē Abr. cur nullū signū secū sit.
Abrahamū nulla erat Ecctia vnius gentis ex fidei iusticia p impu
tationem constituta, in quā iustificatus Abraham recipi deberet,
cum in Abrahamo Pre omniū, ceperit hoc genus Ecctæ esse. Cum
igr lege extraordinaria in hanc Ecctiam recipiendi essent illi, q
credidissent Iesū esse chrm, necesse erat, vt aliquo signo externo, hęc
noua voluntas Dei, nusquā a seculis intellecta a Iudæis, vt ait Paul.
innotesceret Ecctiæ, Innotuit aut, cū in Samaritanis, tū in Cornelio
et alijs præputiatis, præsentia sprs Scti, et baptismo, semel et iterum.
Hoc cum intellectum fuisset, receptū more fuit, vt dicentes se cre
dere Iesū esse chrm, baptizarenr aqua, certo persuasi, quod ita dicē-
tibus se credere, et baptizatis, pateret ianua et ingressus ad Ecctiæ bona.
Ita igr credentes, nō vt antea per circūcisionē, sed nouamodo per
fidem, illi præputiati, qui fatebanr Iesū esse chrm, adoptabanr in
filios Dei, in hæredes Dei, in cohæredes Iesu chri. Quis est aut, q ado
ptatus in filiū ab aliquo, necesse habeat, vt si suū filiū, ex se genitū
sperare debeat fore successorē bonor, quor ipse ob adoptionē factus ē
hæres, debeat curare filiū suū adoptari ea ratione, qua ipse fuit ad
optatus? Quid enī valeret illi adoptio, ad parandā hæreditatē filijs, si
filij eodem adoptionis iure, per ipsos quæsito, nō essent ad hæreditatis
possessionē admittendi? Ita ēt credentes cū essent filij iræ, sine
corpore Iesu chri, sine Deo, per fidem ex hospitibus et aduenis, fiebant
ciues Sanctor, domestici Dei, filij gratiæ et amoris in corpore christi, sub
tutela Dei. Quis aut ciuis ex peregrino factus, et in ius ciuiū admissus Ius ciuitatis et adoptionis.
q necesse habeat, si filius suus censeri inter ciues debeat, vt filius ipse
ex se et per se, ciuitatis ius petere et impetrare necesse habeat? Et qd-
nā ciuitatis ius, ille impetrasse dici poterit, quod ad suos posteros non
possit transmitti? Ego, inqt Paulus, sum natus ciuis Romanus, nō ab ali Act. 22. 649.
quo factus. Non dixisset ita, nisi maius fuisset ciuē nasci, quam fieri.
Ita ēt credentes ex oleastro per fidem inserebanr, in bonā oliuā, et vege
tabā

tabant oliuæ succo, vt ramos et succi plenos fructus ederent. Quæ insitio, qualis fuisset, si ex ramo oleastri oliuæ insito, rami et germina ederent nō oliuæ, sed oleastri? Cum igr nusquā scribar, hoēm fieri ciuem Sanctor, filiū Dei ex filio iræ, surculum oleæ ex oleastro per baptismum: Scribar aūt filios Dei fieri, hæredes Dei et cohæredes christi homines credentes, in nōe Iesu h. e. Iesu esse chrm, et hōes fieri ciues Sanctor, domesticos Dei, fundatos sup fundamentum Aptorum et prophetar per fidem, et hōes ex oleastro fieri ramos oliuæ oberrimæ et pinguis per fidem, Cum hæc, inquā, oīa, fieri filiū Dei ciuem Sanctorū, ramū oleæ attribuant fidei et nō baptismo, qd existimandi sunt illi facere, q illum baptizant, q fidē nec ht nec habere pt? Præterea si baptismus est adoptionis in filios Dei per fidem symbolum, et inscriptio eor, q ex nō ciuibus fiunt ciues, et insitio oleastri in oleam, vt sugere possit olea succū, qd existimandi sunt illi facere, q illos baptizant, q ex filijs Dei sunt nati, natura filij Dei, q sunt ex ciuibus ciues Dei, et domestici Ecclīæ natura nati, q sunt ex ramo oleæ ramuculi et germina oleæ enati? Plane, si olea oleam, et ciuis ciuem, et hominē hō gignit, gignet et ciuis Sanctor, ciuem sanctor, filius Dei filiū Dei oleæ ramus insitus oleæ ramū naturalē. Neq. n. fides ad illos pertinet, q nati sunt ex ciuibus Dei, vt ciues Dei fierent, et significarent esse filij per baptismū sed vt ciues Dei esse perseuerarent, nati ex ciuibus Dei, factis ciuibus Dei per fidem, nec ex vite degenerarent in labruscas et ex olea in oleastrū cui rei baptismus non est adscriptus.

Hæc res declarar et alio ordine à Paulo, cum fidem illor, q credebāt Iesū esse chrm, et ob id fiebant filij Dei, comparat circumcisioni pputiatar gentiū ante et post aduentū Iesu christi, Dni nostri, q gentes proselyti vocabant à Iudæis:

Si enim perfectius inqt, filios Dei, oliuas, et ciues
Sanctor, et membra reipub. Israëliticæ, fides, quod

Iesus esset chrs, quā circūcisio, præputiatas gentes, et ex pputiatis antiquo tempore, si qs circūcidebar, cum tota familia sua fiebat filius Dei, ciuis Reipub. Israeliticæ, nulla addita re suæ familiæ, nō filiabus, de quibus, ~~de qbus~~ nihil dicebat lex, nō filijs masculis ante octauū diem, nō filijs masculis post octauū diem, q si nō circūcidebant, delebant de nūro populi Dei: Quæ verba sigcant per circūcisionem Patris, istos fuisse adscriptos numero populi Dei, si, inquā, tantam vim, in vno Patrefamilias, depositio pputij per circūcisionem habebat, vt illum ex filio iræ cū tota sua familia, vxore, filiabus, et filijs, redderet filiū gratiæ, amoris et dilectionis Dei, quid dicere existimareq. debemus, de fide illor, præputiator, post apertas fores fidei gentib

qui

Joh. 3. 5.

Baptismus signū receptionis in Ecclesiā. S. 684.

fidē Abr. cur nullū signū secūtū sit.

baptismus adoptionis symbolū.

Ius ciuitatis et adoptionis.

Act. 22 649.

qui nō imitati alios, quod alij per circūcisionē adipisci volebant
ipsi per fidem acquirere studuerunt, vt fierent filij Dei. Nam
aut paris virtutis, aut maioris erat fides cum circīsione, nā si mino
ris fuisset virtutis, male statuissent Apli, moniti à Paulo et Barnaba
circūcisionē ꝓputiatis nō esse necessariā, si credidissent Iesū esse
chrm̄ si maioris bn̄ficij fuisset circīsio, quam fides. Et loquimur de
præputiatis, q circīsi, antequā nascerer̄ Iesus chr̄s, transibant in nu
merū filiorū Abrahæ et Dei. Viuo aut̄ Iesu chr̄o, et concionāte, illo 802
q ex Iudæis credebant ipsū esse chrm̄, per eā fidem, nō fiebant fi
lij Dei, aut rami oleæ, aut ciues Sanctor̄. Erant n. illi hæc oīa, ex ea
caussa, quod ex Abrahamo descendissent. Unde, q nō crediderunt
nec Iesū pro chr̄o recipere voluerunt ex Iudæis expuncti esse dicunt̄
et fracti ex arbore, et eiecti ex vinea, q̄ sunt sig̃cationes intelligēdi Iu
dæos per fidem illā nō fuisse factos ramos oleæ, sed fuisse et esse Ra
mos oleæ et filios Dei et liberos Abrahami, et ciues ciuitatis Sanctæ
per fidem perseuerasse. In quam conditionē transibant oēs ꝓputia
ti, q ex semine Abrahami nō descenderant, sed per circūcisionē adopta
ti in semen Abrahami fuerant. Numerabant̄ enim inter Semen Is
rael, cui promissiones factæ erant, et credendo Iesū esse chrm̄ vt alij
Iudæi, ita ipsi, nō fiebant filij Dei per fidem, sed perseuerabant
esse per fidem filij Dei. Secuta sunt aut̄ illa tempora, cum placuit
Deo præputiatos sine circīsione per fidem solam iustificare, facere
filios Abrahæ et suos, creare ciues Sanctor̄ et ramos oleæ, nō alr̄ quā
prius circīsio facere consueuisset, qua de re locunt̄ oēs nr̄i scriptores
admirantes summū consiliū Dei. Et Paulus illa dicit: Defracti sūt
rami propter incredulitatem, à propria olea: tu ex naturali oleastro ex
sectus es, et præter naturā insitus in verā oleam. Iudæi, inq̄t, si credi
dissent in naturali olea permansissent, si præputiati nō credidissēt
in naturali oleastro permansissent: Sed q̄m Iudæi nō crediderunt, ex
naturali olea sunt excisi, sed nō insiti in oleastrū. Nam ēt resecti, ra
mi oleæ esse perseuerant, sed præcisi: Econtrario aut̄, q̄m ꝓputiati credi
derunt, ex naturali oleastro sunt resecti, et præter naturā oleæ sunt
insiti. Dicimus igr̄, pueros infideliū nō esse ba
ptizandos, q̄m baptismus sine fide, filiū Dei facere nequit. Infideles
siue masculos, siue fœminas, credentes Iesū esse chrm̄, esse baptizandos
vt eo symbolo sig̃cetur, Ecclīæ illos, sicut per ministrū baptizantem,
ita per Deū, per fidem iustificantem, adoptari in filios Dei, in filios
Ecclesiæ, in ciues sponsæ chr̄i Iesu. Et infantes, siue filios siue filias hu
iusmodi infideliū, sed per fidem receptor̄ intra Ecclīam, et genitor̄ in fili
os Dei, esse ipsa natiuitate filios Dei et filias Dei. Nam quod dr̄ de
populo Abrahamico per circīsionem: Nonne ipse est Pater tuus, qui Deut 32
fec

fecit te, gemuit te, & creauit te? Et, Tulisti filios tuos & filias tuas, quas genuisti mihi, & immolasti eis ad deuorandum, modd parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis. Logr de paruis filijs & filiabus, quas immolabant Iudæi dijs peregrinis & vocat illos filios & suos & Ecclie, sponsæ suæ, Deus. Hæc, inquã, dicta de circisione, transferunt nostri ad fidem, postquã aperta sunt fores fidei præputiatis.

Ezech. 16. 20

Act. 14.

Sed dicet quis: Quid igr, cum creuerint infantes illi, & male vixerint? Idem dicendũ est, quod de Iudæis obrutis oi gne peccatoꝝ tempore Pauli, & ob incredulitatẽ eiectoꝝ, remanere semp filios Ecclie & filios Dei, & filios Abrahami sdm sprm, & patere illis reconciliationem cum Pre Deo per resipiscentiã. Exemplũ ponitur a Iesu chro filij prodigi. Et Paul. ita dicit: sdm Euangeliũ (fidei, quod Gdico Gputiatis) inimici sunt Dei, propter vos (præputiatos, quod nollent p fidem, sed per circisionem recipi inter filios Dei) sdm electionẽ aut dilecti propter patres. Nam dona qdem & vocatio Dei (facta in patribus) talia sunt, vt eoꝝ Deus pœnitere nõ possit. Iudæos illos hostes Dei, resectos ab olea, expulsos a vinea nominat, dilectos Dei, in gram patrũ, quos promisit se fore Deum, tum ipsoꝝ tũ posteroꝝ eoꝝ. Unde sæpe fractos & proiectos, adhuc naturales ramos appellat, quos pateat aditus ad propriã oleam, reuerti, & coniungi p resipiscentiã si nõ permanserint in incredulitate. Et Iesus christus: Scio, inquit, vos semen Abrahæ esse, & Deum vos habere Patrem (huc n. tendit disputatio) sed nec Abrahamũ imitari vultis, nec Dei Pris per me loquentis vocem agnoscere. Tum impios hoes, circisionis gra vocabant ramos veræ oleæ, filios Abrahami, filios Dei, dilectos Dei ob eam cam quod dona & electio Dei concessa Patribus, ita manabant in posteros, vt ee in impijs posteris, esse perseuerarent, si nõ resipuissent maiore ẽũ damno, si resipiscerent, si bene viuerent, si vestigia patrũ imitarem maximo cum fructu. Hæc de Abrahami posteris scripta ad illoꝝ posteros, q cum infideles essent præputiati, crediderũt primi Iesũ esse chrm, transferenda sunt ob id vel maxime, quod in fide, maiora sunt & potiora oia, erga præputiatos, nõ circũcisos, quam vnqua alio tempore fuerint, in circumcisione, per Gputiatos recepta.

Luc. 15.

Ro. 11. 28. 29.

Io. 8. 37.

Deut. 32.

DE PROVIDENTIA

Authore Iacobo Palæologo.

In Deo nulla est virtus, nullum vitium: sed Ipse Deus est. qdqd de virtutibus oĩbus cõiter & singulis, proprie dici ac cogitari pẽt. Sed ita, vt non (qmdum in hõe, virtus sme contrario, vitio, & vitiũ sme contraria virtute, variar ste rerum virtus & vitium esse pẽt:) eo modo in Deo sit virtus: Sed virtꝰ. q nó solum contrariũ vitium, verum etiã omniũ aliar aduersaria vitia reijciat longissime & alleget potentissime.

Est igitur Deus simplex virtus deus virtus.

non cum simplici virtute, qm ipse Vnus oĩbus modis est, ue sive suppositum cum natura, sive cum virtute suppositũ aut naturam comparare velis. Vtrobiq. n. Deus ipse occurrit. non cum alio aut natura aut virtute. Sed cum ipsomet Deo existens vt Deus cum nullo sit, nisi secum ipse Deus, q ẽ vnũ suppositum & vna natura & tota virtus vnius sẽm individuum Deus.

Homo aũt varium & inconstans est animal, nunc virtutes habens, nunc vitia, nunc admixtas virtutes cum vitijs, non contrarijs his virtutibus q adsunt, sed his q absunt, vt tantũ virtutũ adsit, quantum vitiorum absit, & tantum adsit vitiorum, quantum ~~vitiorum~~ abest virtutum. Est & varietas alia in hõe & cum natura ꝓpria, & cum his, q hõi contingunt, virtutibus & vitijs. Quoniã aũt innatus est quidam rẽr intelligendi modus hõi q naturæ humanæ & virtutũ & vitior. q sũt in hõe, est prius, diuersus oĩbus núris ab eo mõ, quo Deus & est intelligibilis per se & virtutes, q sunt in Deo cognosci vt sunt in Deo possunt. Ob hanc cãm, cum loquimur de Deo, hõi, vt hõ intelligere possit, modũ intelligendi conuenientem hõi accipimus, illum alium in id tempus reijcimus, quo Deus nobis, vt est, manifestabit, q Deo, & virtutibus q sunt in Deo, est proprius.

Virtutum aũt natura, qualis sit, non in his, & ex his naturis in qbus sunt, q naturæ diuersæ solent esse, & diuersas conditiones dant virtutibus; sed per se est consideranda & in ipsa. Nam virtutes, q obiq. sunt vnum, & separari nequeunt, vnius ea naturæ: q aũt alicubi & aliquando separari possunt, quamuis alibi & aliquando vnum sint, eas diuersar naturar esse statuendũ est. Cum igr in Deo, vniuersa, & tiã q diuersar sunt naturarum sint

Virtutes cur in hõe diuersæ.

Hõ at varijs

Præsentia preteritia futura

Præscientia in Deo.

virtutũ natura vnde cõ cõiter

virtutes in Deo q. earum vnius natura

sint unum, ideo essentia virtutum, qualis sit, nō est in Deo perquirenda: sed in alijs, maxime in hōe, in quo discrepantia rer̄ ēt illar̄, q̄ alicubi unum esse cernuntur, manifesta se offert. Sunt igitur hæ Virtutes:

præscientia,
prouidentia,
prudentia,
sapientia,
prædestinatio,
electio, Vocatio,
iustificatio
tutela
glorificatio

in Deo una res, in hōe vero, diuersæ, & ideo inter se virtutes diuersæ, q̄m alicubi, hoc est, in hōe, sunt diuersæ, & q̄m, q̄ alicubi unum sunt, dissipata in partes, melius, qualia sint, intelligūr. Ideo de his virtutibus, nō ut sunt in Deo, & unum sunt, sed ut sunt in hōe, & diuersæ in eo, loquendum est, ut melius natura ear̄ cognosci & q̄do sine periculo in Deo esse dicam̄, intelligi possit. præscientia prouidentia & potentia in Deo sunt unum, & idem illud sunt, quod est Deus. In hōe vero aliud st, quam homo ipse, ita tn̄ nōn sunt homo, ut nec inter se una sit alia. Sunt igr̄ diuersæ inter se virtutes, q̄ in Deo sunt Deꝰ, in hōe sunt aliud quam homo, ut in se istæ virtutes nō sint Deꝰ, sint aut Deus, ut sunt in Deo. Quare cum a nobis considerem. ut in se sunt, & non ut in Deo sunt, de ipsis tractabit ut sunt distinctæ virtutes, & nō ut in Deo sunt una res cum Deo. Idē de cīibus alijs virtutibus dici debet, distinctas vizt eas in se, unū aut in Deo esse, & id quod est Deus ipse.

Virtutes cur in hōe diuersæ.

Jam ad rem. Res aut sunt pntes, aut Pterita aut futura. præteritar̄ est memoria, pntium scientia, futurar̄ πρόγνωσις. Sicut aut mirum nō ē Deū scire pntia & Pterita q̄ quiuis hō cernere possit, si posset pntia intueri, & præteritorū recordari, nulla intercedente morte, q̄ vita diuturnitatem tolleret. Ita mirum nō esset, Deum præsosse futura cīa, si illud cogitaremus, nullum esse artificem, cuius arti natura potētia vires sufficiāt, q nō nouit futura, antequā fiant, si nihil, nisi ab ipso fieri posset. Quamuis n. discerneret inter eius artem & faculeatem naturæ, quar̄ illa nouit, q̄ faciat, hæc facil q̄ nouit nihil ēn ab eo fieri posse diceret, cuius hōticiā antequā fieret nō haberet. Sicut aut memoria præteritis, & scientia pntibus rebus nullam vim infert, ut aut illa fuerint, aut ita sint. Ita præscientia futuris nihil addit, aut minuit, ut aut sint aut nōn sint, sed si sunt futura, futura esse præscit, si nō sunt futura

Præsentia præterita futura

Præscientia in Deo.

nō esse

non esse futura prænoscit. Et cum venitur ad res contingentes Contingētia
et q̄ritur vtrum futuræ sint, nec ne, etsi Deus futuras esse p̄nouit
necessario illas fore, ne præscientia Dei fallar̄ colligitur, cum faci-
lis est quæstionis solutio, et ipsa se confodit, eo quod intricata sit.
Nam dicimus Deum et caussas contingentes et euentus ex ambiguis
caussis manantes prænosse, et prospicere ea, q̄ sunt, et nō ea, q̄ nondū
sunt, et ea q̄ ex caussis contingentibus emanarunt, quamuis anteq̄
euenirent, euenire et possent et non possent: attamen postquam eue-
nerunt, contingentia amplius nō sunt, sed in suis naturis constantia
et permanentia. Hæc oīa cum præscientia Dei perlustret, dicim⁹ Deus q⁹ do
eum et videre q̄ sunt, vt sunt, et q̄ non sunt, vt non sunt, futura q⁹ prænos-
vt futura sunt, et præterita, vt sunt præterita. Quare cū q̄rir̄ se dr̄.
an præscientia Dei prænouerit futura contingentia, h. e. futura
vt sunt contingentia, nondū ex caussis proprijs producta, Respon-
deri debet, oīa eum prænosse, vt futura sunt, siue contingētia
siue necessaria, eaq̄ vt in seipsis consistunt ex caussis proprijs
effecta. Quod si inferatur: oīa fieri necessario, cum alr̄ fieri an oīa fiāt ne-
nō possint, quam ille præuiderit, Responder̄: Plus esse in conclu- cessario.
sione, et inuersam esse orationem, cum hoc saltem inferri debeat
Ergo Deus nō alr̄ prænouit, quam futura erant, nō aut̄: Ergo
futura nō alr̄ euenire possunt, quam Deus prænouit. Quamuis n
res præterita et memoria, res præsens et scīa, res futura et præ-
scientia, sint relata et cōpōs li, et futurū et prænotio, si vere res-
pondent, sint sibi ipsis caussæ: attamen sicut à re dependet orati-
onis veritas, et non vice versa, ab oratione pendet veritas: Ita à futu-
ror̄ veritate pendet prænotionis veritas, et nō à præscīa futurorum
euentus. Prænouit igr̄ præscientia Dei et futura et cō-
tingentia, hoc est, euentus illos, q̄ antequā eueniant, incerti sunt
num euenire debeant nec ne, Et eadem futura contingentia, vt
extra caussas proprias, incertas et ambiguas per se constant, et cer-
nuntur, sed nō confestim, vt hæc futura prænouit in caussis, ita et
in seipsis permanentia præuidet et prospicit. Sunt aut̄ in seipsis
futura certa, q̄ incerta sunt in caussis. Quod si quis quærat
An Deus sit, de futuris euentibus incertis An Deus sit certus de futuris incertis
certus an incertus, Incertum esse Sacri Autores negant. Certū
esse futuror̄ contingentiū natura incerta, non permittit. essent
em̄ necessaria, si certi orirentur. Certa aut̄ scīa p̄nosci nō posset
nisi certo orirentur. Hæc est in sententiarijs postrema q̄stio ad
quam acumen humani ingenij peruenit, cui responder̄ cum certa vt
certa, nosse, incerta vero, vt incerta et contingentia. Et si futuros
euentus contingentes, vt sunt in suis caussis, tantū nosset, incert⁹
esset

esset de futuris contingentibus, sicut certus, necessarijs. Sed qm eius noticia perueniat ad effectiones, nō solum vt contingentes sūt in caussis infirmis & impotentibus, verū etiā vt sunt in seipsis effectu à suis impedibus caussis, ob hanc cām, vbi erat incertus de fortuitis effectionibus, vt sunt in suis causis, redditur certus, ex aspectu fortuitor euentuū in seipsis cum nō amplius fortuita sūt sed necessaria, eo modo, quo, quidquid est cum est, necessario est. Ex hac igr duplici noticia rer, in seipsis & in suis caussis, oritur duplex præscientia Dei.

Præscientia Dei duplex.

Certa do rebus in seipsis, & incerta, de rebus, vt sūt in suis caussis. Nihil aut prohibet in præscientia hæc dici, q nemo phibet in memoria, atq; in scientia Dei dici. Nam & præteritæ & præsentes res considerari possunt, tum in se, tum in suis caussis. Vt ita animaduertat, vnde sit eor certitudo vel incertitudo. Sunt enim in rebus certæ naturæ & rationes, quas ratio tempor præsentis & præteriti mutare nō ptit. Cur igr mutarer in futuro, quod permutari nō permittit in ptī, vel præterito? Sicut aut posimus in Deo, memoriā scientiā & pscientiam nō Dei caussa, sed ratione rer, q dicunt sciri, quar alia præterita, alia præsentes, alia futura sunt: ita et præscientiæ certitudo & incertitudo apud Deū, nō est ratione Dei, sed rerum caussa, q prospiciuntur, q alio modo sunt certæ, alio incertæ, et quo sunt certæ, certæ sunt ōibus eas videntibus: quo sunt incertæ, certæ esse nō possunt illis, q eas cernunt, nisi aliunde sit illis de rebus adnata scientia. Hactenus de prouidentia.

Nunc de Potentia Dei,

q præsciam illius ferme comitatur, nō illa qdem, quatenus in Deo est: sed quatenus in rebus creatis cognoscitur. Eaq; in tribus præcipue rebus conspicitur, in

creatione
propagatione
& in Imperio

quod datum est in alias creaturas homini.

Creatio

Per Creationem existunt ōia, vt sint, q non erant. De hac dicitur: Dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt.

Propagatio

Per propagationem ōia conseruantur, gignendo similem ad suā cuiusq; speciem. hac nō est ommū, sed ēt paucis est denegata, et sicut animata multiplicari videmus: Ita cælum Solem Luna & alia eiusmodi in suo statu permanere conspicimus.

Imperiū

Imperiū in alia, soli hoi donatum est, vt Dei in ipso imago esset conspicua. Et quamuis q dicunt πῶς ἀνωτέρω, secundi sint q ordinis ōia: attn hoc in ordine ὑπερ πάντων, vnum genus est incertioris euentus, quā sint aliqua, contingenter euenientia in sdo ordine. Eaq; ōia dicunt tria bona esse bona, veluti tres potent.

Contin gētia

Deus q̄do præmos sed vr.

an ōia fiāt necessario

An Deus sit certus de fūtū ris incertis

tentiæ à potentissimo Deo concessæ rebus productis. Una ut sint aut certo aliquo aut perpetuo tempore: Altera esse certo tempore, sed gignendo simili simile, quod uni morienti substituatur quædam æternitatis iura gr̃e possidere: Tertia, præesse alijs et sibi suisq. proprio studio prouidere. Hinc de prouidentia ꝓpria iniecta hoi cura. Nulli enī alior̄, q̄ oculis perlustrari possunt, hoc donum et hæc potentia donata esse narrar̄, præterquam homini, q̄ ne erraret, et à prouidentia Dei aliquando dissentiret, habuit mandatū qd esset faciendū, ne priores duas facultates ꝑderet, utq. cum Dei consilijs, consilia ipsius, oī tempore conuenirent. Et hucusq. se prouidentia Dei extendit, ne qd ex his, q̄ rebus creatis donarat, deperiret: sed ut vires susciperent̄ ad conseruandū ea, q̄ semel data essent ut essent perpetua. Potentia Dei coīcatam rebus creatis,

tres potētiæ rebus creatis à Deo cōcessæ.

Potentia soli hoi coīcata

Prouidētia Dei quousq. se extēdit

sequitur Dei Prouidentia, ne qd scte fiat, quod sit præter voluntatem et deliberationem Dei, prouidēs ne sequar̄ rer̄ confusio, et infirmior̄ à potentioribus absūtio. Hæc coniunctam secum hr̄ potentiā ut si qd ad remediū rebus ferendum censuerit fieri oportere, id confestim fiat, et succurar̄. Hæc semper est in negotio non faciendo operando agendo, cū ipse res quæq. ex viribus acceptis à Deo faciant operent̄ et agant: sed curando, ne res adferat impedimentū rei, ne pro loco tempore et occasionibus tantum fiat, quantū fieri posset: Ne omnino fiat, aut ut plus fiat, sine rer̄ tn̄, in coī veluti conuictus societate sub vno tecto, perturbatione et conuulsione. Hanc totā conuersā et intentā esse in hoīs curam, et maxime in eos, quos suæ tutelæ adscripsit Deus, ut ferme videar̄ aliar̄ omniū curā deposuisse, narrant Sacri scriptores. Et felr̄ viderer̄ actum cum gr̃e humano, si hō sua consilia subiecisset Dei consilio, et recte monente Deo, paruisset. Tum enī parū necessaria viderer̄ cura prouidentiæ Dei, si modo potentiæ illæ rebus concessæ, eædē esse perseuerassent, aut ob temporis diuturnitatem debilitatæ, fuissent renouatæ. Sed dissidio orto, inter hoīs et Dei consilium et prouidentiā, maior cura prouidentiæ Dei incubuit, ne hoīs prouidentia eam eluderet. Volebat Deus, Adamū possidere æternitatem, quā cælum et terra et sp̄rs hn̄t, eandem appetebat Adam⁹ hacq. in parte consentiebant. Dixit Deus eam habiturū illum si Deo monenti pareret: Dixit Diabolus, eam habiturū illū, si obedire recusaret. Hic homo, ex potentia, quā à Dei bona pōntia habeb

Prouidētia

in quo cōsistat.

Gen. 3. 3. 4.

potentia hoīs in vtrāuis partem flexibilis.

Prouidentia Dei

prouidētia seqr̄ peuatū.

Ergo volū[illegible] [illegible] [illegible]

habebat bonam, et, siue Deo, siue diabolo parere poterat, ad diabolum potius inclinauit, et ita mortem sibi conciliauit, q̃ tñ deinde in maledictionem commutata est. Hucusq; pontiæ Dei et amoris est sigtio. Fecit enim Deus, q̃ voluit, nec qsquã se opponere potuit, ne, q̃ vellet, faceret, deditq; rebus creatis, vt hoi, vt arbori, potentiã quã voluit, nemine prohibente; Hoc erat potentis Dei: Amantis aut̃ erat monere, ne, vt rudis et ignarus in malum incideret. His peractis, diuisis et alienatis consilio et prouidentia Dei, à consilio et prouidentia hois, cepit hõ ruere in mortem, de quo iam actum erat, nisi Deus succurisset, q̃ volens conseruare genus hominũ, poenã mutauit, ne noui hões creandi essẽt. Nõ remisit aut̃ penitus, ne exptm inobedientiæ et improbitatis viderẽr esse ppositum. Itaq; horto exclusus est, ne arbore vitæ, cibatus hõ, si æternitatem adipiscerẽr, id peccato potius attribuerẽr, quam arbori vitæ, et ita comminationes Dei vanæ, promissiones aut̃ Diaboli veræ esse iudicarẽr. Hæc cura, hoc auxiliũ, hoc studiũ, ne hoc sequar̃, ne illud fiat, vt hoc fiat, illud nõ fiat &c. Est illa q̃ à nostris scriptoribus Dei prouidentia appellatur.

potentia hois in vtrã uis partem flexibilis.

Prouidentia Dei

Quod autem prouidentia Dei sequatur pctm̃, nõ antecedat tum alia multa, tum et hoc maximopere ondit, quod nõ prius Adamo fiunt vestes, quã ipse Adamus cognouisset se nudũ esse: et quod nõ ante, cibo æternitatis priuar̃, quã ad æternitatẽ, spreto consilio Dei, sibi ipse præclusisset aditum.

prouidẽtia seqr̃ peuatũ.

Hoc enim erat prouidentiæ, curare, ne, q̃ præter spem euenerant, maioribus malis res inuoluerent, neue Adamus nudus, nec iã, vt ante, ignorans, sed sciens et prudens, pudoris et honestatis metas egrederẽr, si nudus relinqueretur: Et, ne, si æternitatis viã habuisset apertã, nullo, ppter inobedientiã, damno affectus, Deo insipiæ notã inurere, noticiãq; futuror̃ detrahere posset. Vnde, postquã peccasset demũ nõ aut̃ prius deliberantem Deũ Moses inducit: Ne forte mittat manũ suã, et accipiat de arbore vitæ et viuat in seculum, sicut prius acceperat de arbore sciæ boni et mali, et se perdiderat, eyciar̃ ex horto. Est n. prouidentiæ, Curare, ne fiat quod nolumus, quodq; alr̃, quã volumus, nisi prouideamus, fieri pt̃; aut vt hoc vel illud fiat quod volumus quod impediri posset, nisi prouiderẽr.

Adamo cur vestes factæ

Ergo volũtas peccauit Adamus.

Non aut̃ est Prouidentiæ curare, vt hoc in hanc aut illam partem inclinet, quod nolumus in hanc vel illã partem inclinatum esse: Sed est, Ex æquo, vt quã in partem illud velit, nõ in quã ab alio, cui resisti nõ pt̃, impellir̃ inclinet concedere. Neq; est prouidentiæ, hoc aut illud ab ea parte repellere per vim, et in

et in aliam adigere impulsu et actione, quod pntia Dei voluit in medio esse constitutu æquilibrio, vt in vtram vellet prtem, manum sua extenderet:

Sed prouidentiæ interest, animaduertere, quo qd inclinet, et ~~cogitare~~ curare ne inde contagio in alia manet et fluat.

In potestate hois, inqt, sunt pparationes cordis, Pro. 16. 1
a Dno aut pendet responsio linguæ.

Et. Cor hois recogitare debet vias suas, et Dns disponet gressus ipsius. Non n. in deliberatione cu huc et illuc flectir animus: sed cum vni parti adhæsit cor, tum pctm est, cu concupia vires suas contra mandatu Dei exerit, Vbi aut finem ht pctm, cui militat concupia inescans et abstrahens hoem et ducens ad mortem, ibi sut principia prouidentiæ, ne aut pctm erumpat in opus, aut in eos erupat in quos vellet, neue tantu noceat tantu duret, quantu cuperet, ne bona impediat aut minus saltem qua vellet, aut ne sine boni alicuius prouentu pctm existat in mundo. Hinc oia αὐτόματα vt mures muscæ ranæ &c, vel multiplicanr ad poena vel minuuntur ad remedium. &c

Caluinus Scholar distinctionem recipit de necessitate nata li, seu consequentiæ, et de absoluta, seu consequentis, ex quo sequitur oia euenire altera istar necessitatu. Nec valet cauillu illius: necessitas duplex

Quod statuit, inqt, Deus, sic necesse est euenire, vt tn 1
neq. præcise neq. suapte natura necessariu sit.

Cum n. quærimus de rer euentu, res ipsas no consideramus, quales sint in se, necessariæ an contingentes: sed qualr se heant ad euentu euenire ne possint, nec ne, sine aliquo piaculo. 2

Neq. valet illud alterum:

Euenient qdem, sed contingenter.

Cum, si no euenire no possunt, necessario euentu respiciant.

Id enim necessarium est, qd ne sit, contingere no pt.

Et parua atq. adeo nulla esset hæc quæstio, nisi esset vindex Deus malefactor, puniens q facta sunt, eo quod fieri poterant, vt ab illo, q fecit non fierent. 3

Nimis itaq. angusta est hæc Caluini latebra:

Non, inqt, dico, oia fieri necessario altera istar duar necessitatu: Sed aio: Si Deus ita velit fieri, oia ita euenient, sed necessaria vt necessaria, fortuita, et contingentia, vt fortuita. Non enim hic sumus vt quæramus, an, si velit Deus aut nolit, fiat? Scimus eni voluntati eius, cum vult, aut non vult, neminem posse resistere. Sed hoc quærimus:

An hoc, quod videmus fieri, id Deus velit aut nolit fieri, seu factum esse? Cum n. q facta sunt

sunt, infecta esse nõ possint, q̃ est firma necessitas, quã mutare ne Deo qdem concedunt philosophi, Et q̃ euenerunt prænouerit Deus euentura esse, necesse est, vt in rebus, q̃ euenerũt, nõ quærẽdum sit, voluerit ne Deus, an noluerit illa fieri, q̃ euentura prænouerat: Sed an ita euenerint, vt vel potuerint, vel nõ potuerint euenire. Quod si oĩa q̃ sunt, cum contingentia, tum necessaria, ita euenerunt, eueniunt et euentura sunt, vt aut necessitate consequentis et absoluta, aut illa altera nãtã ti, nequeãt non euenire, quid aliud sequetur quã oĩa esse in se necessaria, q̃ caussis proximis collata, aut sunt necessaria, aut contingentia. Cum enim q̃ eueniunt duo hẽre soleant; Vnum similitudinem: Alter euentũ, et similitudinẽ habeant ab ijs caussis, q̃ sunt proximæ in natura: Euentum vero ab ijs, q̃ sunt omnium potentissimæ et primæ, à qbus oĩs vis et virtus in caussas ordine sequentes, vsq. ad postremũ effectum diffundir. Cum q̃stio est de euentũ rer nõ oportet recurrere ad proximas caussas vnde petir, similitudo, et dissimilitudinis caussæ quæruntur: sed primã cam oportet spectare, absqua si cuncta proueniunt necessario, oportet ea esse necessaria. Quid n. prodest inferiores qdem caussas, rem contingentem efficere, si prima faciat necessariam? Perinde hoc excusat absurditatem, ac si diceret Samuel: per me Rex esses, sed Deus non vult: Aut Saul, Vellem te occidere, sed Deus non vult. Quare, si oĩa necessario fiunt à prima caussa, necessaria, contingentia, electiones ãi bonæ, et malæ, bñfacta, malefacta, et q̃cunq. tandem apud hões laudem et vituperium merentur, Sequitur iniuste Deũ malis pœnas irrogare, iustis bñfacere. Non eñi magis Deus mouet bonos ad mala, et minus malos ad bona, vt locus esse possit iustæ laudi aut vituperio: Sed ita bonos ad bona, et malos ad mala, vt si vicem vertere, et malos ad bona, bonos ad mala commouere vellet, boni non minus mali futuri essent quam sint mali, et mali nõ minus boni futuri essent, quam sint boni. Ita n. vires Dei penetrant in oĩa bona et mala, vt nihil boni maliue fieri possit, qd noluerit aut nõ fecerit, nõ eñi fecisset, si fieri noluisset. Quod si ita est, iniustus Deus inferens iram. Huc tendit tota Caluini disputatio, quã tñ ille promouisse sibi visus est, postquã eo emersit ex multis incommodis, quo postremi sententiarij et recentissimi omniũ peruenerunt. Illi tñ arduũ et insuperabile opus esse dixerunt, contingentem, et incertũ rer euentũ cum prouidentia Dei componere, vt nihil incommodi recipiatur. Verũ hoc in illis mirari nemo iure poterit, q præter philosophiã male intellectã nihil habuerunt: miraturus in Caluino et alijs, quos sacrãr literar lectio explicare debebat.

Prouidentia Caluin.

Script.

Scriptura hoc vbiq. inculcat, Deum iustum Iudicem esse, nec aliqd habere commertij consensus aut voluptatis cum peccatis, quæ ipse punit cum fiunt, et antequam fiant, prohibet. Hinc eluctamur ex vno fortuitor euentuum genere: Alia aut oia contingentium gra, nutui Dei seruire, mures, muscas, turbines vo tos, pluuias, serenitates, et ea, q̃ αὐτόματα, et q̃ infirmas cas et elu bes habere dicunt, vna cum scriptura dicimus, vt si peccatu no esset, quod ex illo priore contingentium gre esse in scriptura dr illa ad poenam hois Deo no futura sint vsui. De hoc gre facilior. multo est explicatio, quam priori illo virtutis et vitij.

Obiectionum Dissolutio.

Scio Dne, quod no est hois via eius &c — Ier. 10. 23.

R. Loqr de poenis venturis ab Aquilone, quod Deus Regem concitet et det successus belli prosperos. Ideo no ad oia tum bona tum mala cogitata hois extendi debet.

Facit ventos, nuncios suos et flammam ignis, ministros. — Ps. 104. 4.

R. Idem cum superiori sensus est: Deum vindictam exigere ventor et tempestatum ministerio. Non loqr, vt Cal. putat, de ortu et occasu ventor. Non mo terræ prouentus sut donu Dei speciale: sed et arcana Dei bndictio accedit. No eni solo pane viuunt hoes, nec ipsa saturitas eos vegetat Deut. 6. — Deut. 8. 3.

R. Nihil ad rem facit, vt eni prouidentiam Dei commedat, ita no facit, vt Deus oia bona et mala, in animis efficiat.

Non Pvidit tantum, quantum hois cuiusq. vita extenderetur: sed terminos constituit et Pfixit, quos Pterire nemo pt. — Ps. 104. 2.

R. Hæc vera sunt; sicut alia crescere, cælum moueri, aquam deorsum fluere, certum est: Ita ho vitæ suæ dies no addet, nisi Deus addat. Sed hæc nihil faciunt ad contingentium naturam et electionis rationem. Vtrumq. voluntatis et noticiæ diuinæ est augere et minuere vitam: Sed tantum interest inter voluntatem Dei remunerantem ex gra et minuentem ex ira dies vitæ, et præscientiam discriminis, quantum inter ipsas res, q̃ habent ab hoibus et ex deliberatione Dei antequam essent hoes, et ex meritis hominum postquam peccarunt, cuius essent gris, boni an mali. Nec vera est solutio illa Caluini, quod poenitentia in Deo sit ipsa facti correctio.

Nam

Nam inde alia manat quæstio, cur sic creauerit vt corrigeret, cum in ipsa creatione corrigere posset.

Deus, non qualis est, sed qualis prodesse nobis posset in scriptura depingitur. Si itaq; dicas, in eum nõ cadere poenitentiam, Addam Ego, nec ignorantiam, nec amorem nec digitum, nec manum: Et tñ sicut ex imagine speculi, coniectas, qualis hõis ipsius forma sit: Ita ẽt ex illa descriptione Dei affectus eius erga nos, cognoscunt. Non enim Deus vt in se est per illas phrases, describitur:

Poenitentia Dei. 1. 700.

sed vt se manifestauit in verbo, quo prodesse posset. Nulla igr religio est, poenitentiam in ipso, eo quo dixi mõ ponere.

Christi ossa fuerunt nostris similia
et tñ impossibile fuit ea frangi.

R. Nusquã lego ea fuisse ἀπλασά, aut eum induisse corpus, nrõ simile, vel induisse hõem. Quis pro eodem accepit, nõ potuisse frangi ossa. Et, fracta nõ esse ob id, quod iam expirasset?

In Cap. 17.

Ps. 40. 6

Magna Deus fecisti mirabilia tua

R. Nihil ad contingentiam. Nam loqr de miraculis et consilio bñfaciendi populo suo: nõ aut de fortuitis euentibus, quod sint necessarij dicendi, si ad Deum, primã cãm referantur.

Ioa. 9. 3.

Neq. hic peccauit, neq. parent. &

R. Nec hoc quidquã facit ad contingentes euentus, Si Deus per pauperes, steriles, impotentes, claudos et cæcos vult propagare gloriam suam.

Ps. 36. 7.

Abissus iudicior Dei profunda est:

Deu. 30. 12.

Et: Quis ascendit in cælum, aut transibit mare vt grat voluntatẽ Dei?

R. Prius loquitur de benigna tutela Dei, quam pro suis creaturis suscipit: hoc vero de lege, q̃ declarauit luculenter, qd sit virtus, quid vitium, ne homo se posset excusare. Sed quid hec ad contingentium rerum euentus?

Rom. 11. 33.

O profunditatem diuitiarum
sapiæ et scientiæ Dei.

R. Non log

Non logr̃ de contingentia: sed de mirabili illo Dei consilio, re
cipiendi gentes Iudaïs reiectis, cum prius illis receptis, siuisset ōes
gentes in vijs suis ambulare. Hoc nō facit, vt fortuita fiant ne
cessaria, si ad primā caussam referantur. Nec illud huc pt̃inet Deu. 29.
Occulta Deo nrō, q̃ aut̃ hic scripta sunt, ad vos & filios vros pt̃inet:
Nam legit̃ contrariū potiūs: Occulta Dei nostri, vobis & filijs ve Psal. 51 8.
stris reuelata sunt. Sicut alibi: Incerta & occulta sapiæ tuæ
manifestasti mihi. Ita alibi qo vocam̃ arcana vel occulta, q̃ hō
ex se nunquā intellexisset, q̃ Deus in lege sua patefecit. Neq;
Iob. 26. 28. aut alibi talem describit prouidentiam, q̃ fortuitos
euentus faciat necessarios, si ad Deum, primā cām referam̃.

Quod affirmatur de Deo, cum
poenitere, id mox corrigitur:
Deum non esse hōem, vt mutetur.

R. Ita qdem legit̃: sed nō eo sensu, quo vult Caluin. sed po: 1 Reg 15 28
sterius membrum ad restitutionem Saulis pertinet, quod Deo
minquā mutaturus sit consilium de abiectione, vt eum resti
tuat, sicut fecit Dauidi, Manassæ & alijs. Ad diuersa igr̃
tendunt hæc & illa poenitentia: Altera ad dona benignitatis Dei 1 Reg. 23. 28.
pertinet altera ad iusticiam: Prior in Deo affirmat̃, altera er:
ga Saulem negat̃. Nec segr̃, vt, si ingrato donasti tua, parcere
& debeas ei, quem iuste bonis priuasti. Habet tu & hæc res mul:
tas exceptiones, nam misericordiæ Dei nullus est numerus.
Locus Balaami Num. 22. est promissionis, qua in re Deus semp Gen. 3. 6.
inducit̃ constantissimus. At non ita scribit̃ de ijs promissis, quæ .12.
conditionem hnt̃ annexam. vide Ezech. 18. Expla poenitentiæ Dei
in talibus siue minis siue promissis. Hæc ōia nihil ad fortuitos
euentus faciunt. Poenitentia segr̃ ignorantia, & antecedit Poenitentia
moerorem & animi æstus, verum est hoc in hōibus: in Deo, vt in
se est, nihil tale esse pt̃. Quid aut̃ facias, si vultnos ita de se
sentire, vt se manifestauit?

In cap. 18.

Nihil efficiunt hōes, nisi arcano Dei nutu, neq; qq̃ 1.
deliberando agitant, nisi quod Ille ia apud se decreuit
& arcana sua directione constituit. Ratio, inqt, q2
Deus q̃cunq; voluit fecit & hoc dictu ad ōes hominum
actiones pertinet.

R. Falsissima est consecutio, & male addito dicto psalmi, ptinere
ad ōes hominū actiones. Logr̃ em̃ de beneficijs Dei, erga populū,
quem

Ps. 113. & 134. quem illustribus miraculis ex seruitute eduxerat. Et cum, cum nolle peccatum testeť scriptura, qs dicet, eum id velle?

2 Sathan & chaldæi volente Deo filios Dei occiderũt & diripuerunt bona. Iob. 1.

3 Diabolus & prophetæ iubente Deo deceperunt Achab. 1 Reg. 22.

4. Nabugodonozor vocať seruus Dei ter. 50.

5. Assyrius virga furoris Dei & securis Dei Esa. 10.

6 Vrbis sanctæ ruina, vocať opus Dei

7. Maledictio Semei referť ad Deum authorem

8. Defectio 10 tribuum item 1 Reg. 11.

9 Interitus filiorum Eli. 1 Sam. 2.

10 Absolonis incestus 2 Sam. 22.

11 Mors Christi Act. 3. & 4.

12. Præfinitio consiliorum Dei &c. His ōibus probat Cal. Iudicia Dei, ab hominum arbitrio non pendere.

R. Falsa vbiq. est consequentia. Non enim disputamus de prouidentia & Dei & hominũ, quam illa sæpe minuit & tollit hanc totam, sæpe aliò auertit, sæpe currentem incitat, sæpe tardat, sæpe simit proponens interdum minas, & inexplicabilia sed semp iusta exercens iudicia ad gloriã Dei, id quod sacrum & sanctum, iure existimať. Euentus enim nõ est in caussa, vt ibi statuať culpa. Nam hæc tota est in deliberatione, q si mala, & contra Deũ est pctm dr, & tanto magis scelesta est, quanto plures eius executio attingit. 1. Id docet, ystoria Euæ, in qua primũ ponit deliberatio: videns mulier, quod bona esset arbor, & desiderabilis oculis 2. Sequitur deliberationis executio: tulit itaq. de fructu arboris comedit q. & dedit viro suo, q & ipse comedit. 3. Mox additi peccati pœna: aperti sunt oculi eorũ, & cognouerunt quod nudi essent, & absconderunt se. 4. Hic tandem exerit se prouidentia Dei: ne forte mittat manũ suam, & comedat de arbore vitæ, & viuat in æternum, emittatur de horto. Duplex hic est peccatum Euæ, q id & ipsa edit, & virum induxit ad edendum. Quod si tũ, decerpto iam pomo, vel aliqs inclamasset angelus, vel Deus ipse, & illa absterrita fuisset, nihil eor secutũ esset, q secuta sunt. Ipsa tũ peccato non tamisset, concupiscendo ea, q lege Dei erant prohibita. Est enim rapida & ampla ad peccandum via concupia, quæ, nisi prohibeas, peccatum omnino parit. Sea si Adamus post Euæ pctm per aliquem absterritus fuisset, admoto iam ori pomo, illa quidem & deliberati & consummati sceleris rea fuisset: sed ipse ob deliberationem peccasse dictus esset. Sicut aũt Deus, tum primum

1 Reg. 23. 28.

Gen. 3. 6. 12.

suã.

suam prouidentiā ondit, cum noluit peccatores amplius in horto commorari: Ita si priusquā vel mulier vel Adamus, pomū iam decerptum ori admouisset, prouidere voluisset, ne peccatum iā deliberatum perficeretur: Nihilominus pectm iam in mundo fuisset qm et lex erat, sine qua, nullū peccatū imputar, et concupia contra legem fuerat. Hæc declarare possunt. Vbi consideranda sit prouidentia, q tota versar in actis et operibus, ne cui nocear, ne plus minusue: Ita contra in bnfaciendo: Non aut versar in ea parte, in qua pctm est, quod nō grat ipsa actio, sed ai priuata consultatio. Auger tn pctm ipso opere, et quanta sit eius vis ex rebus actis declarar. Falsa igr sunt illæ oes vt dixi cosequntię. Nō n. sequitur:

Pctm generat consul auget actio

Si Deus immisit Chaldæos in Iobum, in Iudæā, Assyrios in Israël, falsos prophetas in Achab Semei contra Dauidem &c. Ergo nihil efficiunt hoes, neq. qcquā deliberando agitant, nisi quod iam apud se decreuit et arcana sua directione constituit Deus, cuius iudicia (poenar.) præcedunt hominū arbitria et deliberationes malas. Clarius: Ergo ij peccant, quos Deus ab initio constituit esse puniendos, et non hi puniuntur, quos Deus ab initio prænouit peccaturos. Hoc supramodum blasphemū est, eius rei Deum facere autorem, qua se nō delectari palam profitear. Digredir aut Cal. argntando a peccato ad euentus et afflictiones peccator, et cum disserat, quo Deus nonnunquā ipsa peccata hominū sua prouidentia dirigat, vider de ipsis peccator caussis, vnde sclt peccata educanr disserere. Itaq. si ita diceret de peccato Adæ et Euæ:

Deus prouidit, ne Adam et Eua sumerent de arbore vitæ et sic in æternū viuerent, obnoxij prius morti propter peccatū: Ergo Deus erat caussa, cur peccarit Adamus et Eua, et cur Euæ placuerit magis diaboli suasio, quam Dei, et cur Adamus magis vxori obtemperauerit quam Deo.. Talia sunt quæ sequuntur:

Deus deliberato consilio voluit detegere impietatem suor agricolar, vt redderenr inexcusabiles: Ergo fuit illa caussa impietatis illorum. Vel:

Deus permisit Iesum incidere in manus odientiū illum: Ergo fuit caussa odij illius.

Peccatū et Dei prouidentia qua in re sita.

Vbiq. n. confundir peccati ratio, quæ est in deliberatione cū ipsa executione peccati, in qua sicut in alijs oibus actionibus, astat, præest, interest, insinuat se prouidentia Dei. Vt ita ille sit director.

ctor et gubernator euentus et executionis peccati, nō autor ipsius deliberationis, q̄ est peccatū. Exemplo declarabimus:

Abimelech et Iuda idem hn̄t consilium

rem habendi: Ille cum Sara, hic cum Thamar, contra leges, vterq. cupiditate et libidine ductus sua sponte, sdm vires eas, quas in creatione à Deo acceperunt. Hactenus qduis in q̄stionem venire pt̄, quam prouidentia. Non enim est prouidentiæ vt ignis caleat, aqua sit humida, homo sit proprij iudicij: Sed vt ignis nō noceat, aqua nō inundet, homo non inficiat alia sua improbitate, impetu, vi, vt sequar̄ dissolutio ordinis, quē Deus in rebus constituit. Peccauit igr̄ et Abimelech et Iuda, vterq. secutus concupiam et videbat Deus peccantes, et prænorat peccaturos. Hic videndo et prænoscendo, nullam Deus culpam sustinet, posthæc requiritur prouidentia, ne Abraham contumelia afficerer̄ in Abimelecho. In Iuda vero, vt melius disceret, q̄do domus esset gubernanda, et nosset eosdem esse affectus fæminæ, qui viri sunt. Hæc prouidentiæ ratio, nō in oībus rebus est eadem, vt lex aliqua de ea edi posset, sed in alijs alia est, ab ea tn̄ parte, vbi peccatum est, semper remota est longitudine. In peccatū enim iustas sanctas et bonas leges tulit: In eam vero partem se vertit totā vbi peccati executio pululat et germen emittit.

Dauid coniungit homicidium adulterio, vbi tam à culpa abest Deus, quam, cum animus hōis, visa fæmina commouer̄ ad concupiscendum. Nam quod aliquibus prouidet, retrahendo illos, ne peccata peccatis addant, nō ideo facit, vt se liberet crimine, quo obnoxius sit futurus, si cumularent peccata, cum ille semp maneat extra oēs peccati terminos: sed fit ex grā, et demonstrandæ bn̄uolentiæ et benignitatis caussa. Habet aut̄ prouidentia Dei certas circumstantias temporis, loci, personæ, occasionis, et alias ad aliqd p̄mittendū, aut non permittendum, q̄ cum soli Deo sint notæ, ob eam caussā certa doctrina de prouidentiæ ratione dari nō pt̄ ab hōe. Hoc tn̄ certissimæ est persuasionis, ob hominū peccata, Deum et prouidentiā eius, nullo crimine fædari, cū pctm sit in cogitatione et actione contra leges Dei bonas et sanctas: prouidentia aut̄ non sit actio, sed actionū aut impedimentum vt tollant̄ omnino, sicut mors Absolonis, rebellionē sedauit: aut moderatio, vt minus noceant, quā nocere possent, nisi reprimerent̄. Si qs igr̄ vult prouidentiæ diuinæ naturā considerare, oportet vt et hominū actiones consideret, quas illi absoluunt, et Deus, quo vult dirigit, sine culpæ contagio. Necesse est item, vt qd sit agere, qd permittere, intelligat.

vide Ier. 26. 23. 24.

Peccatū et Dei prouidentia quam in re sita.

Agimus enim nostra,
prouidemus aliena: Et quāuis cū actione

sæpe

sæpe coniungãr prouidentia: attñ quinis videre pt, alió actionis alió prouidentiæ finem tendere.

Probat pluribus Cal. hoẽm in peccato subsequi, Deum autem antecedere.

1

Cor Regis, inqt, in manu Dei est, ẽ quo vult flectit illud. Pro. 21.

℟. Dicit Solomo, Regum consilia à Deo dirigi, sicut riuos a quar ab olitore: at nó hoc dicit, si malicia in corde regis sit eam à Deo esse: sed eam illuc irrumpere, quo Deus velit, nõ quio ipsi reges. Nulla igr consecutionis hic causa est.

2

Deus aufert labium à veracibus, ẽ à senibus prudentia, ẽ à principibus terræ cor, vt errent per deuia, pauidos reddit ẽ timore occupat corda eor. Ita sopor Dñi irruit super milites Saulis, vt nemine sentiente Dauid saluus ire, ẽ redire posset. Ezech. 21. Leu. 26. 1 Sam. 26.

℟. Nos hic de prouidentia loquimur, nõ de amore, iusticia, aut alijs virtutibus Dei. Nihil igr ad rem faciunt priora exempla. Inquirent, inqt, visionem à propheta, ẽ non inuenient. Et, Lex peribit à sacerdote, ac consilium à senioribus. Quare? Ob id quod Deus fuerat autor peccator q̃ fecerant. Nequaquã. Sed propter viam ipsor malam faciam ista, inquit, ẽ in iudicijs ipsor iudicabo eos, ẽ scient, quod Ego sim Dñs.

Hoc tñ fuit prouidentiæ, occupare hostes sopore, vt Dauid periculum euaderet. Sicut cum in spelunca, propemodũ deprehensus esset Dauid cum suis, Deus Saulem per alienationes phrenesis eor, à persecutione Dauidis reuocauit. Hæc aut longe absũt ab odio Saulis, aut militum eius.

3

Deus excæcat ẽ indurat hominũ mentes, inebriat spiritu soporis ẽ vertiginis &c.

℟. Et iam ista iusticia sunt, nõ prouidentiæ, misi qualemus illa postulat, vt expia malefaciendi tollam, ẽ ne impunitas peccata multiplicet, summo iure agi cum flagitiosis. In quor neutro Deo vlla culpa affricatur. Quid autem sit vertigine ẽ cæcitate percutere videri ignorare Cal. q putat hoẽm, q sceleribus polluit, habere lumen, constantiã vigilantiã, sapientiã, flexibilitatem quam necesse est Deo auferre, vt inducat cæcitatem vertiginẽ somporem, amentiam, duritiem &c. Sed non ita est. Chrs n. dicit eũ qui malus sit, non posse bona loqui. Quid igr in eo, q̃ desertus est à Deo, lucis, vigilantiæ ẽ sapiæ esse pt? Nonne necesse est hoẽm in ipsas tenebras redigi, absente lucẽ?

Hæc

occidere ẽ permittere res suas. videſ. 708. tradere quid sit Rom. 8. Act. 14. 16. 1 Cor. 16. Heb. 6. occidere permittere permissio duplex 1. 2 Induratio duplex. cæcitas vertigo amentia duritiem inducere Ioã. 12.

occidere et permittere res diuersa.

Hæc, inqt Cal., multi ad permissionem reijciunt, ac si deserendo reprobos, à Satana excæcari sineret.

videſ. 704.

℟. Non ita dicimus nos: sed chrs: Si lumen, inqt, quod in te ē, tenebræ sunt, tenebræ quantæ erunt? Ita dicimus, neminē satis tenebras habere, quibus occupatur, cum malus est totus. Si Deus, q est lux, se subduxerit; nec opus esse opera Satanæ, q magis excæcet eum, q cæcus est, cum cæcior fieri nō possit: Ita illud παραδοῦναι ἀυτούς, non intelligit esse ἀπεκτόνειν ἀπὸ ἀρχῆς, vt Paulus manifeste vocat. Paulus in bonam partem alibi accipit: παραδοῦναι ἀνδρὶ Iudæis sctē, quos prius suis desideriis permiserat. Hoc chrs vocat ἐγκαταλεῖπειν, cui opponit τὸ σώζειν ἐκ ἀπὸ σωτῆρ, inqt, ab infidelibus Iudæis. Iam si hæc sunt prouidentiæ, ἐὰν ἐπιγνῶσιν ὀπίσω: Et illud: ἡ δίκη ζῇ ἵνα μὴ ἀποθάνῃ potuerunt q̄ eodem referri illa, vt sint opposita: λύπαις φυλάττει ἡ φιλάρετος σωτηρίαν ἡμῶν: Et, παραδώσει σε ἐπιγνῶναι ἐγκαταλείπειν ἢ τὸ σῶσαι. Nam idem esse videt: Deus nō simit, nō permittit, et non vult hunc viuere: Et, Deus simit permittit vult, cupit eum viuere. Si itaq. aliud est potentia Dei, qua hic morti datur, ille viuificat, et aliud prouidentia, q̄ istam simit, permittit deserit vt occidi possit, valebit distinctio, q̄ dicit, aliud esse occidere, aliud permittere.

Rom. 8. Act. 14. 16. 16. Heb. 6.

occidere permittere

Et est permissio duplex:

permissio duplex

1. Vel cum imbecilliorem potentioris arbitrio permittimus, vt occidatur: Vel cum eum q sibi ipsi cupit manus adferre, permittimus id facere: Ita Deus dr quoq. παραδιδόναι desideriis suis, vt sua ea faciat, cum diu ōia frustrā expertus est sua ἀνεξουσία. Neminem emi per vim suo ministerio addictum esse cupit.

2

Pergit ille:

Scriptura, inqt, dicit Deum indurasse
et aggrauasse cor pharaonis.

Indurationis duplex.

℟. Carbones igniti congeruntur super caput hōis, et à Iudice iusto vt puniat, q peccauit, et ab amico bñfico, erga eum, q odit ipsum, vel hac ratione ad amorem et bñuolentiā inuiter: fit tñ sæpe, vt hoc offō ille magis indurescat.

Indurat igr et Deus vtroq. modo:

1. Deserendo impios hōes, vbi nō opus hē, inducere, duriciem, cæcitatem, omus &c, cum sua sponte deserti hōes fiant duri cæci et graues in quos tandem iusta sentia fertur, q maluerunt in ista sua cæcitate perdurare, quam Deum seq, cor aperire, et locum dare Deo amanti et bñuolenti. Est n. indurare cor nō postrema poena: sed notat conditionem eius, q postremis poenis est proximus. Vnde sicut dr Deus indurasse cor: ita dicuñ hōes indurasse sua corda

sponte

cæcitatē vertigines amentia duriciem inducere 1. 723.

sponte enim indurescunt hoēs, cum abÿciuntur à Deo. Deus itaq. iustus Iudex, ita indurat cor, et excæcat mentes, vt is dr̄ fame aliquem necare, q cibum nō dat, sine quo is viuere non potest: ideo aut̄ nō dat, quoniā ab eo alter accipere non vult, sed dantem auersar̄ eiq. resistit.

Benefaciendo, cum ad se inuitat hoēs benigne: illi verò eo longius abeunt, vt facilius pereant. His similitudinibus, scriptura hominū ruinā depingit, vt discamus in Deo tantum esse auxilium, ex nobis verò perditionem, qbus declarationibus negar̄ Deus esse peccati cā.

Quamuis aut̄ et illud dici pt̄,

peccata peccatis puniri;

tn̄ q̄ plana sunt, in qbus nō magna subtilitate opus est, facilius intelligunt̄. Conueniunt, inqt, hæc duo inter se:

Deum indurare cor pharaonis: Exod. 6. 3.

Et, Pharaonem ipsum, indurare se, sed diuersis modis, simul qdem agere Pharaonem cū Deo, vt cor illius indurer̄, sed Pharaonem tunc indurare, cū à Deo agir̄, vt induretur.

R. Caluinus actionem putat esse indurare, et ad prouidentiam semp referri, nō ad iusticiam, Et, semp peccatū esse putat, indurare cor, Deoq. in peccati rōne priores partes assignat. q̄ oīa falsa sunt. Quomodo enim

iustè inferret iram Deus,

si in peccato, priores partes obtineat, quod et damnat et prohibet? Deinde, cum dissoluere cor, sit metuere; carneum habere cor, resipiscere; aggrauare et indurare cor sit in malo perseuerare: rectum habere cor, sit bene cogitare: Eius erit cor indurare, cuius est in malo perseuerare. Et sicut Deus ex saxeis cordibus facit carnea: ita dicendum est ex carneis facere saxea. Illud fit pn̄tia sp̄rs Sancti, perquē fit, vt intelligamus q̄ dicuntur, ait Paulus: Ideo hoc absentia et destitutiōe spiritus, fieri necesse est, quo fit, vt audientes, nō audiant. Et Propheta iuber̄ excæcare corda populi, vbi nulla, illius sig̃car̄ prouidentia, q̄ se peccato insinuet, et inde labem trahat: Sed designar̄ finis contionū, q secuturus erat, quod peiores futuri sint post admonitiones, quam antea, quasi de industria hoc prophetæ fuerit propositum, vt eos ex stultis insanos faceret.

Cor dissoluere, carneū hēre, aggrauare indurare quid.

Esa. 6. 9.

Si indurare cor Pharaonis nudam permissionem sig̃cat:

Ipse contumaciæ motus nō erit proprié in Pharaone, sed in Deo.

R. Plus colligir̄ quam debebat. Nam Deus deserit illos, q secum habitare nolunt illi redeunt ad ingenium, ad contumaciam, ad insensibilit.

litatem et duriciem, q̄ in eis augescit, deserente Deo. Sicut sole latente augescunt tenebræ. Tales sunt oēs illæ caussæ, quę cum nihil agant, sunt tn̄ ὧν ἐν ἄνα.

Si nuda est permissio, sequer̄, Pharaonem
ideo se obdurasse, q̄ se indurari à Deo passus sit.

R. Falsa est consequentia. Non enim hoc sequitur: sed Pharaonem se indurasse, et impoenitens cor habuisse, q̄ Deus iusto iudicio ab eo discesserit, cum tot visis illius miraculis, nollet tn̄ eū pro Deo agnoscere, et contra oēm æquitatem in populum Dei esset iniquus et durus.

Adde, inq̄t, quod scriptura, oībus cauillis, præcidit ansam cum dicit:

Ego tenebo cor illius, et nō dimittet populum
Ergo Deus reuera facit cor Pharaonis durum.

R. Variant locutiones. Nam legimus: Ego cognoui, quod indurabit
1 cor suū, et non dimittet populum: Et, Ego indurabo tenebo aggraua:
2 bo cor illius: Et, indurauit Pharao, cor suum, et non dimisit popu:
1 3 lum. Hæc discernenda sunt. Primū enim, et q̄ illi sunt similia ad πρόγνωσιν pertinent, in qua nulla est actio. In vltimo est deliberatio, an Pharao vellet aut deberet libertate donare populū ita iubente Deo. Cum aūt medium id referar̄ ad Deum: Ego aggrauabo cor eius &c quærendum est, quomodo obstinatum se: ipsū faciente Pharaone, Deus dicar̄ illum talem facere, an simili aliqua dicendi forma, qualis est illa: foetere fecisti odorem nostrum: Et, tradidisti gladium in manū Pharaonis, et seruor̄ ipsi⁹ vt occiderent nos: Vel, an contra, Deo indurante Pharaonem ipse veluti comes, animū suum induret, ita vt Deo volente dimitti populum, ille in eam sentiam inclinare nō possit.

De hoc enim disceptar̄:

Vter priores in induratione partes obtineat.

Cum scribir̄: Ego tenebo, indurabo cor eius &c addir̄ mox ex:
1. ca. 4 plicatio: Et indurauit cor suum, ne dimitteret populum, sicut locu:
8. 9. tus fuerat Dn̄s. Hic si quæras, an dixerit Dn̄s, quod post sermones Mosis et Aaronis, et miracula ab eis edita, non esset auditurus illos Pharao et dimissurus populum: Sed obfirmaturus animū potius in priore sententia &c, Nihil aliud inuenies, nisi duo illa:

tenebo et indurabo cor illius

ne dimittat populum. Si itaq. narratio posterior respondet priori, sicut necesse est, Idem erit, tenebo et indurabo quod

tenebitur et indurabir̄ cor Pharaonis.

Sic n.

Sic enim exponit per sequentia, vt hæc duo q̄o: tenebo et indurabo, diuinationis et prædictionis sint, non actionis et operis.

Posset et sic responderi:

Deum indurare cor, sicut

Moses et Aaron gladium in manus illius dedisse dicunt. hoc est: Benefacere cupiendo, maiorē occasionem mali, quod secutum est, dedisse.

Possemus et ad illa Pauli referre Rom. 9. Quem vult, indurat iuste, et cuius vult, miserebit liberalit. Indurat aut cū nō miseretur, sicut dr nō indurare, cum miseretur. Sunt enim opposita σκληρόν καὶ μαλακόν, et hoc ht adiunctum τὸ ἔλεος, illud vero τὴν ὀργήν. Sicut enim intra Ecclīam poenitentibus proposita est spes veniæ: ita nusquā legimus impœnitentibus propositam fuisse.

Sed putat Cal. Deum, sicut miserendo dat aliquid, quo quis ex malo in bonum vertit: ita cum aliquem indurat, aliquid illi infundere aut immittere, vnde fiat obstinatus, quod nō fieri, supra ōndimus, cum plus satis in hōe deserto à Deo, sit tenebrar, nec op⁹ sit maliciam addi. Hæc oīa ōndunt, perperam iusticiam Dei cum prouidentia confundi à Cal. et cum consultationibus misceri euentus vel executiones peccati.

Illa vero quæstio:

An Deus non tantum bona consilia impijs monstrare debeat: ver et curare, vt illa amplectant, et non repudient, ne maioris damnationis cā eis manifestata fuisse videri possint, vnde maior pertinacia peccati sequatur &c.

Communis est cum multis alijs, q bona consilia hntes, voluerūt ea seq. Et ad potentiā, q̄ iusticiā exequit pertinet, nō ad prouidentiam.

In eo itaq. semper impingit Caluinus:

Deus, inqt, obdurauit corda Cananæor, vt pugnarent contra populū Dei ~~[illegible]~~ Ios. 11 Et:

Vertit cor Cananæor, vt odissent populum Dei, ps. 105.

Et: Assyrijs præcepta dedit, vt rapinā exercerent Esa. 10.

Hæc, inqt, ideo dicunt, quod flexurus sit eos ad exequenda sua iudicia, perinde, atq. si iussa ipsius aīs insculpta gestarent. Vnde apparet certa destinatione Dei eos fuisse impulsos, vt mala illa facerent.

R. Nos sic dicimus prouidentiā Dei et tum, cum pœna peccati, peccatū est extra oēm peccati rationem consistere, eamq. nō esse actionem, nisi āi deliberantis, q̄ cum ad actum exit, mutat nomen, et dr potentia, q̄ exequit ea, q̄ recte à Deo deliberata sunt. Deme potentiā à prouidentia, consistet hæc absq. illa oībus suis nūris perfecta: sed operis

Providentia alia est à potentia.

operis effectio, q̃ prouidentiæ magnitudinem declaret, nulla seq̃r. Quor̃ aut̃ vnum absq. alio esse pt̃, ea non vnum sunt. Itaq. hæc miscenda non erant. Quare inepte Cal. ad iusticiæ Dei demonstrationem se in exemplis istis conuertit, cum contra illa nr̃a disputare deberet: quasi vero nos negemus, cum Deus sua consilia sana occultat coram hoĩbus, eos in perniciem ruere, ignorare q̃ bella suscipere, vt vincant, q̃ deserere, ne pereant, debeant obfirmare animũ nec credere narrantibus et prædicentibus futura mala oĩa sperare frustra, et bene sibi ominari &c. Sicut aut̃ prouidentiã Dei agnoscimus fuisse, ne superarem̃ Israëlitæ à Cananæis: Ita iusticiæ Dei tribuendum est, quod Cananæi sunt victi, et deinde Israëlitæ ab Assyrijs.

Præterea, non scribir̃ Deum indurasse Cananæos: Sed vt cæcis aĩs ad bellum progrederem̃, nec bene monentes audire vellent, hoc dr̃ à Dn̄o fuisse, q̃ iudicium ab illis abstulerat. Ita de Absolone dr̃: Dn̄s præcepit vt dissoluerer̃ consilium Achitophelis bonum, et induceret Dn̄s super Absalon malum. Vbi aut̃ hic peccatũ est, quo Deus possit inuolui, cum hic, vbi Dei prouidentia collocar̃, nullum sit peccatũ? Nam sicut scribir̃: Vertit cor eor̃ vt odio prosequerem̃ populum suũ, et dolos machinarem̃ in seruos suos: Ita scribir̃: tradidit eos in miserationes corã oĩbus, q̃ captiuos ceperant eos. hoc est: Fecit vt ibi essent odiosi, hic gratiosi, illic venirent in suspitionem, eo quod oĩa bn̄ succederent: hic vt grata essent oĩa eor̃ offa Dn̄is, in quor̃ neutro peccatum est.

Spiritus malus turbat Saulem, 1 Reg. 16. 14

℟. Hoc nihil ad peccatũ, cum sit vindictæ sig̃catio. Ita hoc quod Deus seculi huius excæcet incredulos, vt mendacio adhæreant, ad vindictam pertinet 2 Cor. 4.

Si Propheta mendaciter locutus fuerit,
Ego decepi eum. Ezech. 14. 9.

℟. Dicit Ezechiel, hoĩem et prophetam peruerse interrogantem Deum, reportaturũ iusta improbitatis suæ pręmia. hoc est: Deum cum sanctis sanctum, cum peruersis peruersũ futurũ. Hic nullum est peccatũ. Ita tradere in peruersũ et stupidũ sensũ pœna est contemti et neglecti Dei. Rom. 1.

Summa, inq̃t Cal., hæc sit: Cum Dei voluntas dr̃
omniũ rerũ caussa, prouidentiã eius moderatri:
cem statui in cunctis hominũ consilijs et operibus,
vt nõ solum vim suã exerat in electis, sed etiã
reprobos in obsequiũ cogat.

℟. Non sunt integra dicta hæc. Nam voluntas Dei sic dr̃ omnium rer̃

rer̃ q̃ fiunt, opere, caussa, eo modo, quod si ea esse nollet, nunquã 1
illa esse, et Deum superare viribus suis posset, ac produci à sua
caussa, quamuis Deus produci nollet. Præterea, prouidentia 2
Dei, eor̃ q̃ fiunt, moderatrix est, vt aut nõ fiant mala, aut nõ
impediam̃ bona. Et vider̃ semp referri ad opera, nunquã ad res
quar̃ sunt opera, aut ad sensus et aĩos rer̃. Elector̃ gubernatio 3
nõ huc pertinet. quærir̃ enim de omniũ rer̃ prouidentia, an ex
illa peccatũ proueniat. Adeò eñ hæc ab illa differt, vt illa sola
dici debeat prouidentia, hæc vix nõe sit digna:

Num de bobus cura est Deo inqt Paul. 1 Cor. 9.

De reprobor̃ coactione, vt sint in obsequiũ Dei, nõ video qũdo 4
dictum hoc coniungi possit prouidentiæ, aut vnde colligar̃ ex
biblijs sacris. Scimus qdem, vindictæ Dei ministros sæpe esse impi- Impij qdo Dei ministri
os, sed nõ inuitos, sæpe tñ ignorantes, ad quã et quantam rẽ eden-
dam vocem̃, currentes tñ semp alacri et promto aĩo.

Obijciunt, inqt Cal., aduersarij, nõ mihi, sed spr̃tui S. et Deo:

Si nihil, nisi volente Deo euenit, duæ erunt in Deo
contrariæ voluntates; Vna, qua occulto consilio agit
ea, q̃ per alterã in lege palam vetuit.

Hoc planius sic effer̃: Si nullum peccatũ fit, nisi occulta actiõe
Deo illud operante: Et, nihil prohiber̃ in lege, nisi peccatũ, sequitur
Deum ipsum per hões peccatum operari, ob quod eos dãnat, et punit.
Respondet Cal. Iob spoliatus dicit: Dñs dedit et abstulit, sicut Dño
placuit ita factum est. Iob. 2. Non obtemperarũt Patri suo filij
Eli, q2 Dñs voluit occidere illos. Et, Deus q in cælis residet, facit
q̃cunq. vult ps. 105. Hæc, inqt, õndunt, Deũ vocari rer̃ omniũ Auto-
rem, q̃ isti censores volunt ocioso Dei permissu contingere.
R. Non illud quæritur à nobis, quo aĩo pij et sancti hões ferulam
Dei castigantis ferunt: Sed an in impior̃ factis, nõ sit permissio, abs-
q; qua fieri nõ possent: Sed opus et actio Dei, quã nemo impedire
possit. Hic producam̃ exempla, nõ Iobi Prophetar̃ Aptorum et
alior̃ sanctorũ, quibus scimus nihil accidere posse mali, absq. Dei bo-
na voluntate: Sed Iudæ, pharisæor̃ Chaldæorum &c. Illud de filijs
Eli ad vindictam pertinet. Psalmi dictum, nõ prouidentiã Dei: sed
omnipotentiã in edendis miraculis et protegendis suis describit. Ideo Rom. 9. 19. Act. 7. 51.
nihil ad rem. (: voluntati eius, inqt, quis resistet?

At vocam̃ aliq θεομαχοι: Dicunt̃ Iudæi semp
restitisse spiritui Sancto Act. 7. Vt ita sit vo-
luntas Dei, cui possit, et cui nõ possit resisti.)

Nihil igr̃ culpæ impingendũ est Deo, si cõpleta tandẽ iniqtte punit.

Iniust

Ier. 12. 2. Psal. 73. 3.

mysterij vox adscripta et narrationes ptinet. 2

Iniustus enim esset, si desperata pœnitentia, illos in exitium non impelleret, & in hostium manus traderet. Tollerat ille quidem vasa iræ sæpe diu, mera μακροθυμία: sed vltra mensuram completa differre pœnas, nõ esset prouidentis Dei, et excubantis pro suis, qui studeat efficere, ne impunitatis moti exemplo, iusti etiam apponãt ad iniquitatem manus suas.

Jer. 12. 2. Psal. 73. 3.

Deus creat tenebras & lucem, format bonũ & malũ: Non est malum in ciuitate, quod ipse nõ faciat Esa. 45. Am. 3: Qui fortuito occidit excussa securi, diuinitus dr in percussoris manus traditus Deut. 19: Herodes & Pilatus fecerunt q manus & consiliũ Dei decreuerat Act. 4.

Impij gdo Dei ministri

℞ Aliud malum est virtus, aliud vitiũ. In diuinis inter mala omnino est cum sit pars virtutis, iusticia scte. Nos quærimus de illo, quod vitiũ sit, quod Deo vnquã ascribit autori. Itaq. nõ segr, si sit autor vindictæ, esse eo autorem peccati, ne ociosa & muta sit illius promissio. Deinde, Deus tardus ad iram, q mortem nec fecit nec vult, si nõ resipiscant impij, volens omnino exercet iudicia sua, q pro calice amaritudinis, mallet dare calicem salutarem. Et cum malit õẽs hões seruari, vult tñ impœnitentes punire. Hic nullum est peccatum. Ideo de sequentibus exemplis iudicetur. Non em vt sæpe dr hoc quarit

An deliberata Dei voluntate immittant pijs mala:
sed An ex illis malis impioꝝ factis & consilijs aliqua culpa in Deum redundet, An illis dux & suasor & autor facinoris extiterit.

Nec tñ Ideo, inqt Caluinus, vel secum pugnat Dei voluntas, vel mutat, vel quod vult, velle simulat: sed cum vna & simplex illius sit voluntas, nobis multiplex apparet, q pro mentis nostræ imbecillitate, quomodo idem diuerso, modo nolit & velit fieri, non capimus. Hoc crassius sic diceret: Nos non intelligere, quomodo Deus idẽ peccatum faciat volens, quod volens damnat.

℞. Scriptura nusquã hoc dicit, quod ille pro confesso sumit. Nec quisquã ita rudis est, vt nõ intelligat, qdo idem Pater diligat & oderit Absolonem: Et, idem Deus nolit ob amorem punire filium & velit punire ob iusticiam. Deinde μυστηριον & πολυτροπιαν Dei, non ad mutabilitatem voluntatis ejus, quasi à seipso dissideat pertinẽt: sed ad varietatem rationũ, quas Deus illud suum consilium detexit. Nec vnquã vox μυστηριου ad res, sed semper ad scripta & narrationes pertinet.

Rom. 9. 19. Act. 7. 51.

mysterij vox ad scripta & narrationes tantũ pertinet. 2

Objiciunt rursum: Si nõ opera tantũ impiorũ vtiã Deus: verũ ẽt consilia & affectus gubernat, scelerũ omniũ, q faciunt impij, erit Autor, & prom-

et proinde immerito damnat homines, si
exequantur, quod ipse decreuit.

Crassius hoc sic diceretur: Si Deus cum impijs male consulenti
bus, maleuolentibus, malefacientibus, male consulit, male vult et
male operar̃, tanquã principalis autor: Si hões ea faciendo pec
cant, id ipsũ in Deum principalem autorem debet redundare:
Quod si hic culpa eximitur, eximendi q̃o secundarij autores hões,
ab eadem culpa, nec puniendi.

Caluinus sic respondet: perperam misceri præceptum cum
voluntate Dei, cum plurimum inuicem differant.

Nos aũt non videmus, q̃do distinctio hæc, arg̃m dissoluat.
Videmus aliud esse voluntatem mandati expressam legibus,
aliud, voluntatem coniunctam prouidentiæ, hancq̃ ad illã con
sequi. Est voluntas mandati illa: fili, vade hodie operare Matt. 21.
in vinea mea. Voluntas prouidentiæ est: quid si filius nõ ie:
rit? incultamne relinquam? minime: Sed eiecto filio, alios mihi
filios eligam, q̃ colant eam, et reddant fructum suo tempore.
Ita vndiq̃ vineæ prouisum est vt colar̃, siue per hunc, siue istos.
Verum hæc distinctio, quid facit ad solutionem? Etsi enim nulla
lex fuerit, quid vitiũ, quid virtus sit declarant: tñ necesse est
vt id, quod suapte natura erat vitium aut virtus, in Deo, sẽ
per virtus aut vitium fuerit. Itaq̃ q̃d semp̃ Deus, ab æternis
temporibus apud se constituerit, declarauit per ea, q̃ tandem
fecit. Ita et per leges latas, declarauit tandem quid pro vitio
et virtute semper habuisset, q̃dq̃d vlt cũ illis ipsius legibus aut
consentiret, aut dissentiret, ob quod q̃sq̃ aut recte fecisse, aut
peccasse dicerer̃. Si itaq̃ secundarius autor post latas leges pec:
casse dr̃, si eas violauit, magis id de primario autore peccati dicer̃.
Hanc responsionem, Caluini distinctio non soluit. Solueret aũt si
õndere posset, quõdo Deus à vitio eximerer̃, cum sit primarius, se:
cundum ipsũ, peccati autor, si secundarius peccati autor inde nõ exi:
mitur.

Caluin. Cum Absolom stuprauit patris concubinas
Deus voluit eo probro vlcisci Dauidis adulteriũ.
non tñ iussit scelerato filio incestum.

R. Bene est. Sed cum in consultatione, et in ipso facto, Deus prin
cipalis autor dr̃, nõ eximir̃ hac ratione à culpa, etsi nõ præce
pisse stuprũ dicar̃.

Dauidem agnoscere flagellum Dei, in Semei ver̃ ẽ:
sed id hic nõ quæritur, verũ illud: an ociosa Dei prouidentia
dicenda sit, nisi in peccatis impior̃, suas q̃o, easq̃ potiores partes ha:
beat. In bonor̃ tñ et malor̃ diuexationibus, scriptura cum discrimi
ne loqr̃. Nam malos affligi iubet sæpe Deus, quod eius mandatũ
q̃ fideliter exequunr̃, laudanr̃ et dicuntur christi Dei. Ita.

bonorũ et malor̃ afflictio diuersa

Ita Nechao contra Assyrios, Cyrus contra Babylonios, Saul contra Amalechitas mittitur &c. Contra puniuntur, qui neglexerunt, vt Saul propter seruatum Agag. Maledictus, inquit, qui facit opus Domini fraudulenter, et qui prohibet gladium suum à sanguine. De bonis autem affligendis, nusquam mandatum extat: sed sancti homines ita interpretantur, qui non in homines improbos, sed in Deum permittentem deserentem dedentem sinentem, oculos referunt. Dauidis enim verba: dimittite illum vt maledicat, si forte videat Dominus oculum meum lacrymantem, et reddat mihi bonum pro maledictione hac: Et, Dominus sic praecepit ei et quis dicat, quare fecisti sic? Satis ostendunt, Eum ferulam Dei agnoscere, et humiliare se, vt à Deo iussum eum maledicere ostendat: Et tamen moriturus, nunquam eum occidi iussisset, si persuasus fuisset, eum mandatum Dei habuisse, vt id faceret. Nec ipse Semei iniquitatem appellaret: sed defenderet, vt recte factum, fretus Dei mandato: Nec magis peccasset, quam Solomo occidendo ipsum Semei et Ioabum: aut Elisaeus execratus pueros illudentes. Itaque si peccatum est quod fecit Semei, vt dicit scriptura: Deus autem peccatum non praecepit, necesse est vt illa verba: Dominus praecepit ei, iussit ei, interpretemur: Dominus sic permisit voluit siuit. Ita et alibi aequipollent, τὴν θέλει, ἢν ἐπιτρέπει ὁ κυρίος. Et, aufer istum calicem à me: verumtamen tua fiat voluntas. Non enim in tentationem inducerer, nisi Deus vellet, qui tamen nullum ob id cum impiorum peccato habet commercium. Ideo scriptura inter ista duo gratia mandatorum (liceat sic propter Calloqui.) magnum discrimen statuit. De illo enim scribit: Non reuerterer verbum meum ad me vacuum: sed faciet quaecunque mandaui, vt certitudo euentus, qui totus est à Deo, designetur: De hoc vero:

verebuntur forsan filium meum

hoc forsan Cal. praeterit, illi tantum insistens: propterea veni in horam hanc: Et, necesse est vt veniant scandala: fiat voluntas tua: nonne 12 sunt horae diei, quod est: nondum venit hora mea, vt transire debeam ex hoc mundo, ad patrem &c

Quae sententiae certitudinem temporis, et ipsius mortis notant. Sed Paul. dicit:

si cognouissent Dominum gloriae, nunquam crucifixissent:

occiderunt autem, quod ignorarent eum esse, sicut decebat, christum. Ignorantiam igitur secuta est mors certa, quae si sublata fuisset, mors christi nulla fuisset. Ignorantiam tamen antecessit peccatum, cuius illa est fructus. In Paulo eadem fuerat: sed ea clementer sublata, cepit amare, quos antea vehementer oderat. Fac ignorantiam antecedere: certus erit euentus, nisi Deus ab impetu furentis ignorantiae subtrahat, quos seruare vult. Eidem Paulo vbique testabatur spiritus, quae illum maneant Iersolymis mala, quae cum à proposito

Ier. 48

2 Reg. 16. 12.

2 Ro. 16.

2 Reg. 19. 19.

praeceptum aliquando permissionem significat.

Esa. 55. 11.

1 Cor. 2. 8.

posito frēs deducere nō possent, dicunt: Dñi voluntas fiat. Ex hac parte, vbi est Dñi voluntas bona prouida sancta ver- tamus oculos ad illos, qui nesciunt, quid faciunt, et dicamus Pau- lum libere et constanti aīo, ob mandatū Dei ascendisse Ieroso- lyma, q si nō venisset, peccasset qdem, sed discrimina ista euitas- set. Unde igr̄ necessitas ista aduentus Pauli? Ex āi firmi- tate. Ait enim: Ego non solum vinciri, sed et mori paratus sum pro nōe Dñi Iesu. Hic nullum est peccatum, futurū certo nisi paruisset iubenti Deo. Mittir̄ igr̄ vt agnus inter lupos pro- uidentia Dei singulari, nulli impio nota, illis cognita, q sciebāt Deum id nō permittere, nisi magno illor̄ commodo, q tali rōne ad certa pericula mittuntur. Ex altera parte considerer̄ ignorā- tia hominū, q cupientes stabilire suā, iusticiæ Dei nolebant subijci. Unde sic dicendū est, nunquā illos in consilium hoc vin- ciendi et affligendi paulum, venturos fuisse, si à cordibus illor̄ cæcitas, illa esset ablata, cuius cæcitatis tñ, cā Deus nō est: sed pec- catū hōis, quam hōis ignorantiā Deus sua prouidentia regit, in bñficium suor̄, et vt inexcusabiles reddat hōes: et permittit quantū ipse vult, non quantū improbitas humana postulat. Utrinq. igr̄ est necessitas, et in Paulo et in Iesu adeundi Ieroso- lyma, ea die et hora, qua Deus iubebat, qua leonū ora aperta esse sciebat. Ita de alijs multis statuit, quor̄ alios persecutionē pati alios capi, alios ēt occidi passus est, pro magnitudine suor̄ inscru- tabilium iudiciorum.

Hinc dicunt Iusti hōes, voluntas Dei est Act. 21. vocant ἐάσιν 1 Cor. 10. ἐντολήν Ioa. 14. 31. ἐπιτροπήν 1 Cor. 16. χεῖρα βουλήν, πρόορι- σμον Act. 4. q oīa sunt bona opera Dei, siue sontes, siue insontes affligi sinat, quor̄ vtriq., si pœnitentiā illi agant, agnoscunt im- pios esse flagella Dei, siue ad maiorem gloriā, siue ad abstersionē peccati. Has agnor̄ voces, qs p̄t ad lupos transferre? nisi sic veli- mus impios dicere, cum sanctos in potestate hñt: manus nr̄a excelsa. Quare, sicut necessitatis est, lignū tum aridū tum viride vri, si in ignem accensū proijciar̄, et agnū in fauces leonis famelici coniectū deuorari: ita si tollas faucem leonis, et agnum oblatū, nō erit necessi- tas, sed fortuitus casus.

Sed putat Cal. oīa necessario oportere fieri, ne ociosa sit Dei pro- uidentia, cum contra ex fine deberet iudicari prouidentiæ vis, et negotiosa deliberatio, vt si finis necessarius est, necessaria statuar̄ deliberatio: sin contingens est, ex hominū conditione labili et insta- bili manans, prouidentia Dei qo talis existimari debet, qualis est natura finis. In actis narratur res simplex, nec peccata, nec virtu- tes

volūtte Dei affliguntur bom. 1. 723.

Act. 21. 13.

Matt. 10.

Act. 21. 14

Act. 4. 28

prouidē tiæ vis ex fine iudi canda

Prouidentia incerta ex incerto fine.

tes respiciens, q̄ merito prouidentiæ Dei attribuenda est:

Act. 27. 23. Astitit mihi, inq̃t Paulus, Angelus Dñi dicens:
Cæsari te oportet sisti: Et,
Ecce donauit tibi Deus omnes, q̄ nauigant tecum: Et
Iactura animæ nullius fiet, sed nauis tantum.

Hii nec vana, nec otiosa Dei prouidentia depingũr. Et sũt verba Pauli plena certæ spei & rei, vt q̄ necessario esset futura. At idem Paulus, videns nautas in cymba velle effugere, centuriom dicit, nisi hi in naui maneant, vos salui fieri nó potestis. Quid? num hic prouidentia regebãr quatuor hominũ formidine, vt certa esset, illis in naui permanentibus, incerta abeuntibus? Minime verò. Sed hoc tantũ ea respicere finem, qui necessario secũ fert ea, q̄ ipsum antecedunt, q̄ si mutãr ex certis in incerta, ex incertis in certa, mutãr & finis, hoc mutato, mutãr & prouidentiæ ratio, ex salutari in perniciosa & perniciosa in salutarem, prout gloriæ magni Dei cõmodius deseruit. Nam Paulus conditionẽ addit, vt si abirẽt certam perniciem expectarent: sin ~~abirent~~ manerent nauta, certã salutẽ.

Osea 8.4. & 13.11. Apparet quada repugnãtia vbi prius dr, Regnum non ex Deo fuisse erectum. & deinde: In furore Deũ illis dedisse Ieroboamum

Rx. Hoc in loco dissolutio Caluini proba nó est. Prius n. dictum togr̃ de frequenti, Regũ per fraudes & insidias oppressione, & alior̃ successione: Alterum de prima, Saulis constitutione, quem in furore datũ, iratus qo Deus abstulit. 1 Reg. 8.12. 28. 31. nó intellexit locos hos Caluinus.

Nox: Populus nó potuit à familiã Dauidis
desciscere, quin iugũ sibi diuinitus im-
positum excuteret.

Rx. Non populus Caluino, sed Deus excussit iugũ posterõr Solomonis ex ceruicibus populi, sicut & tempore Iehu factũ est, translato imperio ab eo, cuius intererat transferre à familia in familiã. Tandem colligit Cal. has summas:

Deus perfidiam nolendo, defectionẽ tñ
populi, alio fine iuste vult: Et
Placuit Deo sub manu vnius Regis gubernari populũ: nõfieri tñ contra eius voluntatẽ, vbi in duas partes scindir̃ populus: Et, Ecce vt volente Deo lacerer̃ sacra vnitas, & tñ vt eodem volente abalienem à filio Solomonis decem tribus: Et, & hoc apparet in facto Iehu, vbi populus Samariæ laudar, quod verbum Dei, quod locutus erat per Eliam obseruasset, q̄ tñ populus.

pulus perstringebar, quasi iniuste egisset. Hæc Cal. sed quorsum ipse viderit. Non enim negamus nos, Deum mutatis hominum voluntatibus, posse aliquando nolle, quod prius voluerit, et regnum ex gratia donatum Dauidi integrum, mutilatum transijt ad nepotem ob filij flagitia. Item, quod Achabo donarat volens Deus, regnum cum liberis, transierit ad Iehu, et hi omnes eodem Deo volente fuerint trucidati. Hæc inquam nihil ad nos, Scimus enim omnes pios suspicere et considerare debere modum, quo Deus potentes deijcit de sede, et de stercore erigit humiles: Sed hoc quærir

An cum Solomone et Achabo impie cogitante deliberante loquente, Simul impie cogitarit deliberarit et locuta sit Dei prouidentia, ne ociosa esset, ita ut eæ res ob primam caussam necessario euenirent, et illi duo tantum ut secundarij authores soli dicerentur peccare, Deus nequaquam, quod tamen secundum Cal. primaria peccati caussa esset: hoc inquam quæritur. Falsum autem est, Samaritanos perstringi a Iehu. Nam laudat potius, quod non passi sint cadere in terram unum de verbis Domini, quod contra Achab dixerat. Fateri enim et se et illos Dei mandatum esse executos. 4 Reg. 10

Explicui inquit, quomodo in eodem opere tam se prodat hominum crimen, quam refulgeat Dei iusticia.

R. Nimis obscura est summa hæc. Nam Iudæorum facinus contra Iesum, et erat scelus inexcusabile, et erat iusticiæ Dei: In Iesu quidem quod per mortem exaltandus erat super omne nomen: In Iudæis autem ut tandem nefariæ illorum actiones et consultationes erumperent. velut, siquis vim ignis declaraturus ijs, quod nullam ei inesse diceret pondus ferri in ignem proijceret, quod statim in liquorem conuerteretur: Ut ita sit iusticia τῆς ἀποτομίας in Iudæis, τῆς δοξῆς in Christo, crimen autem in Iuda, et in illis hostibus omnibus. Verum nos ut dictum est, illud non quærimus, an in eodem opere, Deus bene, homines male conuenire possint: Sed

an id, quod male fit ab hominibus necessario fiat, ob id, ne ociosa sit Dei prouidentia.

Et, an Deum habeat principalem autorem.

Augustinum citat, quod dicat, prodidisse Deum ipsum Iudam, Iudæos Iesum Christum: imo Iesum se prodidisse ipsum ad mortem: Et tamen Deum in hac proditione esse iustum, hominem iniustum, quia in re una non sit caussa una.

R. Nos ita non loquimur, neque enim nostri autores sic loquuntur. Dicimus

mus igr diuersitatem voluntatis in eodem opere esse virtutis et vitij cam. Fratres Iosephi diuersa volebant: Alij vt necarer in fossa; alij, vt hac occasione eriperer. Inde fiebat vt alij peccaret alij nō peccarent. Ita Iudas, pecuniæ caussa: Iudæi ne audire cogerent πιπρόν ἢ πατηγορόν: Deus vt improbitatem Iudæorum tandem detegeret: Iesus vt pareret Deo, in vno facto concurrūt vbi tn Iudas et Iudæi in crimine sunt, Deus et Iesus ab oī culpa exemti. Si mutaueris personas, et voluntas hæc permanserit, eadem erit virtutis et vitij ratio. Quis enim vnquam innocens dictus est, q lucri cā vel dominū prodidit suū, vel odij cā benemonentem occidit? Quis contra nō laudatus, si in vita et morte Deo pareret? Quis item nō prudens habitus, q serui ὀφθαλμοδουλοῦ, q dom in dies magis irritet, improbitatem detegat? Faciā in vno opere hæc oīa conuenire: Ipsu qdem factum nec bonū dicer nec malum: Sed si virtutis et vitij quærir ratio, ad voluntates operantiū respiciendū est, et inde iudicandū. Sed effer clarius hæc summa:

Deus inqt consentit cum hōe, vbi hō
agit quod non licet, iusto Dei impulsu

Nam Aug. dicit: Deū agere in cordibus impior qdqd vult, reddens tn eis sdm eor merita. Quoniam certe nihil magis fas erit culpam sceleris in Iudæ perfidia Deo adscribere, qz filiū suū et tradi voluit à Iuda, et tradidit ipse in mortem, quam redemtionis laudem ad Iudam transferre.

R. Si nō magis competit culpa in Deum, quam laus in Iudam, seqr, si nulla laus Iudæ sit, nullam qo esse Dei culpam. Esset aut in Deo culpa, si in Iudæ perfidiam consensisset, et iusto iudicio impulisset Iudam, vt id faceret, quod facere nō licebat. Seqr igr, nec consensisse eū, nec impulisse ad facinus Iudam vt perfidiam meditarer. Quod enim est hoc iustū Dei iudiciū, in quo nō poenæ sumunr de peccatis: sed in peccata impellunr hōes, vt de peccatis dare possint pœnas. Et, facere Deū in cordibus impior q vult, concedimus: sed negamus eū facere peccata, q damnat, et nō vult, sicut nec contingenter euenientia, vult necessario euenire, q duo cum sæpe proposuerit Cal. nō tn probauit. Inter alia tn probamus hoc Augustini, quod dicit:

Deus non inquirit, qd potuerint facere, aut qd
fecerint hōes: sed quid voluerint, vt in ratione

inquisitionis veniat consiliū et voluntas. Si iam in malis impior consilijs Deus consensū, aut et impulsum adhiberet, non tam contra ipsos, quam contra seipsum inquireret.

Et hactenus de his.

De pec

De peccato originis.

Custodia horti tradita est Adamo, cui item ut olitori de attin-
gendis fructibus aut vitandis, lex est data. Dicit enim Deus: Gen. 2. 17

Quacunq. die comederis, morieris:
non: comederitis, moriemini.

Et cap. 3. Quis indicauit tibi quod nudus esses? nũ comedisti
de arbore, de qua præcepera ne ederes? Et:

Quia audisti vocem vxoris et edisti &c.

Lex igr̃ hæc non Euæ: sed Adamo soli erat data. Nec enĩ Eua
producta erat, cum lex darer̃, ideo ẽt ei tantũ lex loquebatur
q sub lege erat, ut ei peccatum imputari posset.
Illa igr̃, quod Eua dicit sibi interdictum esse, et 1 Tim. 2. quod Gen. 3. 3. 1 Tim. 2. 14
prima decepta sit, et obnoxia facta transgressioni, nõ hoc ondunt
vtriq. datam fuisse legem: Sed ex viro audiuisse Euam, ut
vtriusq. illor̃ conditio ad illa referri possit: Seruus sciens vo-
luntatem Dñi, et non faciens vapulabit multis: q aut̃ ignorauit
vapulabit paucis. Vterq. n. peccauit, sed alter ἐπρομῶς, alter
ἀπρομῶς. Quod si punietur, q voluntatem Dñi ignorauit, qd ei fi-
et, q monitorem habuit de ea? Non igr̃ à culpa eximir̃ Eua, q̃ et
monitorem habebat Virũ, et exp̃lm abstinentiæ: et tñ nõ cõtenta
suo peccato, virum ẽt contra legem ad id induceret. Hic ptinẽt
illa: Mulier dedit mihi: Et, tu mulier, cur hoc fecisti? (ut dares
viro) Non interrogar̃ cur comedisset, nec ob id damnar̃, sed cur vi-
ro dedisset: Et tñ illa ita respondet, ut id in quo maxime peccarat
dissimulet, alter̃ in quo crimen tantũ, nõ erat, fatear̃, reiecta in
serpentem culpa. Lex igr̃ ut dictum est, ad custodem horti p-
tinebat, non ad Euam, cui custodia mandata non erat, sed Adamo:
ita tñ, ut nõ ad posteros eam transferre aut delegare posset. Nec dr̃
si posteror̃ aliqs ederit de arbore, prĩm Adamum ob id debere ex-
pelli. Unde illud colligir̃: Nec Adamo fraudi futurũ fuisse
si sola Eua comedisset: nec posteris Adæ, si ipse peccaret. Quod
si in poenalibus, æquo, nõ summo iure, danda est declaratio legi: Et
illud: morte morieris, hic muter̃ in hoc: maledicta terra in opere
tuo: quæ pœna ad Euam non pertinet: Cur nos dicimus poenã pec-
cati Adæ fuisse mortem, et inuasisse Euã, et transisse ad posteros
ad quos ab Adamo, præter naturã nihil transire potuit? Peccatum
aut̃, personæ culpa fuit, non naturæ, et lex ad personã Adæ ptine-
bat, non ad naturam. Nunc aut̃ cum istud:

multiplicabo erumnas tuas

sit pœna illius: cur fecisti hoc, (ut viro dares)
apparet et transgressionem et poenam aliam esse hanc, q̃ Adami.
unde

Unde et illud seqr̃, et legem Adamo datam, et transgressionis pœnam, non ad alios pertinere. Absurdũ enim, et licentiosũ esset dicere, Adæ peccatũ obfuisse Euæ, huius transgressionẽ viro nõ obfuisse. Nam si Eua bis peccasse dr̃, perpetrando et suadendo peccatũ idem de Adamo dici pt̃, q̃ et accepit persuasus, et edit. unde scribir̃: quia audisti vocem vxoris tuæ, et comedisti, vt ita vtrinq̃ sit non dissimile delictum. Sed inquiunt:

Gen. 3. 17.

Mors inuasit in omnes homines.

Ro. 5. 12.

R. Non nisi peccantes ad similitudinem Adæ. Nam dissolutio illa q̃ naturæ est, etiam sine peccato Adamũ erat inuasura. Cum enĩ indiguerit cibo, qs dicet eum creatũ esse immortalem?

Et illud ad Euam: In dolore paries, Naturale q̃o fuit, id quod in brutis experimur: Sed multiplicatos illi fuisse dolores, hinc discimus. Idem videmus in fœminis hodie, quar̃ aliæ facillime pariunt si cũ aliar̃ immani cruciatu conferar̃ ipsar̃ dolor, q̃ vt naturalis relictus est, cum illum obedientia Euæ potuisset tollere: aliæ multos dies laborant, prout Deus iustus punit peccata, aut clemens remittit. Ita illud:

Donec in terram reuerteris

19.

Non est maledictio aut comminatio: sed narratio conditionis humanæ, q̃ õibus cõis est. Hanc tandem subijt Adamus, cum Deo visũ est: subiturus alteram, mortem, eodem, quo peccarat, die, nisi Deus mutasset illam pœnã in exilium.

Mors duplex legis et naturæ et prouidentiæ.

Est enim duplex mors: Una legis, q̃ in Adamo et Caino mutata est, Abimelecho denunciata, inflicta õibus Sodomitis, et alijs nonnullis vrbibus: Altera naturæ, q̃ certum tempus ht̃, nisi legis mors interueniat, q̃ illius tempus decurtet, quod si nõ fit, finitur ea certo tempore, nõ vno et eodem, in õibus viuentibus super terram. Illa mors legis, nulli posteror̃, vt dictũ est, contigit, nisi peccãti in leges, non illas Adamicas, q̃, eiecto ipso, sunt abrogatæ: sed in eas, q̃ virtutis et vitij monstrant discrimen. Ita et õibus e terra nascentibus mors ht̃ suã certã περίοδον, q̃ in manu Dei est, sicut et res aliæ ões. Et cum interdum malos, ne diutius grassenr̃ abripit, aut ad sui nõis gloriã, alijs vitam prorogat, nascir̃ tertij gr̃is mors, quæ est prouidentiæ &c.

Verba Mosis sic sonant, vt intelligar̃, nõ propagatã esse ab Adamo mortem (nõ n. dicit: decreuerã hodie te punire et occidere iuxta legem, sed differã ad aliud tempus, tum reuerteris in puluerẽ sicut de puluere sumtus es.) Sed mutatã potius esse in labores et miseriã. Dicit enim: Quia auscultasti vxori et edisti, maledicta terra. Non igr̃ illud: reuerteris in puluerem, est pœna pcti. Quia aut̃ extra hortũ, ões posteri Adæ nati sunt, ideo sentiunt eam ter-

eam terræ auaricia, et sterilitatem, quam maledictio Dei effecit: nō sensuri, si intra hortum fuissent geniti. Non aut obnoxij sunt morti illi legali, q̄ Adæ inflicta nō fuit: sed illi: Reuerteris in terra, q̄ est naturæ, non maledictionis &c.

Siue aut narratio illa, de horto, olitore, arbore interdicta, de Deo locatore &c historica est, siue imaginaria: Nihil tn̄ aliud indicar, quam voluisse Deum, sub poena mortis in oībus et leuissimis rebus hōem sibi obedire. Nec malefecerūt, q permissar arborū usum, virtutem, interdictæ prohibitum, vitium interptantur &c.

An omnes ab Uno Adamo descenderint.

Multa sunt, q̄ singulas gentes, suos habuisse parentes demonstrare videntur, quadmodū Abrahamicæ gentis πρόπατωρ fuit Adamus. Habent enī singuli ferme populi suos annales. Et vider omniū rer tanta dissimilitudo, cæli, terræ, aëris, victus, vestitus, formæ corporis, inter diuersissimas nationes ut impossibile videri possit, aliquos ex Adæ posteris tā fuisse temerarios, ut à suis digressi, tam procul discederent, aut eo penetrantes, viuere potuerint diutius. Obscuritas historię Mosaicæ, liberor tantū, nec omniū, sed vnius, absquo, ordine alij atq; alij descenderint, donec ad Abrahamū accedat, meminit: cæteros oēs mares et fæminas prætermittit, ut nesciamus quā vxorem habuerit Caimus, quos susceperit, et ex qua vxore liberos, quot Adamus filias, quot Abel liberos habuerit: Et, an sororē vxorē habuerit Cain item, an aliam. Faciles enī de gentiū successionibus coniecturas habere possemus, si oīa hæc essent perscripta in historia Adami.

Accedit, quod post decimā grationem Adæ, legunr multiplicati fuisse hōes, et filij Dei dicunr ingressi ad filias hominū. Quod si posteri Adæ sunt filij Dei, ob Patrem, q Dei filius dr Luc. 3., Qui erunt filij aut filiæ hominum? Si ex Uno Adamo oēs, unde illa diuersitas tam cito, ut alij alios patrios ritus mutandos inducere potuerint? Nam matrimonia illor, cum his, dicunr caussa fuisse improbitatis, q̄ in diluuio punita est.

Obstare tn̄ vider, quod Paulus dicit: Deum ex uno sanguine fecisse oē genus hominū: Et, Huius et genus sumus: Et Moses sexto die Adamū creatū dicit, quem sequitur requies. Ubi igr inseremus filios et filias hominū? Si ab Uno Adamo oēs sunt, et ad κατάκλυσμον sunt decem grationes, anni aut plusminus 1676, ubi manebunt nobis αὐτόχθονες? Post κατάκλυσμον suffocatis filijs Dei et hominū, seruato solo Noah, cum paucis, quas terras legimus posteris Noe datas esse? quam multitudinem? quas gentes? Nonne oēs

Act. 17.

Nonne oēs intra certum angulum Asiæ includuntur? Quid dicer̄ de insulis nouis, cum christi tempore, adhuc ignoratū sit, vtrū Anglia esset insula, an continens? Et quidem ab illis, q maritimam regionem Oceani incolebant, cum vel maxime id deberēt habere exploratum. Hoc si verum est, quis audebit dicere, posteros Noę illuc nauigasse, ibiq. habitasse? Sic nouas insulas, nō ab vllo vnquā aditas, aut cōgnitas fuisse, nisi paulo ante hæc tempora constat. Necdum scitur continens sit, an insula id, cuius fines nondum sunt reperti. Cui igr̄ terræ cognitæ parti adscribenr̄? an quarta orbis pars dicenda est? Sed cum cosmographica sint hæc magis, quam theologica, aliò reÿcianr̄. Hoc tn̄ persuasum sit: Si ab vno Adamo oēs omniū populor̄ sunt hōes, easdē dotes naturæ, quas ille habuit, habuisse et habituros omnes: Sin singulæ gentes suos quosdam hn̄t προπάτορας, eadem conditione, qua fuit Adamus, vnde Abraham descendit, eadem dona, eandem facultatem sensuū et animi, habuisse oēs, nullūq. esse peccatum originis in vlla gente, quod in liberos transeat: fuisse tn̄ in oībus gentibus et populis, aliquod peccatū primū, quod ob originē exēpli fortassis originale dici posset κατακρισιμῶς.

Appendix de Prouidētia Dei.

Sicut in protectione bonor̄ et pœna impior̄, facile oēs prouidentiā Dei agnoscunt et laudant: Ita difficilis fit hæc quæstio cum bonos affligi, viā impior̄ prosperari conspiciunt. Conculcant sæpe impÿ iustiores se, viuunt beati
Hab. 1. 4. et felices, q præuaricanr̄, pereunt iusti, et nemo ē, q recogitet.
Jer. 12. 2. Esa. 5. 23. et 57. 1 Auferunt impÿ iusticiā iusti, et nemo curat, vt ei restituatur. Veniunt mala, et vno impetu auferunt iustum et impiū. Legimus
Ezc. 21. non nocere impietatem præteritā, propter iusticiā præsentem: Nec prodesse iusticiā præteritam propter iniquitatem præsentem &c.
ps. 10. In talibus obrepunt cogitationes, vt dicar̄: Iustus aut̄ qd fecit? Præcipue cum impÿ Deo impudenter exprobrant ignorantiā, dicē-
ps. 94. 7. tes: Non videbit hæc Dn̄s, nec intelliget Deus Iacob, har̄ rer̄ nulla est cura aut scientia in excelso. Talibus execrandis blasphemijs opponendæ sunt sentiæ aliæ: Dn̄s, inqt, in grātione
ps. 13 iustor̄ morar̄, oculis suis cernens, et custodiens illam, et aures hē arrectas ad illius preces: Et, quamuis sint multæ multor̄ grātiones, tn̄
ps. 35 ab illis oībus liberat eū Dn̄s. Adde tu: Siue per mortem, vt Iacobū,
Act. 12. Heb. 13. siue per vitam, vt Paulū, q salus oībus iustis obtigit à solo Deo. Vnde, quamuis iusti, sint frequenter pauperes, et impÿ opulenti: attn̄ melius esse ille dicit, pauca habere et iustum esse, quā opulentū et iniustum. Quoniā Dn̄s tutar̄ iustū, et in æternū nūq̄

deser

deserit, quamuis aliquadiu videar deserere, sicut Iesu Chrm. Mat. 27.
Firmat enim Dns iustos æterna firmitte, vnde maioris æsti
mar sanis ingenijs tutela et protectio Dei, quam oes omniu gazæ.
Et nonnunquam et cedit Dns ceruices impior, et funes præscindit
qbus vincire ceperunt iustos, nec permittir, impietatis virga diu
regnare, ne forte iusti, indignatione moti, apponant ad iniquita
tem manus suas. Hac ratione dicit Chrs, Deum minuere impior
vires et annos &c. Exemplo sunt Dauid et Paulus, quor illum
Saul, hunc pharisæi ad necem auide quærebant: sed tn multa
sunt contraria exempla, vt Naboth iustus et Iesus ipse.
Vt igr hæc planius explicenr, et scta prouidentiæ Dei vis magis
fiat conspicua, duo hominu gra statuenda sunt,

bonorum et malorum

Mali sunt, vel q sera qdem, sed tn aliqua tandē tangunr pœ- Malorū duo gra
nitentia, vel q cor prorsus impœnitens gestant. Horu priores
cum filio prodigo, et peccatore publicano, alio tempore inter im
pios, alio inter bonos numeranr. Et in hor omniu cura manife
sta est benigna Dei prouidentia, q solem suu sup bonos et malos ori
ri sinit. Hæc prouidentia ratio comparat infera, quor oculi
spectant et sperant supera, vnde expectant cibum et alimēta
oia, vt impleanr benedictione.
Difficilior est quæstio, cum mali et boni, quibus prouider, confe
runr inter se, non solum mali, q extra Ecclam insurgunt contra bonos
intra quam boni et mali, sicut Assirij Babylonij, Græci, Romani cō
tra populu Dei insurgebant: ver et cum mali, q sunt intra Eccla
cum bonis contendunt vsq. ad mortem, ita vt boni soli ἔσω καὶ ἔξω
habeant terrores. In quo certamine Deus velut ἀγωνοθετής con
stitutus videtur, committens illos inuicem, vt reuelenr ex cordib
malor mala oia, q in illis delitescunt, et probati reddanr mundo, illi
q vero Deo seruiunt. Hæc cum considerant nostri autores, conferūt

bonos cum agnis et victimis

ad necem paratis, pusillo, sine præsidio, gregi. Nam mittunr sine bonorū infirmitas.
armis, sine omni humano præsidio, sine tunica et calceo, sine pera et ba
culo, videnr περιψήματα et quisquiliæ mundi, θεάμα ἀγγέλων καὶ
ἀνθρώπων. At interim velut immota rupes, firmi et inconcussi,
perstant, et hnt honores et præmia reposita, q superant amplitudi
ne omniu malor sensu, et superant propter illum, q subiecit illos τῇ
φθορᾷ in spe liberationis. Hæc enim angusta via, ducit ad vitam
æternam. Persuasissimu igr esto,

omnia q contingunt bonis aduersa

illis adiumento esse ad bonu, et Deo ita illos esse curæ, vt præ ipsis
omni

DE PROVIDENTIA.

omnium alior curam videri possit abiecisse. Ob has promissionum spes et res, boni oēs vltro et alacriter omnibus periculis se obÿciunt, quocunq. Deus vocat. Ideo cum inducir Deus, velut deliberans, vt, dedi verba mea in ore tuo, constitui te super regna, vt plantes et euellas &c: Ne timeas à facie eor, q2 ego tecum sum dicit Dns: Et, Narrabant illi mortem, quam subiturus esset Ierosolymis: Et, Ego ondam illi, quanta oporteat eum pati pro noe meo: Tunc sē per pÿ respondere dicunr: Si fieri nō potest, vt transeat hic calix à me fiat voluntas tua: Et, Ego non solum alligari, sed et mori paratus sum pro noe Dni Iesu: Sic vt quod dr Definito consilio Dei Iesu esse traditum Iudæis, addiciunculam possit recipere: nō vlt Dei saltem sed et Iesu, et omnium qo bonor, quotquot ita affligunr, definito consilio et spontanea voluntate eam traditionem fieri. Hac in parte nullum est prouidentiæ Dei peccatum. Nam cum mali bonis nocere nō possint, nisi Deus hos deserat, ne bonis illis, q ex persecutione prouenire necesse est, priuata videatur vniuersitas. Deus seipsum sæpe suis carissimis spoliari sinit, vt et impios illos tandem in viam reducat, et ex malis illis, q iustis inferunr ab impÿs, fructus q inde nasci solent cumulate recipiant, qua in re nullum pt constitui pctm. Atq cum ita illos in potestate impior tradit, mutatne voluntates illor ex bonis in malas vt faciant mala? Nequaquam: Sed sicut pilatus Iesum permittebat Iudæis, quem seruatum cupiebat, nō vt fieret quod ipse vellet, (nolebat enim occidi) sed ne maius aliquod malum eueniret in illos, sinit illos explere suam voluntatē: Ita Deus quoq. perditis hoibus, oia in perniciē bonor machinantibus, nō sine certis iustis et sanctis caussis, nobis ignotis, sed in sacris liris tn varie declaratis, eos permittit et tradit, nō fatalr, sed consulto et deliberato deserit, nō inuitos illos et repugnantes, sed promtos et alacres, ac in vita et morte voluntatem Dei sui explere cupientes. Sint igr Nerones Bessi Cadmi, et flagiciosissimi deniq., hi sua ipsor culpa decepti à concupia, quod cum vtriusq. eligendi potestatem et arbitrium haberent, magis amarint tenebras quam lucem, peccant et mali sunt, nec in delectu boni et mali delinquere dicerenr, si veluti trunci à Deo creati essent. Arridente aut peccato magis ac magis consuetudine tandem inducti, nil nisi malum cogitare loq et facere possunt, frustra minis et legibus Dei retrahentibus. Hinc orta est seruitus mali, et stipendium illius, Mors. Inde fit vt nemo possit facere bene, cum male facere didicerit. Iam stipendium Mali mors, immineret, nisi prouidentia moderarer iusticiam, vt id seruari possit, quod à potentia Dei, vt viueret, erat productum. Hinc χρηστότης et μακροθυμία Dei, qua nō mō differt pœnas, sed et monitores mittit, q ad frugem peccatores reuocēt. Quod si μετανοίας nullum apparet indicium, et hō excæcatus suo fer impetu, deditus proprÿs cupiditatibus, tum se exerit prouidentia, q iustas poenas infligit, ne exemplum mali latius serpat.

boni cur sponte pericula subeunt:

Ier. 1.

Lu. 9.

Act. 9.

Act. 2. 23.

voluntate Dei qdo affligi dicuntur boni. s. 714.

Malorum duo gra

Excæcatio impiorum s. 704.

bonorum infirmitas.

Rom. 2. 4.

pat & contemtū Dei inducat remissio supplicij. Quare, etsi sæpe prorogata fuerit vita: Dñs tñ seruū sibi olim immorigerum, iuste pt tandem perdere, si crimen admissū pro pœna, adscriptam habeat mortem, etiamsi innocentē vitā post peccatū illud cœperit viuere. Non enim virtutes sequentis vitæ voluit Deus mercedē esse præteritor peccator: sed resipiam āi. Quod em̄ recte viuit ex lege virtutis, vt debeā, viuitur, & si alr fieret, morte vna post aliam mereremur, quam centenæ vitæ nō possent persoluere. Quod aut peccatur, nō nisi pœnitendo expiatur, & veniam a clementissimo Dño expetendo: ffos, q hoc faciunt antea cūbomis numerauimus. Quid aut de eo iudicabimus,

qui in peccatis obdurescere incipit?

an perdendum esse pro iustitia Dei dicemus?

Hoc nō esset patris amici aut noti consiliū: sed alieni & pore grimi, quem damna aliena non tangant: At Deus pluris longe facit salutem hōis & imitar benem & mitem prem, etiamsi filiū perditus, non modo virtutem oem auerser; verūm ēt in monitores a patre submissos hostili aio ferat. Interdum qdem iusto consilio in ipso statim facto aliquos opprimit & punit: sed plurima q3 sunt ffis quangobuiās exempla, vt alij alijs monitores submittant quor alig ēt in manibus impior deseruntur, vt ita nulla excusationis spes supersit, qua vti possint.

Inter alia multa vitia, q̄bus natura nostra pene obruta est facile primū locū obtinet φιλαυτία, q̄ est cæcus nostri amor, quo dementati confestim in hæreditariā illam insaniā incidimus, qua dij esse, & quod poēta dixit ἄνευ ἀρισκεύειν ἢ ὑπερφόλοι ἔμμεναι ἄλλων, ꝑdite cupimus.

sempe minore & alijs excellere.

huc refer. q̄ infra pag. 905 & dicuntur.

Is morbus cum nihil minus possit quam latere, prima quaq. occasione se effert. Nam vt primū ad honores euecti, et conspicuo loco constituti sumus, alios præ nobis vix hōes putamus, adeo vt illor vitam et mores supercilio plus quam catoniano inquirere, nobis vero ipsis ignoscere iure etiam videamur. Si plusculum accesserit eruditionis soli volumus sapere, eamq. aliorū qo de nobis opinionē venamur anxiē admodum, emendicatam vero tanto studio confirmamus et stabilimus, vt Tullios Carneadas Platonas vix, etiam in numerū doctor venire patiamur. Accedit huc voluptatū quoq. velut innata quædam sitis, q̄ intemperanter admodum nos vrit, sic, vt de vitę huius delicias vniuersi, de altera ne per somniū quidem cogitemus. Ea insania totū hoēm occupat, neq. id breui aliquo ætatis spacio sed ipsis medullis inhærens in dies magis ac magis augescit, ac æternū nos victuros in mūdo hoc tacite persuadet, quam q plurimis ijsq. quotidianis populi funeribus ipsi extorqueri posse existimat, is vero quod nec fuit nec futurū est, sperat, ac rerū humanar merito iudicatur imperitus. Inde pululat auaricia, q̄ ad eius, quam immortalem sibi quis persuasit, vitæ sustentationē opibus cumulandis nec modum nec finem statuit: Imo mūdi vniuersi thesauros vt cupiditate sua longe minores aspernari nō dubitat. In diuinis vero rebus, vbi Linceo ipso videmur nobis perspicatiores, quam cæcutimus? Iudiciū habemus corruptū, ac falsa pro veris nō raro amplectimur, ex nostro ingenio Deum iudicamus, persuasi ijsdem eum delectari, quibus fatua afficitur ratio. Imo in ijs etiam sæpissime numinis cultū constituimus, q̄ hōi alicui honoris cā vix offerre ausimus, oblata nobis ipsis, non sine stomacho repudiemus. Visibilem illū cupit ratio, ideoq. pro arbitrio effingit sibi, quod eius loco colat, vnde tot fermē Dei extiterūt simulacra, quot vixerunt homines. De recte et malefactis, suū quoddam sequitur acumen, ac cū plura, quam ipsa videat, certissime statuat perspicere neminē, sibi blanditur, eos vero, q diuersū vitæ institutum sequi occeperunt odit, suspitionibus et iniquo grauat iudicio, ac hostiliter etiam prosequitur. Contra, q pietatis et sanctitatis honestā obtinuerunt existimationē, eos tantū nō deos facit, cuiuis aliquid decedere passura facilius, quam illis. Ac cum in hac parte ita affecta sit, in alijs oībus tamen sibi bene esse mauult, quam alteri. Si secus eueniat, inuidet, calumniatur, odit, idq. pertinacissime, adeo vt sanguinem etiam fundere nō dubitet, deniq. ab impuror dæmonū natura vix distamus quicquam. Etsi autem hæc in alijs magis eminēt in alijs vero conspiciuntur partius, quando oportunitas et facultas subinde deest, subinde etiam corporū habitudo educatio, consuetud.

Ecclesiastæ autoritatē q̄ concilient.

Arrogantia

voluptatis studiū

Auaricia

Cæcitas rerum diuinar.

Idololatria.

ratio humana

Adulatio

DE STRATAGEMATIS SATANÆ LIBER PRIMVS

Quis sit finis consiliorum Satanæ.

Quis Satana consilijs, q̃ aduersus hoẽs suscipit plurima, propositus sit finis, Seruator noster nõ obscure oñdit, homicidam eum appellans Ioh. 8. & Petrus leoni rugienti comparans, q̃ in eadem & lanena omni studio & conatũ incumbat, nec antiquius habeat q̃quã quã vt incautos hoẽs in fraudem callide illiciat, & ad suum ipsius arbitriũ captiuos teneat, ac ita saluté per chrm ipris partam interuertat. Hunc finem adeó vrget pertinaciter, vt in eo vno totus esse, & pra illo reliqua oĩa habere contemtui vel coco conspicialur, quem si assequatur palmariũ ipi videri tã est certũ quam quod certissimũ. Quia autem illi mille nocendi artes in promtu sũt nostri vero ingeñ acũmen, multó est obtusius, quã vt asseq̃amur facile, q̃bus id ratiõibus conetur efficere, ideo diligentissime cogitationes omnes & consilia nostra huc referenda sunt, vt aliquo saltem modo, cuniculos ipsius deprehendere & furta illa & insidias detegere possimus. Quod vt faceremus diligentius periculi magnitudo à nobis impetrare debebat, etiamsi nulla christi admonitiones, nulla deceptorũ exempla, nulla fraudis & calliditatis Satanicæ extarent descriptiones. Jam vero cũ conatus eius nõ ignoremus, idq; semper exploratũ habeamus, nullis ipsũ externis mti viribus, nullos aliunde ad expugnandũ animos adducere arietes, sed nostris ipsorum nos configere, ac in nostris studijs & affectionibus plurimum spei & præsidij ad commouenda salutis æterna habe ancborá hære positum: q̃ socordia est, in vtramq; aurem secũros caussa pietatis volentes ac scientes tradere Satanæ, ac naturæ nostræ prauitatem ne admonitos quidem velle inspicere ac scrutari? Quare operæpreciũ fuerit in se quemq; descendere, ac nihil diligentiæ ac operæ reliquũ facere, quo deprehendi veteratoris illius stratagemata, deprehensa euitari, euitata demq; patefieri, ac ita apud alios quã inutilia reddi possint.

Satanæ vires

Quæ sit hominis natura

Inter alia multa vitia, q̃bus natura nostra pene obruta est facile primũ locũ obtinet φιλαυτία, q̃ est cæcus nostri amor, quo dementati confestim in hæreditaria illam insania incidimus, qua dij esse, & quod poëta dixit ἴσους θεοῖσιν ἢ ὑπερθύμους ἔμμεν ἄνδρας, ardite cupimus.

φιλαυτία amor nostri vitiorũ primus

sempeminore & alijs excallere.

huc refer, q̃ infra pag. 905 & dicũntur.

huc refer. q̄ infra pag. 905 & dicuntur.

Is morbus cum nihil minus possit quā latere, prima quaq. occasione se effert. Nam vt primū ad honores euecti, et conspicuo loco constituti sumus, alios præ nobis vix hōes putamus, adeo vt illor vitam et mores supercilio plus quā catoniano inquirere, nobis vero ipsis ignoscere iure etiam videamur. Si plusculum accesserit eruditionis soli volumus sapere, eamq. aliorū qo de nobis opinionē venamur anxiē admodum, emendicatā vero tanto studio confirmamus et stabilimus, vt Tullios Carneadas Platonas vix, etiā in numerū doctor venire patiamur. Accedit huc voluptatū quoq. velut innata quædam sitis, q̄ intemperanter admodum nos vrit, sic, vt de vitę huius delicias vniuersi, de altera ne per somniū quidem cogitemus. Ea insania totū hoēm occupat, neq. id breui aliquo ætatis spacio sed ipsis medullis inhærens in dies magis ac magis augescit, ac æternū nos victuros in mūdo hoc tacite persuadet. Quā q plurimis ijsq. quotidianis populi funeribus ipsi extorqueri posse existimat, is vero quod nec fuit nec futurū est, sperat, ac rerū humanar merito iudicatur imperitus. Inde pululat auaricia, q̄ ad eius, quā immortalem sibi quis persuasit, vitæ sustentationē opibus cumulandis nec modum nec finem statuit: Imo mūdi vniuersi thesauros vt cupiditate sua longe minores aspernari nō dubitat. In diuinis vero rebus, vbi Linceo ipso videmur nobis perspicatiores, quām cæcutimus? Iudiciū habemus corruptū, ac falsa pro veris nō raro amplectimur, ex nostro ingenio Deum iudicamus, persuasi ijsdem eum delectari, quibus fatua afficitur ratio. Imo in ijs etiā sæpissime numinis cultū constituimus, q̄ hōi alicui honoris cā vix offerre ausimus, oblata nobis ipsis, non sine stomacho repudiemus. Visibilem illū cupit ratio, ideoq. pro arbitrio effingit sibi, quod eius loco colat, vnde tot fermē Dei extiterūt simulacra, quot vixerunt homines. De recte et malefactis, suū quoddam sequitur acumen, ac cū plura, quā ipsa videat, certissime statuat perspicere neminē, sibi blanditur, eos vero, q diuersū vitæ institutum sequi occeperunt odit, suspitionibus et iniquo grauat iudicio, ac hostiliter etiā prosequitur. Contra, q pietatis et sanctitatis honestā obtinuerunt existimationē, eos tantū nō deos facit, cuiuis aliquid decedere passura facilius, quam illis. Ac cum in hac parte ita affecta sit, in alijs oībus tamen sibi bene esse mauult, quam alteri. Si secus eueniat, inuidet, calumniatur, odit, idq. pertinacissime, adeo vt sanguinem etiā fundere nō dubitet, deniq. ab impuror dæmonū natura vix distamus quicquā. Etsi autem hæc in alijs magis eminēt in alijs vero conspiciuntur partius, quando oportunitas et facultas subinde deest, subinde etiā corporū habitudo educatio, consuetud.

Ecclesiastæ autoritatē q̄ concilient.

Arrogantia

voluptatis studiū

Auaricia

Cæcitas rerum diuinar.

Idololatria.

ratio humana

Adulatio

suetudo studia et eiusmodi alia, q̄ in vtramq; partem nonnihil possunt, innatā eā malitiā reprimunt: tamen nemo est, q̄ istud vitiorū seminariū in se nō habeat. Restant et prioris integritatis vestigia quædam, sed admodū obscura, q̄ ipsa tn̄ à vitijs sæpe obliterātur in vniuersū, sæpe etiā illis reluctant̄. Vnde fit, vt quibus ad huc tenuia ista, iusti et recti lineamenta manserūt paulo illustriora, ij præ alijs iusti et boni appellent̄. Verū ad salutem nihil plane res ea momenti ~~ad salutem~~ habet. Hæc cum ita esse Satanas non ignoret, nō potest nō fremere et indignari, cum animaduertit Deum φιλάνθρωπον aliquos verbi sui luce donare, ac ad alios erudiēdos excitare Doctores, q̄ ad ipsius agnitionē multos perducant, quos suapte industria, nihil minus quam Deū quæsituros, ita habet exploratū, vt quod exploratissimū. Quare nō parcit operæ, sed id vnū sibi habet studio, vt lucem illam doctrinæ tenebris obrū 1
ere, morum integritatem corrumpere, ignorantiā vero q̄ in reliquis est, in stuporem plane conuertere, ac ita siue clandestinis insidijs, siue apertavi promissā illam vitam eripere, mortem vero et damnationem, quantū in ipso est substituere possit, id quod hac ratione potissimū efficit: 2

Summa cōsiliorum Satanæ

Quōdo Doctrinæ puritatē corrūpat Satan

Duo in Vniuersū de hominū opinionibus dici possunt: Aut errant sic, vt nullam colant religionem, quippe de quā nec audierint vnquā, nec cogitarint, quod vix euenit, aut quam ipsi sibi persuaserint, nullā esse, nec Deū etiam, q̄ res humanas curet, vel colant falsam, id quod sæpe fit: Aut vident verū q̄ lux tamen vix vnq̄ ita est pura, vt non aliquas errorū ~~tenebras~~ nebulas habeant admixtas. Illos quibuscūq; potest rationibus, à sole verbi diuini auertit Satanas, ne lucis maioris vel desideriū saltem concipere possint: Hos vero, quantis potest arietibus oppugnat, vt quam habent lucem obscuret, ac tenebris oīa horribiliter inuoluat. Vt autem id assequatur, et constituta semel vera doctrina intereat, mutari sentias necesse est. Hoc vel nunquā animaduertit populus, de quo dicetur infra: vel animaduertit quidem, sed assentitur, id quod sine caussis fieri nequaquā est verisimile, quas expendi nō abre fuerit. 1

de hominū opinionibus

Præcipuas in euertenda sanā doctrina partes obtinent falsa argumēta q̄ varijs modis nectuntur. Aut enim sumuntur oīa falsa, vt, tres in vna Dei essentia personæ distinctæ, adorandæ sunt, q̄ prophetæ et Apostoli id docuerunt. Aut partim falsa, partim vera, vt pædobaptismus est chri institutū, quare cum illi debeamus obedientiam retinendus est. 1 2

Caussæ mutatæ veræ doctrinæ ex assēsu populi.

3 Aut sumuntur qdem vera, sed ἀπροσδιονύσως ⁊ male applicant̄ vt chr̄s dixit: quorūcunq. remiseritis peccata, remissa sunt. Ergo debet retineri auricularis confessio. Aut plane sophistica sunt
4 omnia, vt chr̄s est ante oēs, primogenitus omnis creaturæ. Ergo ab æterno est ex hypostasi patris genitus.

II Deinde mutationi caussā præbent motus animorū qo tam erga doctores, seu vera docentes seu falsa, quā erga doctrinā, q̄ itidem vera aut falsa esse potest. At doctores quidem boni in suspicionem veniunt, si ipsi doctrinæ suæ dissoluta et improba vita fidem abrogāt: Item, si suam potius quā christi rem curare animaduertantur: Addatur et hoc, si calamitate aliqua premantur præ alijs, sic vt peculiariter Deum iratū habere videantur, quanquā hoc impijtātum exprobrant. Falsis vero et mendacibus doctoribus contraria oīa autoritatem conciliant, vt si sanctitatis et integritatis opinionem consecutus sit, si zeli alicuius ~~opinione~~ hypocrisim ostenderit ac se gloriæ Dei vnice studere simulauerit. Sic et doctrina vera incurrit in odium, si accuset hominem, si cupiditatibus ipsius obstet, si pietatem, si vitam christiano dignā postulet: falsæ contra applauditur, si voluptatibus non aduersetur, nec carnis sensui repugnet, qualis fuit platonica fœminarū communio, et libertinorū nostro tēpore insania, q scelerum caussas ita in Deo quærebant, vt hōem culpæ eximi oportere plane censerent. Motus animorū

III Possunt in caussis etiā signa falsa numerari, q̄ vel conueniētia sūt qualiū tota plaustra in monachorū libris reperias, vel ab hōibus vel a diabolo profecta, creduntur diuina Signa falsa

Hæc oīa vel sponte in mentem veniunt, quod raro fit, vel per seductorem aliquem, siue clam siue publicè inculcant̄. Etsi enim vix fieri potest, vtrū contradicant plurimi, tamen ea multor̄ est calliditas vt sanctitatis opinione, cordatis et imponant, præsertim si patronorū autoritate abuti possint, quod genus est, si quis Augustini Lutheri, aut aliorū de qbus optima omniū sit existimatio, nomine abusus errorē spargat, veluti Apostolorū, ignotæ Ecclesijs olim obtrudebant̄ Epistolæ quas tamen ab illis scriptas pseudapostoli prædicabant. Ita Nicodemi Euangeliū, Petri itinerariū et eius gr̄is multa alia prolata sunt. Imo et viuorū sæpe autorū scripta deprauata, id quod sua ætate factum queritur Origenes. Tam itaq. videndum est, q̄do erroribus resistendum sit; cuius rei duo sunt modi, aut eni ratione id fit id est, verbo, scriptis, arg̃tis, aut autoritate, siue Ecclesiæ, tum errorem, tum hominem damnātis, siue magistratus vlterius errorem spargi prohibentis. Qua in re præcipuū Satanæ stratagema conspicitur hoc agentis, vt dum error a nobis expugnari videtur, latius serpat, imo inuictus plane reddatur, ac ita non Dei, sed ipsius regnum, eorū Cpcipue, q veritatis nolūt esse assertores, opera, quā latissime propagetur. resistendi erroribus duo modi.

Quomodo resistendum sit errori ratione

Stratagema. Quomodo vera a falsis discernenda.

Initio, antequam de confutando errore cogites, etiam atque etiam tibi danda est opera, ut diligenter explores, an reipsa quod docer falsum sit, an vero tibi ita esse videatur. Nam si hic decipiaris ac verum pro falso damnare coneris, Deum Immortalem quam egregiam satanae nauabis operam? quantum vel prudens, rebus ipsius addes virium et potentiae. Consilio itaque opus est, non temeritate. Nam si fieri potest, ut alter illius verba acceperis, quam ille dixerit ubi si humanitate usus, petieris illa tibi explicari, cessabit statim contentio. Quod si res tibi noua est maxime, nihil minus tamen faciendum quam ut classicum mox canas, ac errorem haeresim blasphemiam crepes.

Lydius lapis Scriptura S.

Scriptura lapis lydius esto, ad quam omnes omnium sententiae exigendae tibi sunt, neque id temere, sed circumspecte et diligenter, sano maxime et non perturbato iudicio. Nec omnis refugienda est nouitas, Nam ea ratione futurum est, ut nunquam ab errore liberemur: Imo haec potius apud animum ineunda est ratio: Mihi quidem ista videtur vera: quid si errem cum vulgo? quandoquidem ex hoc numero me eximere non possum, quos et fallere et falli certissimum est. Praecipue cum Paulus praecipiat, Spiritus probandos esse, id vero, quod bonum est, retinendum 1 Thess. 5.? Haec ita fieri oportere, nemo fortasse est qui neget, atque id praestet, quotumquemque reperiemus? Ut ergo nobis placeamus adeo ut errantes multo certiores verae sententiae velimus videri, quam qui verum vident. Tamen una haec ad veritatem indaganda via est, Si cogitemus multos praestantissimos viros, in quos erroris etiam suspitio vix cadebat, turpiter hallucinatos esse ac nihil in disceptationem venire posse, de quo non debeamus aliorum quoque audire sententias. At hac ratione, inquies, semper dubitaremus de doctrina? Certitudo in religione omnis ex verbo Dei pendet, neque bona intentio, quam vocant, inter christianos audiri debet. Iosue donatus spiritu Sancto, iubetur custodire quae in lege scripta sunt Deut. 31. non suaniti intentione. Et Dauid aedificaturus Deo domum ex ipsius mandato a propheta reprehenditur, qui tamen antea non contradixerat. Adeo nihil nostra intentio est, quod verbo Dei praeferri possit. Oportet autem illius interpretationem ex spiritu Sancto habere, qui solus scrutatur profunda Dei 1 Cor. 2. et spiritualis omnia diiudicat. Ideo cum inter homines etiam doctissimos, maxima sit sententiarum diuersitas, nihil minus conuenit quam ut in illorum verbis acquiescas sine tua ipsius sententia diligenter tibi examinanda est, ne opinionem pro scientia usurpes, ac spiritu ductore eam ex puro

intentio bona ab Ecclesia profligatur.

2 Reg. 7

Dei ver-

Dei verbo te sumsisse falsò existimes. Id quod hac rõne facies: Antequã certitudinẽ illã tibi persuadeas, memineris ab oĩ eo, qd Deus et verbũ Dei nõ ẽ, animũ iuxta et oculos abduci oportere. Huius grĩs sunt. 1. Indulgentior de tuo vel alterius iudicio, spiritu scĩa, sanctitate, persuasio. 2. Item, assentientiũ, laudantiũ, et pendentiũ ex te multitudo. 3. Addar̃ et temporis diuturnitas, quo inualuit ea, q̃ impugnar̃ ~~temporis diutur~~ doctrina. Nam sicut execrabilis illa φιλαυτία, nõ patir̃ hoc credere, alios, quid verũ sit, melius quã nos ipsos, videre: Ita nihil pernitiosius est, quã ad vetustatem confugere, ac ex ea de veritate, aut falsitate doctrinæ sumere iudiciũ. Nam et male pt̃ caussa defensa esse, et fieri, vt accusatoris simul et defensoris partes sustinuerit Satanas, vt istis veri belli simulacris apud simplices errorem confirmaret. Oĩa ista seponenda sunt, tandem ad Deũ erigenda mens est, ab eoq. sp̃rs et sapientia petenda. Quod si frequenter, si serio, si cum fiducia feceris, tum tandem poteris tibi persuadere, te nullo pernicioso errore teneri, aut si id sit, eũ tibi offensũ iri. Hoc cum monemus, id tantũ agimus, ne patiamur aliquem temere sibi arrogare sciam, cũ opinionem tantũ habeat, sed vt quærat viã certæ sẽntiæ, eo modo, quo debet. Quam q assecutus fuerit, is, in erroris suspicionẽ nunquã veniet. Si firmã nondũ ht̃ ~~sẽntiam~~ scientiã, aut plane errat, ei hic recta monstrar̃ ad veri inuestigationẽ via, ac monetur, qd cauere oporteat id quod salutari et bono consilio fieri est certissimũ. Quare vt verũ à falso discerni possit, sicut et prius monuimus consultissimũ est diligenter secũ meditari, quibus rationibus, quod sentit, qsq. sibi persuaserit, quã certo spiritũ, quã sedulo sacras lĩras excusserit, quã circũspecte oĩa, q̃ Deus aut verbũ nõ sunt ~~neglexerit~~ inspexerit, quam ardenter deniq. orauerit, vt ita sẽntiæ suæ certitudinẽ hẽre possit. Hoc si fecisse tibi videberis diligentissime: tamẽ is est Satanæ astus, vt falli possis. Grata est Deo modestia, et placent eor̃ preces, q maius fidei lumen petunt. Ideoq. si tũ qo aliqd falsi, vt existimas audieris, nõ peccabis, si illud tibi expendendũ esse putaris, ac Deũ oraris sedulo, vt si recte sẽntias, te confirmet, sin vero hominum more erres, oculos tibi aperiat, id quod eũ facturũ promisit chr̃s Luc. 11. Et q2 ex nobis nihil sapimus, nisi à Deo edoceamur, ipsiq. illuminationis tempus, ei præscribere nõ possumus: Et si oĩa q̃ monuimus feceris, fieri tamen adhuc potest, vt nondũ sis edoctus à Deo, atq. is per eum ipsũ, quẽ pro hæretico habes, te edocere velit: Quæ res nõ parũ

ad imp.

Examen sentiæ conceptæ.

Ad vetustatem nõ cõfugiend.

2 Reg. 7

ad impetrandā abs te modestiā momenti habere debet. Si certissimus sis, tamen cauendū est, ne Satanæ fallendi præbeas occasionē, q in Angelum lucis transformatus, nunquam satis caueri potest. Modestia omnino opus est, si nō ob aliud, saltem ne obstinatū facias tua importunitate quem damnas, neue ille queri possit, et ne veritatis propagationi tua aliqua culpa viā præcludas. Litem serere est facile at finem inuenire, nō æquè facile. Nam vt aggere rapto mundāt aquæ, ita à contemtis initijs ortæ lites, mundum dissidijs calumnijs maledictis clamoribus repleuerunt.

modestia retinenda.

Si falsum docear, maxime, discernendum tñ vtile ab inutili.

2. Stratagema.

Vbi iam quod docer, accuratè instituto examine falsū esse deprehenderis, antequā tibi confutandum putes, id quoq. considerato, quanti res sit momenti. Nam inutiles et inanes quæstiones vitandas præcipit Paul. Tit. 3. Præter id enī, quod à curiosis ingenijs multa vtrinq. adferunr, q fidei synceritatē et puritatem labefactant, accedunt etiā conuitia atrocissima, sic vt de asini prospectu sæpe nō minores oriantur turbæ, quā de præcipuo christianismi capite. Deinde et breuius vitæ spaciū est, labores autem in Eccla Dei pio doctori multo incumbunt grauiores, quā vt bonas horas ita perdere debeat. Quod si omnino refutare instituеris, facies pro oportunitate temporis, loci, personæ, cū tuæ tū illius, vt ab inanibus speculationibus hōem abducas, idq. quanta fieri potest dexteritate, ne vlla animor sequatur ab alienatio.

refutandi modus

Præcider aut ansa inutilibus quæstionibus, si, q docent omissa curiositate, ea adferant, q pertinent ad firmandam fidem, emendādam vitā: pietatem consolationē et charitatē confirmandam. Nam patent latissimè hæc, et varietate tractationis facile caueri potest, ne vt quotidiana vilescant, præcipue si temporis et morum populi habeatur ratio, id quod facere nō possunt, q in singulos dies vt vocant Dominicos certū aliquod thema præscriptum cogunr explicare: Contra nihil magis fenestrā aperit, hominū curiositati quam si Ecclesiastes singulis vocibus immoretur, atq. inde locum coēm extruat. Felicioris istud est ingenij, quod temere nō debent imitari quibus est plus satis curta suppellex, insi quod nemo vult alio videri inferior. Sic faciunt, q vsitatā istam Iudæis salutādi formā à chrō vsurpatā: pax vobis, ita explicant, vt de pace mundi et consciæ prolixè philosophentur: Sed plane extra oleas, nō enim tunc erat his locus. Imo hoc potius nobis sit curæ, vt vbi res fert, dicamus multa, vbi nō, paruo pe

quæstiones inutiles q̄do vitandæ.

Concionum instituendar ratio.

uo pedi, paruũ induamus calceum. Non enĩ vbiq. oĩa docet sp̃rs S. nec vno loco oĩa sunt effundenda, etiamsi nõ inepte possis. At futilia adferre, ne non de singulis voculis aliqd dicas, cuius est prudentiæ? Peccatur ea in re ostentando copiam, et imitatione, cum quid faciãt alij, spectamus magis, quam quid fieri expediat. Idem fit ab ijs, q in scholis sacros autores explanant. Cupiunt dicere aliqd noui, et ab alijs nõ animaduersũ, istud si nõ reperiant, transponũt res, excogitant obiectiones, quas soluant, fingunt verba alia, quæstiones q̃stionibus profligant, adeo vt satius sit nullos esse interpretes quam tales, q theologiã rursũ in sophisticã conuertant. Ad hoc q̃s impellit ambitio, ij pestes sunt Ecclesiæ, quos vero error, a quo admoniti, desistunt, ijs possis ignoscere. Vtilia vero habenda sunt, quæcũq. ad finẽ christianismi, q est vita æterna, Iohan. 20. vsũ aliquẽ adferunt. Itaq. discendum est, nos natura fuisse filios iræ, ac omni iusticia destitutos, obnoxios fuisse damnationi et morti æternæ: Deinde, Deũ Prm̃ ex mera mĩa, sdm̃ bñplacitũ voluntatis suæ in filio suo Iesu christo nos elegisse ad vitã æternã, quã suam voluntatẽ in Euangelio nobis reuelauit &. Cumq. sine Deo nihil possimus, ac ille a se velit peti sp̃rm̃ et auxiliũ. hæc ipsius voluntas agnoscenda est, ille inuocandus, illi gratiæ agendæ ita vt vult ipse. At q̃cũq. hæc oĩa attingunt, aut huc perducunt, ea pro vtilibꝰ habenda sunt, ac publicè nota esse debent. Cum oĩbus aũt pugnandũ, q̃ hinc nos abducunt. Itaq. naturæ nostræ corruptio nobis probe perdiscenda est. Neq. vero satis est, in suã quemq. rẽ intentũ esse, ac se curare,: Verũ alijs qo Ecclesijs pro modulo sp̃rs, pro ratione vocationis consuli oportet, neq. viuor̃ tantum sed et posteritatis habenda ratio, ita vt incorrupta ad eam, doctrina transmittar̃. Quæ vero doctrina vsũ nõ h̃t, vtpote in sola speculatione posita, ea vt inutilis repudianda est. Imo neq. id in vtilibus semp̃ ponendũ est, quod aliquo modo, ad salutem p̃tinet vt vel curiose tractandũ sit, vel si dissensio oriatur, magnopere laborandũ: Sed si aliud nihil sit, quod ad eũ finẽ satis commode perducat, Id demũ pro vtili habendũ vt, ad salutẽ pertinet scire quemadmodũ Abrahamus credẽdo se vetulũ habiturũ ex promisso filiũ, iustificatus est cũ tota posteritate, Ita Maiores nostri credendo Iesũ esse chr̃m et se et nos suos posteros Dei filios fecerunt. Rom. 4. hoc cũ vltro historiæ ~~offenda~~ ostendant aperte, nõ vt de re plane capitali digladiandum esset, si q̃s diceret, historiã illam q̃ de adultera est Ioh. 8. nõ in oĩbus libris reperiri, ac proinde vt additiciã reijceret. Nam quis fructus esset illius contẽtionis

Vtiliter q̃ discuntur.

Summa capita pietatis et rectæ institutionis.

Doctrina inutilis

nis, cū aliæ historiæ idem confirment, & ipse ēt aduersarius non inficietur. Vtile & id censendū est, quod contrariorū speciem, q̄ in scriptura sæpe se offert, ac infirmos vehementer turbat, sine offensione graui tollere possit, saltem ne conciliationes illæ magnas turbas & dissidia pariat. Ac discerni q̄dem hæc à mediocriter exercitatis possunt facile, si iudicia nondū sunt perturbata, nec adhuc de ijs vt rebus grauibus ceptū sit agi. At vbi semel fascinati sunt hōes, ibi superbia, odia, rixæ & eiusmodi affectiones, nō sinunt iudiciū esse integrū. Cum Satanæ multum intersit, christianos nugis occupari, vt interim necessaria omittant. Cui rei testimonio est, ridicula illa veterū de paschate contentio q̄ tū magnas Ecclesias horribiliter concussit & afflixit.

obiectio: mim dissolutio

3. Quomodo seductor imprudens tractandus sit.

Si igr̄ res magna sit in qua erretur, tria sūt q̄ fieri oportere, debes habere persuasissimū. 1. Vt seductor ipse amplius nō seducat. 2. Vt q̄ seducti sunt, in viā redeant. 3. Vt q̄ sani sunt, contra errorē muniantur. De sectario igr̄ vel seductore, antequā quicquā constituas, illud tibi animaduertendū est, alr̄ multo eū, q̄ imprudens fallit, quā q̄ malitiose, accipi oportere. Qua in re passim videmus peccari, dū multi in id solū defigentes oculos, quā fæda & turpis res sit error, conuitijs mox & clamoribus oīa replent, eoq̄ sibi mire placent per ignorantiā an pertinaciā falsū dicar̄, nihil hēntes pensi. Id vbi fit, q̄ persuasus fuerit, se recte docere & recte facere, laudari potius volet, quā culpari si multos in sentētiā suā pertrahat, Conuitijs exagitatus clamabit, sibi iniuriā fieri ac statuet pertinaciter tueri, quod verū esse putat. Ita enī vir bonus affectus est, vt q̄ salutaria credit, toti orbi persuasa esse cupiat. Quem ipsius animū si damnes simplr̄, vide ne in Deū sis contumeliosus, q̄ ipsi maiora nō dedit. Deinde cū præter calamitates odia & persecutiones, nihil consequatur q̄ nouā doctrinā inuehit, candoris christiani est, in benigniorē partem potius inclinare, ac errorē magis, quā malitiā interpretari. Nisi enim id fiat, sed importune mox tumultuari ceperis q̄ fructus spes in acerbitate, ira, & conuitijs esse pt̄. Si nihil

in eorep

in eo reperias, cum tuo qdem iudicio humaniter compellari debeat, id saltem cogita, eū Dei esse opus, q illū voluit viuere, alit seruat æque ac teipsū. Cumq. nescias an errātē suā ouē Dns clemēter ad ouile reducturus sit, q potes in eā hostili esse aīo? Quid si Dns in illius psona infirmus tibi occurrat, ac tuam charitatē exploret, quā in extremo die commemoret. Etsi aūt id certo scire nō potes, tibi tn satis sit posse ita esse. Ideoq. nō ille, sed chrs ti spectādus ē, quādoqdem qd illi feceris, hic sibi expensū referre parratus est. Deinde et hoc ad mansuetudinē te cohortabitur, si intra te descendas et teipsū spectes, quam horribilibus flagitijs contaminatus sis. Si enī ob istos tuos nævos spem nō abijcis, clemēter tecū acturū Dm, qd est cur alij Dei clemētiā, quā tibi expositā esse nō dubitas impie neges? Et cū ob eā bonitatis diuinæ spem, contemnj nolis, etsi flagitijs adopertus sis, cur eū contemnas, q Deū nō minus quā tu ipse sibi sperat propitiū? Quod vt pstare possis, Deus semp orādus ē vt cor tuū emolliat, idq. vera caritate inflammet, quā consecutus reperies optimā eāq moderatissimā rationē, qua seductorē frm ad frugem reuoces.

Quomodo seductor malitiosus tractādus. 4

Si vero malitiosus sit seductor, posteaquā Satanæ consilū habes perspectā, vt scīt error spargar quā latissime, et oīa inter vos geranr perturbatē et confusē, nec vllus sanis consilijs locus fiat reliquus, multū tibi ea in re ponendū est operæ, ne imprudens Diabolo, eū quē Deo volebas laborē præstes, ac bonā caussā inepta actione corrūpas. Memineris nō cum hōe sed cū ipso Satana tibi rē esse, cuius artes multo sunt plures, quā vt depræhendere possis. Aut conabir teipsū in errorem ptrahere, aut si illa nō succedet, alia aggredier via, atq. huc te inuitabit vt pcipitanter damnes, ac vita ēt indignū iudices hæreticū, q tam blasphema dicere sustineat. Quas cogitationes, si obrepant, plane scito nō ex Dei spiritu, sed ex Diabolo proficisci. Etsi enim hō pius, cū audit blasphemas in Deū voces, nō pt nō vehementer commoueri: tn Zelus ille nō debet esse præceps, sed optima ratione moderatus, cuius nō Satanas sed spīs S. sit autor. Imitemur patres, q liberor lapsu commouer qdem.

præceps iudicium periculosum.

Zelus modestus esse debet.

quidem vehementissime, at nõ ita vt perditos cupiant, sed seruatos.
Unde et curant eos indulgentissime, nullas molestias nullos labores
nullã ipsor̃ morositatem, q̃ ex morbo accedere solet fastidientes.
Ita et hic, christianus homo, doleat multos seduci et gloriã Dei lædi,
sed fructus doloris esto, vt aut tollar̃, aut saltem minuatur malũ.
Nulla aũt ratione qdquã dicar̃, aut fiat, quod malũ exasperare
possit, et in quo nõ certa antea fructus spes appareat. Neq; n. ex-
ploratũ habes, an nõ ex elector̃ nũro et ille sit, quẽ Deus iusto iu-
dicio passus sit labi, vt maiori cũ gloria eũ suscitet. Quod si co-
gitabis, facile in eã ibis sententiã, tua acerbitate, illũ ex stulto
insanũ fieri nequaquã oportere. Quare, vt, q̃ singulare certa-
men ineunt, oẽs feriendi et defendendi rationes ãio percurrunt,
ita descensurus in arenã diligenter cogitato, qua parte nudus sis
qua vulnus sit periculosius, ac oĩa q̃ mentẽ perturbare possunt
antẽ contemnere asuesce, quã ad pugnã ventũ sit. Non enĩ id
agit Satanas, vt vnũ aliquod doctrinæ caput, de quo litigatur, ex-
pugnet, sed vt tuã patientiã superare, eamq; in triumpho cum
summa christiani nominis ignominiã et Ecclesiæ calamitate duce-
re possit. Contra siqd est, quod animũ tibi addere possit ab ea par-
te te nudari planẽ scito, quare ne vulnus accipias, cauendũ ẽ
diligentissimẽ. Hoc vt intelligar̃ rectius, fusius declarandũ ẽ.

Quid disputaturo cogitandũ sit.

5 Vt cum fructũ confutationẽ erroris instituas, plurimũ refert
si pacato ãio et incorrupto iudicio fuerit aduersarius, ita vt quid
dicas audire et diligenter apud se expendere possit, quod nisi obti-
neas, nõ tuã sed Satanæ caussã iuuabis. Non autẽ poteris eũ
ad animi tenuitatem et tranquilitatẽ deducere, nisi eã præstiteris
et oĩa illius ad amussim tibi cognoscenda atq; intelligenda esse me-
mineris. Quare operæ precium est scire, q̃ in eiusmodi disceptationi-
bus animũ perturbare soleant. Primũ est et præcipuũ, si doctri-
næ mutatio, q̃ intentar̃ priuatis q̃o rebus cladem adferat, id quod do-
centibus omnibus vsu venit. Nam et in suspicionem falsæ doctrinæ
eos venire, ac existimationi iuxta et commodis plurimũ decedere
necesse est. Deinde amor doctrinæ quã professus sis, nõ facile
excutir̃. Nam natura ita comparatũ est, vt oĩa dissimilia oderint
id quod in diuerso apud oẽs gentes deor̃ cultũ facile apparet, q̃ sæ-
pe.

q̃ disputantis animũ ꝑturbent.

pe magnar̃ calamitatũ caussa extitit, dũ alter alterius idolũ contemtui haberet. Sicut Romani Aegyptios & alios barbaros ridebant. Addit & illud multũ perturbationis aĩo, si probra & criminationes aduersarij accesserint. Neq; n. vllus ita est ferreus vt conuitia patienter audiat, nisi longo vsu & diligenti meditatione naturã quodammodo exuerit. Quæ oĩa ante ꝑcipienda aĩo sunt, vt si eueniat eor̃ aliquid, nihil videar̃ inexpectati accidisse. Sicut aũt hæc præstare magni est aĩ, ita maioris est longe cauere, ne ipse qõ alicũde tibi animũ addi patiaris, quod nisi vitaris, inermẽ te obijcies satanæ, ac illi prædæ eris. Ex aduersario quidem hæc possunt euenire incommoda, vt irritatus nec attẽte, nec patienter audias, ac proinde nõ satis assequaris quid dicar̃. Nam odiũ & ira, iudiciũ impediũnt. At vt ante finem orationis ipsius respondeas, & ad primũ quodq. verbũ quid velit, diuines, vnde fit vt aliã tibi aduersarij sententiã fingas, quã reuera est, ac respondendo etiã confutes, nõ quod ipse attulit, sed quod tua conflixit diuinatio. Id vero nõ aliunde, quã ex arrogantia & contemtu aduersarij proficiscitur. Cuius mali origo in te nõ in illo est. Ideo omnino contemtus illius caussæ tibi cognoscẽdus ẽ q vbi semel hoẽm inflarit, nõ amplius frugi aut vlli bonæ rei vtilẽ esse sinit. Oritur aũt ille vt plurimũ inde, si multor̃ de aliquo Egregia sit existimatio. Si pauci ijq; contemti alr̃ sentiant: si sapientiæ qs specimẽ videar̃ dedisse, vt si ex disputatione aliqua victor abierit, si in publica contione, nemo contradixerit, si fortuna paulo accedat splendidior, q̃ res facillime parit assentatores. Neq; n. vt parasitos reperias, Pontificis Romani splendor & magnificentia requiritur, præsertim vt nunc habent res theologorũ. Nam cũ pleriq; finẽ studijs suis eũ statuant, vt sacerdotiũ assecuti, inde alantur, qdqd interim fiat de Ecclesia, fit vt indocti & rudes, quẽ eruditione nõ possunt, adulatione saltem, fauoris gradũ obtinere studeant. Vnde nihil tam ineptũ tã insulsũ ab istis q sacerdotiũ conferendi ius aliquod aut suffragiũ saltem habere videnr̃, dici pt̃, quin ab his in cælum extollatur. Accedit huc, quod vita priuator̃ inueterata iã consuetudine, sacerdotũ censuræ exposita est, vnde qsq; vel adulando eos mauult amicos facere, quã repræhendere. Contra ipsi etiã doctores, non admodũ ægre ferũt eiusmodi palpones, cũ quod & falsa laus vt oẽs sumus φιλαυτοι delectet, tũ vero quod nõ facile ferant doctiores, qbus sacerdotia conferri oporteret, si crassos istos adulatores repudiarent. Ad extr.

contemtus aliorum.

Ad extremu si eruditionis nonnihil accedat, q̄ inflare solet, etsi id nequaquā suo iudicio, hui quā audacter, quamq̄ secure aduersarii contemnetur.

Quid meptus disputator peccet.

6 Quare seductori te oppositurus, mihi oīa in vtramq̄ partem considerauerīs attente, qd autoritas, eruditio, opes ac nominis celebritas possint, ac vtrobiq̄ te mixtum præstiteris ac demq̄ personā cū illo commutaris, sic, vt q̄ in illū dicas, in te dici existimes, hæc fuerit: Inepti disputatoris peccata. Initio tibi satis videbitur, si quaq̄ ratione errorē expugnes, etsi id nec 1.
verē facias, neq̄ etiā eo quē debebas modo. 2. Pro dignitate tibi 2.
pertinaciter digladiandū putabis, etiāsi id cū caussæ fiat detrimēto. Nam cū inter alia religionis nostræ ludibria, hoc ēt excogitarit Satanas, vt sicut in prophanis artibus, ita in theologia qo, doctorū titulo aliq superbirent: fit vt in ordinē redigi videamur, si vel latū vnguē de ea in qua iurarūt opinione cedant. Quare ne frustra mitrā gestare, & præter christi mandatū, q magistros & doctores in terris à fidelibus suis agnosci noluit, se ostentasse hactenus leo nimis eruuijs iudicari possint: pro gradu quē vocant, nō alr quā pro aris & focis digladiantur, & vel ab hoste diabolo arma sumere malint, quā christo herbam porrigere. Ex eorū itaq̄ nūro si fueris, nō dubiū est, quin doctoratus iste multo apud te, quā veritas Dei, futurus sit. 3. Conuitia aduersarij criminibus pensabis 3
immemor etiā istius prophanī prophetæ sentiæ: ἀλλ' ἀλλ' ἀ
Aristoph. arguere. nō decet viros poetas conuitiari, vt fœminas pānē coquētes. ndj γὰρ ὁ θεὸς λοιδορεῖν ἀνδρὶ ποιητῇ ὥσπερ γυναῖκα μοχθηρὰν
inde venter hoc aget vt caussa nō veritate sed clamore sit superior. Nonstabebis aduersarij ingeniū cognoscere, vt scias qd sen 4
tiat, quas præter controuersiā habeat opiniones, quo sit iudicio, 5
vt solus velis loq, illud autē nunquā aut quam rarissime audire: Diuinabis de illius sententia audacissimē, priusquā tria verba 6
eloquutus fuerit, cauillaberis q̄ dixerit, tibiq̄ quod confutes præter mentē ipsius confinges, cū tū explanatio eorū, q̄ dicit, ab ipso potiū quā ex tuo cerebro peti debeat. 7. Si nō statim cedat stupore illi 7
& ruditatem obijcies, vt q̄ vim tui argti nō possit perspicere. 8. 8
Triumphabis ante victoriā, ac cū nullū cernas effugiū, putabis ab ipso multo minus aliquod animaduerti posse, vnde etiā vix respōdēdi 9
potestatē illi fœturus es. Exagitabis inepte errorem, ac mira beris tā fœdum lapsū in illum cadere posse, quare vix aliqd fieri

potest.

10. potest importunius. 10. Colliges absurda, nō vt verū ondas, sed vt ridiculū facias aduersariū. Deniq. in oībus ita te comparabis vt seductor tibi contemtui, Ecclesiæ vero salus neglectui esse videar, q̄ res aliud nihil, quā insignem tuā stulticiā prodet, et cū contra Diabolū instituta sit disceptatio, ita ipsi proderit, vt nihil possit efficatius. Nam cū ista fiunt, error non extirpar, sed inuictus plane reddir. Si eni leuia ~~mf~~ et infirma argta obiecta fuerint, q̄ facile soluerit seductor, sumet animos, ac in eā plane veniet opinionē, firmius nihil esse, quod deinceps qo opponi possit. Si vero omissis obiectionibus non satis percepta præ fastu et præcipitantia disputātis mente, is q confutat, alia sibi confinxerit, q̄ illi fortassis in mentē nunquā venerunt. Sic statuet firmiora sua fuisse, quā vt dissolui posse alter sperarit, ideo ne nihil diceret cauillatum esse, at cum ratione nō posset conuitijs tentasse veritatē opprimere, vnde sequetur odiū, cuius æque ac erroris hæredes quisq. suos relinquit. Vnde sectæ et factiones oriuntur, q̄ acerbissima exercent odia idq. eo pertinatius, quod nō suā sed Dei cām agere videntur. 2. Deinde latius et spargir error, Nam rixæ illæ, materiā varij pro ingenior diuersitate sermonis præbent, qui ~~a~~ cū apud alios varie narretur, magis varie accipitur. Vnde fit, vt inter multos, q errorem damnent, aliq etiā reperiantur, qui probent: aliq vero, qui tam errorē quā confutationis modū improbent, vt conuitia, irā, impotentiā animi et similia. Inde et de defensoribus leuius sentire incipiunt, ac in posterū aliū aliquem facilius admittent errorem. Deniq. addunt, detrahunt, mutant, pro suo qsq. in narrādo affectu. 3. Propagar etiā ista ratione error, si et alium secū trahat. Nam dum in alterā partem nimiū inclinat defensor, ipse qo verū sæpe amittit cuius rei in patrū disputationibus passim extant exempla. 2. Si seductori plus permittat, quā debebat. Nam ille pro veris ea sumet ac nō concessa, sed euicta videri volet, vnde noui erroris periculū est. Item, si videar sigcantiores loquendi formas inuenire posse, quam in scriptura extent, vt ita ambiguitatis ansā tollat. Inde tot monstra in Ecclesiā Dei inuecta sunt, ac dū hō sprm Dei, sus Minerua docere vult, puritas doctrinæ ita contaminata est, vt vix vmbra etiā veritatis conspiciatur. Si in contentionis calore quædam incautius dicta excidant, q̄ a sanis et ira vacuis nequaquā dicerentur, ac deinde vt vera et recta defendanr. Nam inde noua dogmata, ac noui errores pululant. Confundunr res et verba, amittir veritas, de qua restituenda, multi spem oēm

Secunda Erroris propagandæ ratio.

Tertia ratio.

et cog.

et cogitationem abijciunt. 5. Accedit et hoc, quod dum de una aliqua re litigar perpetuo, reliqua magis necessaria, in obliuionem veniunt, ac ob istud unum, pius ab impio hæreticus à christiano discernitur etsi vita alioqui proba sit et sobria. Exempla præbent superiora paulo, templa, vbi ob res christianismi nõ plane præcipuas, horribiliter laceratæ sunt Ecclesiæ, hæretici Schwermeri appellati multi, quorum egregia in instauranda pietatis doctrina extitit opera Interim autem omnis morum disciplina collapsa, ita vt quæ primum Euangelio gloriatæ sunt vrbes, iam præter nomen Euangelij vix quicquam habeant. Hoc diaboli præcipuum ac nocentissimum est stratagema, quo pios homines ad peruersam defendendæ doctrinæ rationem adigit, vt præcipiti nimis honoris diuini studio, ad defensionem veritatis, vt ipsi quidem iudicant, multa dicant et faciant, re ipsa autem Satanæ agant caussam, prorsus ex illius sententia.

Cum seductis quomodo agendum.

7 Quæ in Seductore ab errore reuocando fieri ordinimus, vt summa vltra lenitate et mansuetudine tractetur, ea etiam vt seductos in viam reducas, vt sanos contra errorem munias fieri oportere est certissimum. Nam si exacte præstes eam, quam requirimus moderationem, vix tamen impetrabis, vt seductor victum se dicere, multo minus vt se scientem populo fucum fecisse fateri velit. Neque enim qui seducti sunt, errorem agnoscere volent, et ijs, qui sani sunt, omnem tuam actionem reddes suspectam. Quod si conuitijs omnino agendum tibi putas, vide quo id fructu facturus sis. 1. Principio hoc certum 1
Conuitiorum in disputando mala.
sit malitiosum seductorem egregie impium esse hominem, Ideoque nihil minus de eo tibi pollicearis, quam conuitijs ipsum ab incepto deterritum iri. Quin potius ita refellet crimen, vt regerat cum fœnore vt teipsum infantem faciat. Nam in hanc partem plus satis erit facundus, quod autem accurata oratione non potest persuaderi? Deinde 2
apud seductos deploratam magis, ista importunitate tuam causam reddes. Nam eo omnes sumus ingenio, vt quorum amplectimur doctrinam, eos amemus ac laudari cupiamus. Itaque si conuitieris, querentur illi de iniuria, ac te odisse incipient, tuamque passim tyrannidem accusabunt. Isti affectus iudicium veluti stupidum reddunt, vt deinde ne si velint quidem, te audire ac obtemperare possint. Apud eos igitur conuitiari aliud non fuerit, quam aurem obstruere, ne aliquis tuis verbis locus possit esse reliquus. Illis quoque qui sani adhuc sunt, criminatio tua, quæ ab ira 3
et impotentia animi proficisci videbitur, quid proderit? Multi, etiam iustam

acer.

acerbitatem oderunt, quod si seductor modestiam aliquam simulare possit, quid aliud facies, nisi ut et illos ipsi adiungas. Si conuitiatoris sit, ut nulla iniuria ad conuitiandum adduci potuisse credatur, non inficior eum, qui traducitur, autoritate illius grauiter premi, adeo, ut et nomen ipsius vix ferat populus, at eam hominum opinionem arrogare tibi poteris facilius multo, quam obtinere. Nam ne ipsi quidem satis intelligimus semper, quo ducamur spiritu, et multa etiam recte facta in malam partem accipiuntur. Unde vix reperias Ecclesiasten, qui populi reprehensioni obnoxius non sit. Praeterea, cum sine conuitijs idem obtinere
4 possis, quid caussae est, cur peruersis armis pugnare malis. Citatur Lex duodecim tabularum apud Tull. 4 de Repub. quae capite sanxit hoc quoque: Si quis actitauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumue alteri. praeclare id quidem. Neque enim fama cuiusuis libidini exposita esse debet. At nos, qui christiani nominis columnae videri volumus, conuitijs non aliter quam aranei venenis pascimur. Regem nemo feret, qui obiicios quosque infames facere velit, et quis ferat in sacerdote, cuius vita alijs ad pietatem et modestiam exemplo esse debet? Est Pastoris increpare obiurgare reprehendere, at faciat illud ut Pater, non ut hostis, quantum scilicet ad emendationem prosit. Plausibile est quod responsant paucorum exemplo, qui infames fiant, teneri alios, ne quod sentiunt prodant. At nisi omni vitio superiores infamatores isti, ac dij potius quam homines existant quid proficient? Sicut enim quae aggere opposito prohibentur aquae, si collectis viribus perrumpant tandem, multo inundant vehementius, ac ob id pernitiosius quo: Ita oppressa ad tempus sententiarum libertas, tandem cum maiore clade Ecclesiae se offert. Et quia pastorem inuisum habent ij, qui ita repressi sunt, Ideo hoc unum agunt, ut in omnibus ab ipso dissentiant, in factionem alios, quibuscunque possint modis pertrahant, ac omnia turbent. Cur non Michaëlis Archangeli exemplum potius imitamur, qui ipsi Satanae non ausus conuitiari, hoc saltem dicit: Increpet te Deus. Ille non fecit in Satanam, quod tu audes in fratrem, qui Deo fortasse non minus charus est, quam tu ipse. Itaque hoc fixum et certum esto, nullam conuitiorum esse vtilitatem, aut si qua sit, eam ex graui et modesta erroris demonstratione, multo sumi posse vberiorem, de qua infra dicetur. Az szitokban egi sinchien io.

Quomodo error expugnari possit.

8 Alia itaque emendandi seductoris quaerenda est ratio. Haec vult: 1. Ut errorem ipsi demonstres, quam potes maxime perspicue, ita ut vel palpari possit. 2. Deinde veritatem solidis rationibus et testimonijs confirmes, sic ut intelligat aduersarius, sine malo dolo ex sincero et fid. Erroris confutandi ratio.

et fideli animo, istud sanandi sui laborē abs te esse susceptum. Si qua sanandi hōis spes ē, ea hic est: alia via nihil prorsus tibi sperādū est. Demonstrationes porro tunc vim habebunt patefaciēdi verū, cū à Deo fuerint ut est Luc. 21. Instruam vos lingua et sapiā cui nemo resistere poterit: et Esa. 55. Non redibit verbū meum ad me vacuum. Itaq. Deus orandus est, ut dictet verba ad persuadendū verū, quam aptissima. Artes humanæ, quas liberales vocant, Dei dona sunt, nec reijci debent, si illis ita utaris ut plantes et riges, à Dnō aut expectes incrementū. Deinde, illę qo demonstrationes vim habebunt, q̄ ex notissimis scripturæ locis extruūntur, q nō sint ambigui recte citato contextu, nō mutilatis aut transpositis verbis. Ordiri et possumus ab aduersarij sententia, quā volumus euersam, ac ex nota aliqua et concessa, colligere absurda, quod cum fit, necesse est aliqd falsi fuisse positum. Ut si contendas, In baptismo remitti peccata: Accipio illam sententiam, et ex notissima ista Iohannis: Sanguis Iesu chri emundat nos ab oī peccato, colligo absurdū, chrm vilt ista sua oblatiōe nō consummasse sanctos, siqdem baptismi lauacrū nobis iusticiā adfert. Quare priorem sentiam falsam esse oportet. Danda est aut opera, ut quantū fieri potest, utaris verbis et loquēdi formis perspicuis et rectis, id quod pauci præstant, quod scit malūt multa dicere, quam multa meditari. Deinde, nō in eo ponere victoriam debes, si tibi apposite videaris dixisse, et ratio, quam attulisti tibi satisfaciat: Verū videndū ē, an ad eius qo ingeniū sit accommodata, q persuadendus est. Tibi fortasse satis est, Augustinū aut Ieronymū aut aliū aliquem, dixisse quippiam: at nō mox illi satis est, q hominū autoritatem, longe existimat inferiorem, quā ut in serijs rebus scripturæ fidem debeat labefactare.

Demonstrationes vere et efficaces quæ.

artes liberales qo loco habendæ.

Cedendum Veritati.

9. Ita aut à disputante vincendi studiū abesse oportet, ut quod maxime. Scopus esto hic ut Vincat veritas. Ea siue per te siue per aduersariū patefiat ne cures. Si qd in disputatione didicisti, quod ignorabas, ne pudeat agnoscere. Ne spectes cui cedas,: Honorificum est à Deo doceri, per quemcūq. id fiat. Cauēdum itaq. ne dum aduersariū doctorem aspernaris, Deū asperneris. Ut aut minore cum difficultate id facere possis, consultū ē tempestiue remoueri q̄ obstare possint, quod genus sunt: 1. Si cum

cum magna confidentia aliqd pro vero asserueris, quod deinde falsũ esse
2. depræhendas: Si deieraris, te anathema futurũ, si aliud doceas; si
3. stultos si blasphemos vocaris, q id dicere ausint. Ideo optimũ ẽ
circũspecte loq, nõ vt semp hæsitare videaris, sed vt q̃ vera iudicas,
simplr adferas, q̃ contra, neges, in vtramq. partem testimonia adferas.
saltem execrationibus istis ad nihil vtilibus abstineas. Nam si vel
guttam modestiæ habes, facile intelligis, cũ Paulo, te nequaquã confer:
riposse, q anathemate, Euangelij sui certitudinẽ sanxit, execrans eũ q
aliud Euangeliũ adferat. Statim enim existet q̃stio, an ita intelligas
Euangeliũ, sicut id Paulus docuit. Præterea, cũ nobis liberũ sit me:
liorem sẽntiam amplecti, q̃ stulticia est, nobis ipsis temeritate ista ad
veritatem viã præcludere? Auget et hoc difficultatem agnoscẽdi er:
4 rorem, si aduersariũ prius contemtui habueris, ne ab ipso didicisse
videri possis. Et si aut nemo facile victus videri vult, tñ animum
tuũ munitũ esse oportet hac vna ratione, vt cogites vitã hanc esse
1 breuissimã, ac fabulæ similem, qua saltata, q rex fuit, inferior sæpe ẽ
illo, q fuerat seruus. Insigniter itaq. stultus sit oportet, q præter
choragi voluntatem satrapæ alicuius, quã Daui personã ad tem:
pus sustinere propter fumũ inanis gloriæ malit, quam ipsũ habere
amicũ. Vincas an vincaris exiguũ durat. At si sciens verita:
2 tem oppugnaris, et populus numerosus tua culpa in errore confir:
metur, væ tibi, q Deum habiturus es iratũ. Quare peruicatiæ
et dignitatis oĩs ratio abijcienda est, chrõ vni dandus victoriæ locus.
Simus nos excrementa mundi, ac constet Deo sua veritas. Pudet
3 te cedere hõi fratri eiusdem tecũ corporis membro,+ et interim ce:
dis Satanæ, q ista ratione te oppugnat, idq. in Dei tui oculis.
An nõ satius fuerat hic te demittere, quã oppressa veritate her:
4 bam porrigere Satanæ. Deinde et hoc cogitandũ est, nõ alijs æ:
que visũ iri turpe, si vincaris, ac tibi ipsi. Nam cũ humanũ sit
falli, et suscipiatur controuersia, alterutrũ vinci necesse erat.
Atq. vt sit pudor vinci, certe laus maior est cedere veritati. Quod
5 decedit eruditioni et famæ, q̃ aliud nihil ẽ, quã vulgi testimonium
id totũ accedit bonitati. Et, cui nõ potius sit, dici bonũ, quã doctũ?
6 Neq. vero est, vt cogites errorẽ tuũ nõ animaduersum iri, si ita
pertinaciter neges: Imo eo magis eris hominũ fabula, ac tandẽ ob per:
uicatiã istam, ne eruditionis qdem nomen tueberis. Hoc vtinã con:
siderarent, q aniles multas adhuc superstitiones tuentur, nõ existerẽt
Dæmone potius quã chriano hõe dignæ voces istæ: Scimus hæc de:
fendi

q̃ prohibeãt veritati cedere.

Quid psuadeat vt veritati cedamus.

+ q vt tibi cedat putas te ab illo iure postulare.

Inter alia oīa corruptor̄ morū exempla certissimū est, plurimū offensionis & scandali præbere vitam eor̄, q̄ conspicuo in Eccl̄a sunt loco positi. Nam semp̄ verū est oē animi vitium, tanto conspectiꝰ in se crimē h̄t, quanto, q̄ peccat maior habetur. Præsens ei malo remediū à chr̄o ipso monstratū est: censura vilt̄ Eccl̄æ, cuius regula præscribir̄ Matt. 18. Eius finis duplex est, quor̄ alter siue fratris priuata, siue Eccl̄æ publica censura asseqūr, vt vilt̄ emender̄ qui deliquit. Vt pro Ethnico habear̄, si Ecclesiā audire recuset. Verū ne nō vbiq̄ sui similis esset Satan, etiā hic nodum in scirpo reperit. Nam si q̄s correptus à fratre negasset facinus, hic vero testes eius facti, cuius ille accusaretur, plane ignaros adsciuisset, ac velut prius factum inficiarer̄ is, q̄ admonebar̄ apud multos hoc impetrauit Satanas, vt cū ad Eccl̄am ventum esset, vellent eum his testibus damnari: Cum tn̄ ille nō neget se præsentibus eis esse admonitū, sed hoc perneget se iuste esse reprehensū. Deinde & hoc fit vt illud interdū flagitij loco dānetur, quod is q̄ deliquit, pro flagitio non agnoscit, & tn̄ tradir̄ Satanæ. Qua quidem in re Diabolus suas artes mirifice ostētat. Nam q̄ ē æquitas, velle, vt contra quā iudicat aliquis lingua culpam agnoscat? Doceant illi iniustū esse quod arguunt, si nōdum asseqūr ita esse, vbi est charitas, qua infirmū tollerare iubeatur? Apparet certe hoc potius quæri ne, q̄ reprehendit, sine caussa corripuisse frm̄ videar̄, vtq̄ penes illū sit victoria, ac formidabilis ipsius reddar̄ autoritas. Quod consiliū in Pontificijs hæreticæ prauitatis inquisitoribus deprehendir̄ manifeste, cui, an subscribere debeant fideliū Eccl̄æ alij iudicabunt. Quod si retinear̄ illud chr̄i institutū nihil erit salubrius ad cauenda scandala. Videndum aut̄ ē quis sit monitor ille, q̄ frm̄ corripere velit. Nam si ipse flagitijs fuerit coopertus, aut suspectus delinquēti aut alieni erga ipsum ai, nulla cū fruge admonitionē instituet, nisi forte seipsū simul accuset, ac ita ad emendādæ vitæ societatē frm̄ inuitet. Omnino debet monitor eiusmodi esse bona existimatione, caritatis & mansuetudinis chrianæ, cui nō externa hypocrisis, sed mores probati reddant honestū testimoniū. Nam nisi talis sit, offendet magis, quā sanet errantem, q̄ res diabolo, quā Eccl̄æ multo erit commodior: Etsi aut̄ ex illa admiratione abusus sequūnr̄ & in tyrannidē censura ista

Monitor quis esse debet.

sta facile degenerat, quod magno Ecclæ malo quotidie experimur. Itē pij magistratus non debent eam impedire, nisi chrm̄ libeat impunitatis accusare, vel qui ista scandala nō viderit. Explorent potius diligenter, quōdo administrēr illa disciplina, ac si quā animaduertāt peccatorem, eā cōerceant. Verū siqs verā cām dicere velit, fatebit hoc esse, quod inuisa magistratibus istā Ecclæ censurā faciat, quod suorū sibi delictor̄ conscij nolunt in ordinē redigi, sed iniement illi suum iudicem. Sicut quī in alijs rebus oībus, ita & hic in delictis discrimē habendū est, ne scutica dignū horribili sectere flagello. Nam experientia docet, ob factam fraudem aliquot denarior̄, aliquos à cœtu reiectos esse cū obtrectatione & virulentia linguæ vix vnquā pumita esse deprehendamus. In causa hoc est, quod susurrones isti, alior̄ vitijs carpendis, sibi innocentiæ opinionē aliquā parare consueuerint. Tandem & hoc addendū est, æquale totius Ecclæ in hac re ius esse. Si em̄ magistratus illius corruptus sit, ac impura vita blasphemādi Euangelij occasionē hostibus præbeat nihil caussæ est, quin de illo Ecclā iudicare, ac salem nihili & inutilem foras proijcere possit. Id saltem cauendū ne immodeste, ne præcipitanter aliqd hac in parte committat.

De publica pœnitentia cur repudianda sit.

Pœnitentia cur reperta.

Ad censurā Ecclæ pertinet institutū illud publicæ pœnitētiæ quā vocant. Ea reperta est, quod vident mandatū Dei, vt quem admissi pœniteret, illi ignoscerent. nō aut viderūt signum aliquod satis manifestum, ex quo colligerent eū in viā redijsse. In hac exigenda veteres fuerunt rigidissimi, idq. præter chri mandatū. nō dico tibi septies, sed septuagies septies. Nobis aut certū esse debet nō licere vllum humano ingenio excogitatū iugū Ecclæ chri imponere. Quare vix reperimus quod in isto instituto probemus. Nam initio multū periculi est, ne tandem excusso pudore alia grauiora accumulem, ac Ecclā riursū traditionibus humanis oneretur. Deinde finem, quem statuunt, vt videlicet signū extet, illum pœnitere admissi, possumus eundem plane asseq si vicim, & q cū eo versam id de eo testem. Nam quod dicant hypocrisim & simulationē metuendam esse, nihil est. Quid enim prohibet, quominus & publicam pœnitentiā simulare possit, id quod de Ecclesiasticis & alijs legimus? Præterea Ecclā Dei nō est suspicax, Caritas em̄ nō permittit. Quæ si tibi inepta videā, scito à Paulo talem requiri, quem si damnas etiā

Pœnitentiæ institutio q̄ mala secum adferat.

atq.

atq. etiã vide, quo id spiritũ facias, nã Dei sprs secũ nõ pugnat.

Reconciliationis rõ. Porro si obijcias tũ in tota Eccłam peccasse, ideo cũ tota Eccła oportere redire in gratiã, id tantum habeto, si alia rõne illi satisfieri nequeat, non dicturos nos caussã quin ita fiat. Sed sicut nemo priuatus hoc ferre debet, vt seu pullatus, seu candidatus frater ante ipsũ se prosternat: ita cum primis turpe fuerit, eã q̃ in singulis Eccłe membris requiritur modestiã in ipso corpore desiderari. Reciprue cum hoc agãr in Eccła, vt q̃ deliquit, discat, q̃do cũ Deo reconciliari debeat. Chriãni ad ignoscendũ debent esse faciles. Quid quod ista pœnitentia publica pharisaicos sprs vehementer inflat. Nam vt q̃sq; aliud ita prostratũ intuer̃ blandir̃ sibi q̃ tantis peccatis nequaquã sit pollutus. Et quod peius est, videbir̃ Deo grãs agere, ac eius caussa facere, quod tamen priuato affectui dat. Isti nequaquã audiendi sunt, q̃ pudore ei rei adũnctũ esse ac ita alios a peccando deterreri prædicant. Humanũ est hoc consilium. Quid aliud Papa ad stabiliendã auricularem confessionẽ adferret? Imo quem censura ista Eccła, qua pro publicano habẽr non deterret, eum multo minus theatricus hic ludus mouebit. Quin potius hoc nobis esto fixũ, nõ licere Dei institutis q̃dquam addere, etiã si prætextus sit optimus. Etsi em̃ nos nõ videmus q̃ mali istirej insit: nõ tñ ppterea nihil est. Sequamur illius regulam, q̃ admonitus nõ resipuerit, pro nostro ne agnoscamus, redeuntẽ in viã, quã pt fieri minima verbor̃ pompa recipiamus.

LIBER QVINTVS

Quomodo error confirmetur, ita vt perpetua in Eccła sint tenebræ.

Explicauimus breuiter, qua ratione Diabolus Eccłam Dei oppugnare, q̃ doctrinã iuncta ac morũ disciplina corrumpere soleat, vt ita chri regnũ euertat. Nunc dicendũ est, q̃do suã stabiliat tyrrannidem, ne miseris hoĩbus, quos in tenebris densissimis tenet captiuos, lux aliqua Euangelij affulgere possit. Principio cũ ad inquirendũ & sciendũ hõ ita sit promus, vt ad id vnũ factus videar ac nulla ipsi imperari possit quies, donec quod voluit quodq; expetiuit assequar: interest Satanæ plurimũ, si iudiciũ nostrũ quã minimũ habeat viriũ, sic̃ hoc efficere possit, vt religionis ne in mentẽ q̃dẽ vnquã veniat. Non enim ignorat, si sententiar̃ permittar̃ libertas ab inquisitione veritatis nemo retrahar̃, futurũ facile vt ex

Inquirendi sciendi via Satanas q̃do impedit

mult.

multis ijsq; varijs sentijs diiudicatis et expensis tandē ea eliciar. Quare in eo totus est, vt postquam doctrina aliqua maxime impia obtinuit, adeo oēm inquirendi libertatē e medio tollat, vt in eos, q vel mutire ausint, atrocissima quaq; statuat exempla. Quia aut sciendi desideriū inde vehementer accendi solet, si bonū esse id, q̄o destituimur, habeamus compertū, et nō desperemus, nos posse id conseq. Ideo Satanas hoc oī conatu agit, vt contrariū plane nobis persuadeat, ac ita nec bonū esse, quod appetamus, nec cū aliqua spe assequēdi coniunctum demonstret. Hoc vbi fit, languet iā et concidit illud inquirendi studiū, ac in eodem semp luto hæremus, sic vt oblatū aliūde verū, maiore pertinacia repudiemus, quam solis aspectum, ij quos in specu vmbras quasdā rerū intueri Plato narrat. Si qs nostrū ita sibi persuaserit, quod aīo sincero et pio faciat, pastoris sui consilium secutus, id nō posse, Deo nō vehementer gratū esse. Ille scīt non multū putabit referre, siue sciat quod verū sit, siue ignoret. Ac quia in bonis nō ponit veri cognitionem, nequaquā putabit de ea inquirendū esse. Si ad hoc id accesserit, vt agnitio veri, aliqd mali in se habere videar, quale e, perferre molestias et labores, sumtus facere, exilia et mortem ipsam sibi in horas promittere et id genus alia: nullis machinis hōem eo pertraxeris, vt poenitere, veluti putat tanti velit emere. Retrahit eū et hoc, si spes assequendi, id quod appetit, adimi videar, vel quod ocio vel quod ingenio destitui putet. Hæc cum nō ignoret Satanas, exaggerat quantū pt oīa, et e musca plusquam elephantū facit, ne vlla ratione libeat frustra fatigare ingeniū, ac de rebus supra hōem positis, inquirere.

Caussæ ex quibus peruersa hominum de Euangelio existunt iudicia, vt non libeat id amplecti.

1 Cum nō pauca sint, q̄ sinistram hōibus de Euangelio opinionē ingerant vix reperier qdq̄ id efficere facilius, quā altercationes doctor, et de ijs q̄ in controuersiā veniūt hostiles rixæ. Nam cū videt populus nec linguar cognitionē, nec commentarios doctorū viror, malo isti mederi posse, huc veniet tandem, vt scriptura nihil obscurius, nihil intricatius esse pronunciet. Huic iudicio vt falso prorsus, ita peruulgato admodū, occasionē præbet damnosa eor ostentatio, q ne nihil videanr legisse (quandoqdem biblior vsū vt quotidianū fastidiūs) interpretes pro scriptura ad confirmāda dogmata adferre solent. Petrū aut Paulum in bene longa concione semel fortassis atq; iterū citari audies, Patrū autoritas ad singula quæq; verba explicāda aduocabir. Inde colligit populus difficillimā esse Euangelij doctrin.

Doctorū rixæ religionis viam p̄cludunt.

Interpretū autoritas periculosa

ctrinam, nec percipi posse, nisiqs oēs omniū euoluat commentarios
quor ea est multitudo et vastitas, vt vita oīs videar esse breuior
quam vt vel numerū aliqs exacte cognoscere posset. Origine 6000
Origenis libri, 6000. libror reliquisse in literas relatum est. Et nra ætas vetustati
palmam hanc iam olim præripuit, ea re perturbati hoēs simplices
omne doctrinæ studiū abijciunt, idq; ad solos sacerdotes relegant
quod primū malæ consuetudinis est incommodū. Alter ē quod 3
honor verbo diuino debitus transcribir hoībus. Neq; n. auditores
quod credūt, qz sic scriptū sit, id eni putant, se nō posse intellige:
re, sed interpretis autoritatē sequunr, ac qz ille ita voluerit, ac
cipi credūt. Cumq; scriptor autoritas non sit satis firma, sed
nunc repudienr, q nuper erant in honore, periculū est, ne multa in
uehat ista consuetudo cū verbo Dei pugnantia. Quid quod 4
et Deo adfer contumelia, q se paruulis reuelare mysteria testar
cū ista ratione soli eruditi et sapientes mūdi videanr verū scire
et profiteri. Adde huc, quod ad extirpandos errores, nihil fieri pos 5
sit incommodius, cū tn oī studio in id incumbendū sit, vt quā fie
ri possit simplicissima detegendæ hæreseos ratio ineatur, q certe
alibi quā in puro verbo Dei nō reperier. Quare prorsus reti
nenda erat ea, quā Lutherus restituerat, consuetudo, vt solū
verbū Dei ad dogmatū confirmationē reciperer. Bonū et pium
fuit studiū eorū, q hostes suis confici telis et patrū admiratores
eorundē testimonio conuinci oportere existimarūt. Sed omniū expe
ctatione peius cessit id institutū, et successus spem longe optimā
plane fefellit. Nam cū antea aduersarij in angustum coacti fue:
rint, imprudentia nostra, amplissimus illis ad effugiendū campus
est apertus. Contra hoc vero scandalum, quod ex doctor conflicta
Rationes confirmandi auditores contra scandala. tionibus nasci diximus, vnū fuerit remediū, si moneār populus cre: 1
bro, oportere hæreses et sectas esse, vt electi probenr, easq; dissensio
nes adeo nō debere pijs animū adimere, vt addere potius debeant
et summā spem facere, futurū vt ipsis tanquam paruulis reuelenr
regni chri mysteria, qualia a magnis illis ingenijs capi nō possint.
Deinde danda opera, vt aut sopianr istæ altercationes, aut cū mini 2
mo strepitu tractenr. Ex ea, quam primo recēsuimus opinione, na: 6
11 scir altera, priore illa nihilo sanior: Non vult oībus datū esse sci:
re qd credant, satis esse si ijs obtemperent, q doceant, quor periculo fu:
turū sit vt in errorem abducanr. Hæc cum tutissima ad tranquilita:
tem via esse videar, eā insistūt, ac omniū sacrar rer cogitationē
ad pau.

ad paucos eosq; eximie doctos reÿciunt, ac proinde rident eos, q ob
eiusmodi res vitam sibi insuauē & acerbam faciunt. Huic ēt malo
pastores Ecclesiar̄ oleū addunt sæpissime, dum eos, q sciscitari de ali-
7 quibus audent, contumeliose reÿciunt, ac vel calceos suere, vel simile
huic aliquod seruile opus facere, cum stomacho iubent, quæstiones aut̄
de dogmatibus sibi & sui similibus relinqui postulant. Horū exemplo
deinde terrenr̄ alÿ, vt nō temere se eiusmodi molestÿs inuoluere velint,
alÿsq; ne id faciant hortatores existant. Hinc necesse ē omniū rerum
sequi ignorantiam. Sciant igr̄ ambitiosi & inflati isti doctores, se exi-
miam Satanæ nauare operā, dum importunitate sua populū à sacrarū
literar̄ lectione retrahunt. Si peccet maxime q interrogat, tn̄ modesta
& grauis nō iracūda & præceps debet esse repræhensio. Si legit scriptu-
ram, si cum æqualibus aut etiam superioribus de dogmatis confert,
imo ēt si tibi nō mox concedit magnos & celebres opinionis suæ testes
alleganti, nihil peccat omnino. Neq; n. scriptoribus sed demonstratio-
nibus ex verbo Dei sumtis alligata est ipsius conscia, quas vt certas
& apertas proferre possit, preces tibi cum illo coniungendæ sunt.
Si insolenter aut immodestē in ear̄ rer̄ inquisitione verser̄, eo qdem
nōe repræhendi potest, sic tn̄ vt à personæ vilitate, à gr̄is obscuri
tate, à literar̄ imperitia obiurgatio tua prorsus seiuncta sit.
Nam etiam atq; etiam cauendū est, ne tua acerbitate vel illū vel soci-
os illius à pietatis studio facias alienos. Imo huc potius cohortabe-
ris, vt sedulo vt diligenter in eo verser̄, ac à Deo eor̄ q legit intelle-
ctum poscat. Vt in pauca deniq; res conferar̄, duo sunt proposita, si
leget scripturam populus, lites contentiones sectas esse necesse fue-
rit. Nam ingenior̄ magna ē diuersitas & mensura spiritus inæqua-
lis, sin populus eius studiū abiecerit, ac solis sacerdotibus id reliquerit,
fiet vt paucis illis à Satana deceptis & corruptis, ōis pietatis hor-
ribilis πανολεθρία sequar̄, quod an expediat qsq; facile viderit.
8 Confirmat errorem & illud, ac inquirendi ardorem restinguit, si iu-
dicia, qbus verū à falso distinguere posse videmur cū nostro errore
vehementer congruant. Nam primo Deū imaginamur nobis ridicu-
lum eumq; plane ex nostro ingenio iudicamus, ac si delecter̄ apparatū
exquisito, splendore & magnificentia, nihil aut̄, nisi præstes noxam
condonet, nugis item vt musica, vestibus picturatis & similibus de-
lecter̄. Vnde odimus qdqd istis nostris speculationibus aduersatur. Dein-
9 de id in falsi suspicione ægerrime patimur venire, quod à nostræ gentis
hōibus diu est creditū, præcipue si inter eos aliq fuerint pietate & erudi-
tione

Auditores ad inquirendū & disputandū admittendi comiter.

tione clari, illos ne videamur damnare velle, qdqd nouitatem
aliquā redolet repudiamus, vt in quo veri aliqd esse ne suspicari
qdem libeat, vnde prophanæ multor̄ voces audiūr̄. Malle ipsos
cū patribus damnari, quā cū istis hæreticis saluari, et satius esse cū
tot magnis et doctis viris errare, quā cū istis heri aut nudius
tertius natis theologis recte sentire. Adeo pertinax qddā est re-
ligionē à maioribus quasi de manu-traditā accepisse. Neq; sa-
ne eximi facile persuasio ista alicui poterit, nisi quotidie clama
ueris, non spectandū esse qd hic aut ille dixerit: sed qd Deus ꝑ-
ceperit, nec subsistendū esse in deprahensa maior̄ religione, sed
Ratio inquirendi. expendendū, quo illa testimonio scripturæ nitar̄, et curita credide-
rint. Hæc vna rō ē, qua ad inquirendū excitari possint. Verū si
ita colligere liceret, nusquā esset verior religio, quā apud Ethni-
cos, q longā amor̄ successionē superstitioni suæ nō sine colore ꝑ-
texere poterant. Corrumpit iudiciū illud qo si, dogma, quod inue- 10
hir̄, infamis aliqs hæreticus antea defenderit. Nam illius vel
nomen solum sufficiet ad id vt sacrilegus habearis, q fœtidum
errorem iā olim sepultū execrabili temeritate refodere ausis.
At si hoc firmū esset, christianismū in vniuersū eiurare oporteret
cuius nullū caput est, quod ab hæreticis olim creditū et defensum
nō fuerit. Iudicar̄ etiā ex prosperitate et successū docentium, 11
et discentiū. Qui si affligant̄ diuinitus, nunq̄ effugiēt, qn scele-
rati esse perhibeant̄. A vita qo et moribus æstimar̄ religio, quod 12
si erret et labar̄ eor̄, q Euangeliū docent et discunt, quisquā, in do
ctrinā ista faba cudir̄, et quod chorus peccauit, tibicen luit, quod
dici solet. Verū hæc duo ex fortuna et vita fideliū sumta iu
dicia in se retorqueri hypocritæ nō patiunt̄, neq; ex ijs censeri vo
lunt. Tandē à temporis et loci ratione sumuntur signa, vt 13
quod noctu, quod clam inter paucos docer̄, id ver̄ esse et rectū nō
facile credar̄. Hoc sub pio magr̄atu nō contemnendū esset argm̄
sub impio valde infirmū est. Nam si magr̄atus hostis Euangelij sit, non
nisi clam doceri verū poterit, id quod in prima Eccl̄a factū esse satis ap
paret, Et christianiar̄ antelucani congressus à Plinio commemoran̄.
clamant Ephesini aperte per duas horas Magna Diana Ephesiorū, Et tn̄
ob id idololatria laudanda nō est. Turcæ aperte suā impietatē iactāt
à qua tn̄ pij merito abhorrent. Quare enixe operā dabit Ecclesiastes
vt monitus populus fallacibus iudicijs non assuescat, sed ex solo ver-
bo Dei pendere, ex eoq; de religione censuram instituere discat.
Confirmat errores ēt nō leuiter, illud plusquā vatinianū odiū, quod 14
in aduersā doctrinā ceū hæreditariū oēs circumferimus, præcipue si
ea,

ea quā tuemur religio, viā aliquā ad vitam æternā, cuius nequaquā negligentes haberi volumus commonstrare videar̄, ac voluptatibus non rigide interdicat: Si deniq; talis sit qualem caro optare potest. Nam diabolus, vt simplicibus perstringat oculos profligata veritate errorem quem substituit foecundum facit, suppululantibus alijs atq; alijs q̄bus prior ille impugnari videar̄. Itaq; nō minora sūt eor̄ q̄o odia, q̄ diuerso q̄dem modo, sed tn̄ oēs errant, quā eor̄, q̄ emicātem veritatem student opprimere. Inde fit vt si quando illa caput efferat, vndiq; hostilr̄ impugner̄, vbi Satanas frigidā suffundere nō cessat, ne vllū crudelitatis & sæuitiæ exemplum prætermittar̄. Quare & hic monendi erant pij, vt errores ita odisse discant, ne interim pro hōibus orare ijsq; benefacere cessent. Alioqui enī futur̄ vt dum hæresim & errores persequi videm̄, Deo bellum inferant.

15 Hoc tandem nō contemnendum q̄o Satanæ stratagema est, quo errores constabilire solet, si videlicet euidentibus & in oculos incurrentibus notis deprehendi possint, q̄ contra ipsius tyrrannidē aliq̄d moliuntur. Hoc callidissime consecutus ē veterator, publica q̄dā inducens exercitia, a quibus q̄ abstinent, illos iā pro hostibus habere non dubitat. Huius gr̄is fuerunt in papatu Audire Missā: capud idolo flectere: lustrali aqua se aspergere &c. Ab his si quis abstineat, iā suspectus ē, nec finis vllus insidiandi expectandus donec deprehendar̄. In istis laqueis, auricularis confessio vt vocāt

16. nō postremū locū ht̄, & quod ei proximū ē, si de oībus ēt leuissimis doctrinæ capitibus exigam̄ confessiones, quo nullū aptius ad tyrrannidē suā confirmandam instrumentū Diabolus habere potuit. Nā aut Deū offendi, aut cōsciā grauiter Sauciari necesse est. Vider̄ ista consuetudo ab initijs nō pessimis profecta, tunc cū purior paulo esset adhuc doctrina, & nihilominus Apostolorū simbolum iudicarer̄ simplicius, quā vt acutis istis patribus satisfaceret. Sed quo euaserit tandem videmus, corrupta vbiq; doctrina Euangelij est, & retiner̄ nihilominus inueterata consuetudo confessionis exigendæ. Inde fit, vt ad docendū nō admittar̄, nisi q̄ vel in reformationis huius vel illius vel apologiæ vel confessionis quocūq; tandem sit nōe, verba iurarit. Imo aliq̄ egregie sibi videm̄ pij, si in scholis ēt ab adolescentulis idem exigant, q̄ cū exilia sibi videant proposita nisi adulem̄ pastori blandiunt̄ illi sctt, & oī impietati subscribunt. Idem fieri in plebe certissimū est, idem inter ipsos doctores, q̄ si nō oēs inflatis istis maior̄ gentiū dogmatistis herbam vltro porrigant. Præter atrocia conuitia, quæ nō alibi proueniūt vberius, sæpe hoc lucri faciunt vt a functione remoueam̄. Non de confessione fidei nobis sermo est, quæ necessaria ad salutem doctri-

næ

nae capita complectiñ & ab oibus praestari debet. Sed de superstitiosa ebñ tyrranide, q de minutissimis subtilitatibus, Paulo ipsi et ignotis articulos fidei faciunt. Nec Apostolor symbolo contenti scriptor autoritatē nobis sacrosanctā facere volut, diligenēus multō sciscitati vtrū Luteramiscis an Zuinghianis Christ n. res rediit vt sicut philosephor familiae ex ipsis, ita christiani ad abnegato vero magistro ex hoibus habeant noia. Q. quā, an christianus sis, & eū vitae ac salutis autorē agnoscas. Pingit tyrranis haec aliquo certe colore errantem vilt frm hac rone deprahendi ac reduci posse in viā, aut si pertinaciter reluctēr ab Ecclā posse removeri. Sed hoc cū dicit non nē animaduertūt, grauissima contra oes doctores accusatione instituj. Quod si essent mansueti eruditi & studerent charitati & bonis moribus, fieret vt vltro se proderent, ac ad disputandū prodirēt, q ex receptā doctrina sentirent diuersū, nec recusarēt solidas ex verbo Dei solutiones audire. Quod si obtmeret, minquā nō superior euaderet veritas. Ex ista vero tyrranide haec sequuñr commoda. Qui dogma publicū improbat, scribet confessionem suā ambique si periculū sentiat ibi imminere, ac ita quod volebant, nequaquā assecuti fecerint. Si vrgeas vt dicat plantus, q timidus fuerit, fatebñr se credere sicuti vis, & peierabit, nō alia saucia cōscia relicta consolatione, q3 iurasse linguā, mentē esse mūratā. Qui vero fuerit animosior, ac quod res est dixerit, nō dubitans pro veritate morte oppetere, papa quot sanguine suo faciet discipulos! Sin fugerit, quas in Ecclam ia stam exercebit inimicitias! quae odia! neq. vero alio cā habebit loco quā Satanae synagogā. Inde oriuntur Sectae, adeō vt si velis maximē nō tñ possis, deploratis ia rebus medicina reperire idoneam. Tibi tuae sapiae, q confessiones exigere suadebat erunt fructus. Videbar tibi ita cōsultū fore, at cū apertū nullū Dei verbū proferre posses, nihil caussae erat, cur Satanae instituta ista promoueres. Dicas ob abusū nō oportere damnarj, q recta sint instituta, alioq nec serpentem illū Mosis nec canā Dñi laudem mereri. Ver & atq. et cogita, Deo, cur hoc aut illud velit, certas constare rones, q nō ignorat & inde sit secuturū: At qs tu es, q inuentū hominū cum Dei verbo tuis comparare! cum seuerū legas ipsius mandatū, ne ad cultū eius quod ab hoibus inuectū sit quicquā adferas. Cōtenda itaq. omnino hic prudentia carnis est, q nusquā nō gulatior ipso Deo videri cupit & timenda simplex & breuis fidei nostrae confessio iuxta quam vel Christiani vel ab Ecclā fideliū aliem iudicamur. Nec augeamus articulos fidei, Diabolus nequā est, & oibus rebus quantumuis bonis impietatis notā studet imprimere. Non itaq. est cur vltro illi, nostris illis philosophicis confessionibus occasionem ministremus.

Confessio seu subscriptio violenta

17

1

2

Quomodo

Quomodo veritatis assertores impediat Satanas ne verum docere possint.

Quid impediat auditores ne velint agnoscere verũ iã ondimus, subijciendũ nunc, qdo ipsos doctores opprimere studeat Diabolus vt nec possint nec velint verum docere. Nam qz impedire nõ pt, ne aliq diuinitus edocti veritatẽ agnoscant, hoc saltẽ agit, vt docẽtibus collocet insidias, ne ad populum habere possint aditũ, neue ex facili, quod concipiunt perficiant: Primũ huc intendunt oia consilia vt calumnijs & delationibus, crudelitatẽ eor, q in magratu sunt, extimulet, ac ministrũ verbi diuini e medio tollere possit. Ad id perficiendum requirit, vt ille innotescat, quod cũ nõ taceat, nõ pt vlla rõne caueri, præcipue cũ sua habeat πρίτυρια Satan, ex qbus facile depræhẽdet eũ, q in Rempub. antichristi aliqd machinet. In depræhensi inuidiã satis habet veteris alicuius sectæ aut hæreseos nomen componere ac id obiectare, nõ sine vitæ & mor repræhensione. Ita nra ætate dicunt fideles oper bonor exercitia e medio tollere, insidiari magistratibus, requirere promiscuã venerẽ, qualia multa primitiuæ quoq Ecclæ sub imperatoribus impingebant. Sic Lutherus dicebat Hussij & Vicleffij venena spargere. Quod si ipsi doctores ius gladij vsurpent, sicut Romæ fit, apparebit facillime et cæco quo ferant spiritu: Adeo oia sanguine inundant: Sin a magratu peti oporteat capitalem in hæreticos sentiã, hoc ager, vt neqs illis dicendi locus relinquat. Nam in libera defensione suũ regnũ periclitari Satan nõ ignorat. Itaq ambas iudicis aures, quantũ pt occupat, vt indicta caussa reus damnet. Ad id plurimũ conferunt hæc, si calumniator eã obtineat autoritatẽ, in eaq apud iudicẽ sit existimatione, vt nulla iniuria, nullo affectu impulsus ad accusationẽ descendisse videat. Deinde si eo habeat ingenio, vt falli nõ possit in dogmate iudicando, quippe cuius tantũ sit acumẽ, vt et pulicũ saltus ipso Socrate peritius metiri posse existimet. Nã cum singulor vitã ita prope inspicere principes nõ possint, præcipue si ab aulis hypocritæ isti absint. Præterea vultum gestum & orationẽ eor ad pietatẽ diligenter componi videant, pro suo candore nõ male de illis suspicant, ac si accedat alior commendatio, q & ipsi sæpe tum fallunt tum corrumpuntur, nõ alio quã bonorũ loco habent. Hoc qo ad pior doctor oppressionẽ multum facit, si principes aut magistratus deijs, q in qstione sunt rebus, iudicare nõ possint. Quod eo fit perniciosius, quo frequentius eor ignorãtia hypocritæ abutunt. Illi existimant sacrar literar studiũ, ad se nõ ptinere. Satis esse, si ex sacerdotũ arbitrio faciant, qdqd hi iusserint: at hi

Ministrorum proditores quales.

nũqz

nunquā eo dementiæ venient, vt ignorantiā Viro principi dedecori esse ōndant. Adde huc quod suspicionibus maxime indulgent q potentes sunt. Vt primū igr audierint hæreticū illū contra publicā regni quietem machinari nescio qd assentientes sctt id esse verisimile, atq; hæc plus satis frequens ad veritatē extinguendā via ē, hic aries impulsus regū et monarchar indignationē secū trahit ac præsens pijs doctoribus creat exitiū. Qui si contemti sint et inopes, nō digni habent, q alr quā ferro et igni, aut si angelis proxima præster mansuetudo, exilio emendent.

Calumniatorum duo genera.

Sunt aut calumniator duo grā: Alij plane contra consciam faciunt, idq; scientes, vt Susannæ accusatores†: Alij vero fallunt et sua ipsor consilia nō satis intelligūt. Partim eni nō ignorāt se falsū dicere, sed errorē ita iudicant execrabilē, vt quoquo modo extirpari eū credāt satius, quā vt latius serpere permittar. Ideoq; nō in peccatis numerant, cū veris nō possint, si falsis eū accusationib opprimāt. Partim vero impellunt zelo, ac cum nihil minus faciant videnr tn sibi Dei cam agere, neq. sane intelligunt se mentiri. Tales fuerūt, q chrm persecuti sunt pleriq. Nam si eū cognouissēt Dom gloriæ nunquā crucifixissent,. Vtriq; sunt crudeles admodū sed illor odijs, vel sacietas tandem imponit finē. Hi quo plus hauriunt sanguinis, eo plus sitiunt. Tales hostes oībus temporibus Eccla habuit, et sane oēs in pectore pharisaismū gestamus. Neq. solis Iudæis dictū est: Væ vobis q Pphetis quos Patres vri occiderūt extruitis altaria. Quod si cum hoc mentis errore, ea q diximus coniungunt, vt autoritas, eruditio, ignorātia, magratus ss tum vero Satanas, quantus quantus est, se totū aperit, et magno supercilio clamamus: Nisi hic peccator esset, nō eū tibi huc adduxissemus. Impedit deinde et hoc, ne possit verū. Si q antea receptā doctrinā impugnarunt, vel inepte disputarunt, vel moribus nō satis fuerūt laudatis, aut ēt pro errore aliū substituere conati sūt: Item si inuicem dissē serit qua in re mirabilem depræhendimus Satanæ artem. Nam si duo aut tres de aliquo dissentiant dogmate, reliq oēs idem credāt, de hor consensu nullū fiet verbū, istor paucor dissensio, oībus erit in ore. Idē fit in moribus iudicandis, quod pie, quod recte, quod iuste fit ab aliquo, nemo narrat: At si vel leui in re, erret idem, nemini satis verbor ad fœditatē lapsus illius depingendā suppetit, et quod vnus aliqs peccauit in totius Ecclæ inuidiā redundabit. Quod si ipsi doctores mutuis se conuitijs proscindāt, ac vnius contra alter testimoniū Satanas possit arripere, incredibile est, quā præ gaudio exiliat, quā triumphet. Diligēter

† et Francisci Dauidis

itaq

itaq. oibus pijs ministris danda est opera, vt nec minis et iniurijs se patiam̄ de gradu deijci, nec vlla r̄one ad scurilē istā maledicentiā pertrahi. Nam ea res ita Satanici imperij fines profert, vt si ipsi detur optio, aliud nihil electurus sit, quo regnū stabiliat, quā iurati ipsius hostes, Euangelij videlicet præcones faciunt.

Quomodo impediat Satanas ne quis velit verum dicere.

Ne aut̄ qs velit etiā veritatē docere, ijsdem ferme artibus diabolus efficit. Terrem̄ eni multi crudelibus eor̄ suppliciis, q pessime accipiunt̄.
1 Istud tantū accedit, qd eos, q carcere, et vinculis expugnari nō potuerūt blanditijs et mollicie facilius multo vinci Satanas nō ignorat.
2 Ideoq. amplissimis ꝓpositis ꝓmijs, honor̄ ac dignitatis procul ostētato splēdore, et q mūdi princeps largiri pt̄ monstratis oibus vt adorer̄ postulat. Quod illius vere ignitū telum ꝓpter ingenitā nobis honor̄ et opū cupiditatē, difficulter admodū euitari, docet experientia. At pius et fidelis miles chri, etiā atq. etiā cogitabit cui nomē dederit. Quod si e Duce nomē quærit, non reperiet, quō cū hoc conferre possit, quippe q sup oēm principatū euectus, sedeat ad dexterā Dei in cælestibus. Si præmiū spectat, qd dabit hic totus mūdus, quod cū vita æterna et omniū Sanctor̄ consuetudine, nō vltro permutari debeat. Alij nec pio nec iusto bello promtissimā sæpe locant operā, chrianus vero id nō præstabit Deo suo? quo nihil pt̄ cogitari Sanctius, nihil et̄ iustius vt q in Diabolū arma expediat, q homo in hoēm nec impiū, sæpe nec iniuriū, quoquo ꝓtextu stringere nō dubitat? Illis incerta victoria metum incutere pt̄: hic ea nihil est certius etiā in ipsa morte. Si ferenda est crux si persecutio, cogitet Deo nō desse iustas, cur ita velit, caussas, nec etiā rationem cumulatissime rependendi eā, quam præstitisti operā. Deinde chrs ipse Satanā regno exuit, sic vt prius morerer̄. Et qs pius optet meliore esse conditione, quam ille fuerit? Adde quod et maior futura est triumphi gloria, quo grauior debellandi hostis labor est. Talibus meditationibus preces crebras et serias addere oportet, ac in Deo spes collocanda est. Hac constantia sola nō alia vlla re Satanas vincir̄, si qs stationem deserit, ac loco cædit, væ illi. Vbi igr̄ animū obfirmaueris, prudentia opus ē, vt qdo tibi docēdū, vnde exordiendū sit caute expendas. Et si aut̄ locus tempus et occasio ista monstrent interdū, plus tn̄ in Dei spū ē ꝓsidij. Eius ductū alacriter seq nequaquā dubites. Videm̄ nō inepte præmitti posse q minus hēant inuidiæ. An aut̄ dogmata prius tradenda sint, quā vnde iudiciū de doctrina sumi oporteat commonstres, an contra nō pt̄ ꝓcipi.

Istud.

+ et Francisci Dauidis

pro veritate moriendū.

Vincere Satanā quomodo possumus.

Ministri prudentia in doctrinæ defensione.

Illud certũ est, nouitate nõ oẽs eodẽ modo affici. Interdũ enim offendi alijs videas, ꝓrita re maudita, alijs contra ad audiendũ vehementer excitari, et q̃ pumgata sũt leuiter inhaerẽt ãis. Nisi forte spes sit, te nõ impeditũ iri, vt ita reliqua addere possis. A depulsione q̃ calumniæ interdũ ordiri ꝑmitter, sictñ, vt a dolore, indignatione, odio, aut vindictæ cupiditate nequaquam videar ꝓficisci oro. In summa, orandus ẽ Deus, vt ipse det vobis sapientiam, cui nõ resistar: monendi itẽ auditores, ne ꝓpter crucẽ Euangelium auersemr, ac confirmãdi promissionibus diuinis animi. Cauendũ itẽ diligenter, ne iusta reprahendẽdi ansa alicui vita nra ministret, ac ita intrepide in vocatione ꝓgendũ ẽ. Hic monitos esse oportet oẽs eos, q̃bus post alios Deus aliqd patefecit, vt id cum summa modestia & dexteritate in medium ꝓferant, nec in alios detracheñ, quod stupidi, quod ignari fuerit, multo minus, quod malitiose veritatẽ suppresserit. Non decet christianas suspitiones animus multo minus ingratus erga eos, ꝑ quos Deus lucem suæ aliqd patefacere dignatus est. Qua in re meipse delinquũ, q̃ se noua maudita ab alijs nõ animaduersa adferre clamitarit, ac alios oẽs præ se fungos & stipites appellitant. Quæ res & ipsis sæpe molestias creat & Ecclesiã turbat. Prætereq̃ eñ quod in Deũ sunt contumeliosi q illis maiora nõ dedit, eẽ illos quantum in ipsis est a veritatis inquisitione reddũt alienos, quos ita traducũnt, præcipue cũm ob innatã illã q̃ omnẽ hãc nemo videri velit aliqd ignorasse, ac difficulter concedat se q̃ alia deprahenderit hac in re caꝯultiꝰ esse, vt ne addamus quod socios laudes nemo facile tollerat. Vnde videmus reformatores illos, si q̃s ab illis ꝓtermissũ aliqd attingat nõ alr insurgere ac ferociari, ac si famelico parẽ eripias. Prætera multi consulto relinquunt aliqua minoris momẽti vt facilius crassas superstitiones profligare possint eaq̃ deinceps q̃ ꝛ tirpari posse nõ dubitant. Quod iudicium sæpe pios & doctos viros fefellit. Eos igr̃ viuos nulla rõne Ecclesiastes irritare importuno sermone debet: mortuos nequaquã lacessere, ne cum laruis luctari videantur. Contra eõs monendus populus, vt ne indicta cã statim damnet quod docer, nec ꝓphetias asperner & extinguat spr̃s. Nam si falsum esse demonstratũ fuerit, satis tempestiue deinde q̃ damnabir̃.

Reformatores Euangeli, q̃d conuenit facere.

Nocet extare singularum ciuitatum de religione peculiares confessiones.

In eo q̃ stupenda ẽ Diaboli astutia, quod clauũ clauo trudere, errorẽq̃ errori substituere, etiãsi initio nihil tale, vel suspicer aliqs, peritissime didicit. Calumnia premit nõ tantũ ministros, sed & doctrinã, idq̃ adeo

vt sæp.

vt sæpe nomē ēt dogmatis odiosū faciat populo, dū scelus aliquod affingit, id quod pro sua versutia facillime potest. Hac Satanæ iniuria coacti sunt fideles ministri vt locū tuerent et calumniā refellerent Apologias et confessiones scribere testati aliud à se plane doceri, quam vulgo ferar. Qua parte postquā se teneri vidit Satanas aliud multo subtilius cogitauit stratagema, vt eā vilt istis apologijs seu confessionibus autoritatē conciliaret, ne vel minimū liceret cuiquā ab illis recedere, imo vero vt in eas iurare cogerent quinq. docerent. Ita paulatim ius sedentiū et libertas sententiar sublata ac ex necessaria pior defensione horribilis posteritati tyrannis relicta est, q̄ eo iam euasit, vt præter rixas et acerbas inimicitias nihil pariat aliud. Accedit huc, quod hostibus ita calumniā di ansā vltro porrigimus. Illi enim toties nouā adferri doctrinā clamāt quoties aliquā eiusmodi confessionē prodire conspexerint. Ideoq. tot in Euangelica doctrina sectas esse vociferant, quot formas chrianismi prostare sciunt. Iniuste qdem illi, sed interim simplicioribus psuadēt ac ita, quo nos defendimus, eo ipsi nos reos faciunt. Satius itaq. erat gralem aliquā confessionis formā de necessarijs ad salutē doctrinæ capitibus retineri, qualis in symbolo apostolor expressa est: quam vltro hostes in perniciē nostrā armare, et dissentientibus illis de fide locutionibus ad calumniā ipsis viam sternere. Nam si vna est fides, quorsū tanta diuersitas? Quæ vt in rebus ipsis nō sit, in verbis certe difficillime vitari pōt. Unde fit vt lis litem serat, ac contētionū nullus appareat finis. Præterea nihil simile videmus factum in hæbreor Eccla. Legebar ibi volumen legis, abolebant oēs idololatrici cultus, euertebant aræ, statuæ comminuebant q̄, ac ita instituebar Eccla reformatio, vt ad legem et testimoniū oēs reuocarent, 4 Reg. 23. Quare nec nobis caussa ē, cur velimus hac in parte illis sapientiores esse. Ostensū est prius, q̄ ad salutē cognitū sunt necessaria, ex illis facile apparet, q̄ in eiusmodi symbolo comprehendi debeāt, sic vt nec redūdet nec desit qd piā. Et ht sane oīa illud qd Apticū vocamus, ver vsus ipsius iā olim nullus ē. Cū n. illo nos pfiteamur chrianos debebāt in fidelibus agnosci, quotquot illud recipiūt, sed hodie nil minus fit. Nisi qs eni oēs subdistinctiones, et minutissimas monachor subtilitates se credere confirmet, quātūuis symbolū recipiat reycir, ac nisi oīb subscribat, sine exceptione hæreticus haber. Itaq. et hæc claua Satanæ è manibus extorquēda erat, nec committendū vt vel in leuissima re, ipsius subseruiamus voluntati, quod certe fit, dum semel scriptam confessionem pertinaciter tuemur, ac ita veritati, quantum in nobis est viam præcludimus.

Apologiarū et confessionū scribendarū caussa.

Reformatio doctrinæ apud hebreos qualis.

Quomodo.

Quomodo stratagemata sua, de quibus iam dictum est, expediat Satanas.

Quæ sint artes Satanæ, quibus luci admisceat tenebras, errorē vero faciat inuictū et perpetuū, quantū memoria complecti potuimus demonstrauimus. Nunc vt diligentius insidias istas cauere possimus, ipse nobis aduersarius considerandus est, q eiusmodi ē omnino vt nemini ē verear, cū quo ~~ita facit~~ pedē conferre et congredi, nō ausit. At illud ita facit cū sit sprs vt ne animaduertar qdem. Summa eni ipsi cū nostro aīo cognatio est, adeo vt alr nemo iudicet, quā suas sibi cogitationes oīa subijcere, nisi forte insigniter impiū sit, quod in mentē venit. Nam illud fortasse ex diabolo esse suspicari possis, sicut contra quod eximie piū et bonū sit ex Deo. Hoc tn interest, quod hō aliquo salutis tener desiderio, quod Satanas pessime odit. Homo videns meliora deteriora probat. Satanas aut de industria Deo bellum indicit. Homo pntia spectat, Diabolus aut ht fines remotos admodū, vnde sæpe illi insuauia et difficilia persuadet, vt sunt ieiunia chameunia flagra et similia, in quibus illi pietatē esse positā deprædicat. Sicut contra verisimile ē, hoem aliqua inuito Satana facere, vt siqs magni nōis vir de quo honesta omniū sit existimatio, flagitiū admittat, ac ita cā eius dignitate splendor impij dogmatis quod tuebar euanescat, alijsq. ad deprehendendā imposturā aperiant oculi. In alijs similes admodum sūt homo et Diabolus, quod ad consilia attinet. Neq. sane peccatū fuerit si quæ hō facit nequiter, Satanæ tribuas et contra. Nam et scriptura promiscue illis simul multa tribuit, vt tentationē sprs Act. 5. sic Iudæ proditionē vt Luc. 22. 8 Quod cū ita sit, nō satis caueri pt. Quia eni seipsum qsq. consilij autorem putat, ideo fraudem nō suspicamur. Si homo sit eum semel atq. iterū deprehensū cauere possimus: At Satanas etiā repulsus nullam patir iacturā, nec qcquā prohibet, quin alio tentationis grē confestim nos aggrediar. Si priu occulte tentauit, aggredier te mox aperto marte: Dum hic videberis intelligere periculū, ac propulsaturus iam præbuisti nudū latus insidijs, expugnatus ab ea, qua non timebas parte. De ijsdem rebus diuersissima suggerit consilia ante facinus. Dei lenitatem patientiā mīam prædicat, si, quod voluit, obtineat, lenitas in iram, patientia in indignationē, mīa in iudiciū, momento conuertir. Ac ita sæpe dementant hoēs, vt priores diabolo, posteriores sibi cogitationes tribuant, id quod ad desperationē magnā ianuā aperit. Tentat interdū per se seruata sua persona, vt ab incepto deterreat: Sæpe et transformatus in angelū lucis, vt paulatim impietatis semina iaciat: Interdū per alios, et qdem impios aperte ad pergendū hortar, spes amplas et præmia ondit: Pios vero vel ijsdem armis superat, vel alior de ipsis opinionē inculcat

Satanæ cognatio cum animo hominis.

Inter Satanam et hominem quid intersit.

Diaboli et hominis similitudo.

Tentationes Satanæ variæ.

cab, quā vt tueri velint sedulo monet. Non qdem est παρεργαστης sed tñ in coniecturis capiendis est perspicacissimus. Vnde ex duabus coniunctissimis cogitationibus alterā sæpe nobis suggerit, alterā ita tegit vt velut mole aliqua interposita ab ea oculos arceat. Sic Herodi monstrauit hoc, nasciturū Iudæis Regem ex vaticinia, quibus temp⁹ & locus notabat: At nō posse impediri, qz sic prædixisset Deus, hoc illi non oñdit. Ita factum est, vt cum istud crederet hoc nequaquā intelligeret, ac proinde eum conaret interficere. Et qd his cogitationibus coniunctius. Etsi aut certum est, pios non semp ipsius permitti potestati, quos Deus stare vult: tñ et hoc experimur, multa per illos quaq; dici & fieri, ad q̄ Satanas impellat. Nam ab istis certe initijs incrementum sumsit antichristi regnum, quibus & successum debemus. Multi n. pij & boni viri super fundamentū Apostolor ædificarūt stipulas idq. bona spe, quos hæterea ad Dei gloriā Ecclam pertinere nō negamus: at quin a Satana decepti fuerint, nō possumus vllo modo inficiari. Certe Chrs nō falso dixit: Satanam discipulos expetiuisse vt eos cribraret. Deus fideles suos per ista exercitia docet. Impios eadem via punit & perdit. Præcipuus aut diaboli conatus in eo est, vt magnos viros in ruinā impellat: q̄ tñ ita facit vt obscurissimos et nequaquā negligat. Nec afflictiones tantū eiusmodi animis inspirat, sed eē miracula facit. Ignem de cælo deuocat affligens fobum. Decipit Pharaonis magos, & qz princeps mundi ē, honores & opes liberalr offert. Quibus occasionibus incautos facile decipit. Demiq. oīa ea, q superioribus capitibus explicata sunt, ita suggerit vt ad regni sui stabiliendā tyrrannidem nihil faciat reliquū. Si pij docti sunt, si impij, si potentes, si contemti, docti seu rudes, si studiosus, verbi populus, si negligens, si pax, si bellū, si verū si falsū doceat, demiq. qqd fiat vbiq. reperit Satanas, ex quo aliqd ad suam cām excerpat commodi, quo leōnina nō pertingit, assuit vulpinam, si minis & carceribus nil efficit, pietate ipsa hoēm decipit. Vnde videmus multos præceps martyrij desiderium ita conficere, vt appareat eos vltro ita vocatūros carnificem. Cui morbo Origenem obnoxium fuisse narrant. Certe Chrs ipse morituros, nec ridebat nec ludebat, nec maiores ad crucem sprs, qnd oporteret adferebat, imo deprecatur mortē. Caute itaq. agendū, ne vim nobis Deū seq; eū diabolo interim colludamus. De arrogantia supra plurimus dictum est, qnd toties nō inculcaremus, nisi caput omniū stratagematū esset, quibus superamur. Ea extorquet nobis subinde voces, quas melius erat ne cogitasse q: dem,: Ego sum pastor Ecclæ, cur mihi nō plus habet fidei, quā scholastico illi indocto, aut fugitiuo, vel inopi mechanico! Contra q humili sut loco, querumq; iniqua statuj preciū laborj; sibi id deberi, quod possideat

pastor

Cogitationes Satanæ duæ coniunctissimæ.

Satanas etiam pios ad multa impellit.

exercitia piorum tentationes Satanæ.

Miracula quoq; decipit Satanas.

Satanas multa genus hominum, multa temporis occasionem negligit.

Arrogantia capitis stratagematum.

pastor, se et doctiores esse et feliciores in docendo, quam sit ille. Si modeste admodum de se sentiant, iudicant partem eorum ad se redire oportere, quod quia non fit, cum primis sanctum et pium opus esse statuunt dignitatem et existimationem illius, quam praeter aequum habere putant, quoque modo conuellere et labefactare. Ita itur in bellum ac odijs rixis et conuitijs omnia perstrepunt. Sic scilicet vincimus diabolum, vt victus rideat victores plorent.

Peroratio.

Habemus iam praecipua ferme omnia, quibus ad corruptionem tam doctrinae quam morum, et ad constabiliendos errores consueuit vti Satanas; Stratagemata, ipsius item aduersarij naturam, quantum nobis ad aedificationem expedit, succincte et breuiter exposuimus, quae omnia non ita intueri debemus ac si semel atque iterum inspexisse satis sit: sed omni studio et diligentia meditari conuenit, ne imparati et ex insidijs oppressi sine puluere, quod dicitur, hosti tradamus victoriam. Securitas omnis procul ex animis abijcienda est, nec istis cogitationibus indulgendum, Infirmis et imperitis haec scribi, nos longe esse melius exercitatos in ea arena, quam vt decipi possimus. Nam vbi haec persuasio animum occupauit actum est de nobis, tum enim quod voluit Diabolus assecutus est. Et quo quisque a laqueis illius videtur sibi longius, eo propior illis est, imo iam constrictus tenetur. Ad nihil vtilis est ista carnis sapientia, Satanas luctator dolosus est, captat primum pedes, ideo rari effugiunt, quin prosternantur, quicumque rationis deliramentis insistunt. Aliunde nobis petenda sunt arma militiae nostrae quibus tum nos ipsos contra vim muniamus, tum hostem quam feriamus. Eph. 6.

Arma militiae nostrae.

Baltheus veritatis primo requiritur, animus scilicet veritatis amans sine fuco et hypocrisi, qui nec ex contentione nec occasione clarum praedicet. Sancto thorax iusticiae, vt bona conscientia et studio gloriae Dei cum omni diligentia in vocatione nostra versemur. Calcaei quoque vt contemptis spinis ignominiae et iniuriarum Euangelium pacis annunciemus, ne persequamur hostes, sed reddamus bonum pro malo, ambulemus inoffensis pedibus, ac ita quo imperator vocat, sequamur. Clypeus fidei nos aduersus omnes impetus Satanae praestat tutos, vincit omnia difficilia et ardua, ne despondeamus animos, sed certissima victoriae spe ad metam contendamus. Quidni enim id praestet fides, quae si grani instar fuerit, montes quoque transpositura praedicantur. Galea porro salutis praestat indubitata spes confirmata per spiritum testificantem apud animum nostrum, quod simus filij Dei, et haeredes vitae aeternae. Quos enim filio dedit pater, eos seruat et dat illis vitam aeternam, nec quisquam oues eius ex manu illius rapiet. Tandem vt non sinistram tantum, vt Fabius ait, verum et dextram bonam, militem stremuum habere oporteat, qui non propulset tantum iniuriam hostilem, sed et vim adferat, ne vllo armorum genere Satanae simus impares, dedit nobis Deus gladium verbi sui viui.

viui et efficacis et quouis gladio alio et ancipiti acutioris, hebr. 4.
Quo si dextre vtamur nihil ita firmu contra statui potest quod non
prosternamus, nihil obijci quod non remoueamus, nihil denique occurrere
quod no alacri aio profligemus. Addendae aut isti panoplie sut pre:
ces et, qbus Dei exposcamus miam, q vna victoria nobis largiri potest.
Oremus ne tentemur supra id quod ferre possumus, quandoqde thesauru
in testaceis vasis circu ferimus, ac Satanae insidijs valde sumus oportu:
ni ne deserat nos, sed in infirmitate nostra laude sua pficiat conte:
rens Satana sub pedibus nostris: donet robur et virtute, et quod cepit
in nobis, in die Dni Iesu chri confirmet. Oremus et vt recte vtamur
monstratis a spru Sancto armis. Expendamus diligenter apud animum
quam sit horribilis clades Euangelij luce tenebris densissimis a Satana
obscurari, oem pietate, oem moru integritate intercidere, augeri in dies
superstitiones, Ecclas intollerabili tyrrannide opprimi, et saeuissima con:
scientiar vbiq exerceri carnificina. Cogitemus has contemti verbi
esse poenas, sicut et in iudaico populo, et in papatu videre licet. Ne pa:
tiamur nra socordia eo recidere christianismu, vt ligna et lapides, aut
quod peius est, hoes pro dijs rursu colantur. Breui tempore sparsu e
per mundu Euangeliu ab Aplis, in eo corrumpendo mille et 400 annis
occupatus fuit Satan, q tanto foediores inuexit errores, quanto alacrius
laborant, q ex aio qd faciunt, qua q iussi et repugna te natura. Labo:
ratu est hactenus magno stadio a multis pijs et doctis viris, vt puritas
prior doctrinae restituerer, at qua exiguo cum fructu? Ad pugnas et
contentiones oes plus satis sumus instructi, verae pietatis no perinde
multu habemus, impietatis oia plenissima. Haec cu alios oes tum praeci:
pue pastores Ecclesiar excitare debebant, vt qua possent iusta ratione
cauerent, ne rursum hoc, qdqd et est lucis verae mudo eripiar. Illud
vero vnice fugiendum, ne quam vel imprudentes Satanae commodemus ope:
ra, quod qbus modis fieri soleat, satis copiose supra ostensu est. Horri:
bilia sut q manet eos, q infirmis sunt scandalo Matt. 5. Et mitius futur
est tyro et Sydoni quam ciuitatibus q oblatu Euangeliu no receperunt
Matt. 18. In qua sentiam sequera et extat comminatio hebr. 6. et 10.
Quid ergo de ijs futuru putabimus, q ad salute et vita aeterna via
praecludunt, no vni atq alteri tantu hoi, sed multis et magnis populis
dum vel inane eruditionis vmbra captantes, curiositate mera impulsi,
litem ex lite serunt, indulgent odijs, inuidiae, aemulationi, nulla ad sacrar
rer tractatione adferunt reuerentia, defixis in dignitate et opes
suas oculis, vt deor apud hoes locum obtineant, fratres infirmos prae
se contemnut, affligunt, opprimunt, et in conscias eor dominiu acerbis:
simu exercent. Quid putabimus aliud, quam tanta eos manere sup:
plicia, quanta a Deo irato proficisci possunt? Vae illis, quos oportu:
erit iudicis offensi vultu obtueri, accusante innumerabili damnator
hom.

tyrrannis contemti verbi poena.

hominū turba, quā sua, siue malitia siue importunitate quocūq; modo in exitium pertraxerint. Non hæc papistis solum, nobis ipsis fratres, nobis dicunt, q restituti Euangelij nōe gloriamur ac alijs omnibus nos præponimus. Non Romæ tantū papatus est natus, vnusquisq; eū in aīo suo circumfert. Quin potius hoc agamus, vt tota mente intenti in id, quomodo in domo Dei, q̄ Eccla est ambulare oporteat, militemus bonā militiā, retinentes fidem & bonā conscīam. Scopū nobis proponamus chrm̄ & eius gloriā, satis futuri honorati, satis diuites satis docti, si vel aliqd saltē ad nōis eius glorificationē & Eccla salutem contulerimus. Quod vt facere & velimus & possimus det nobis Pater oīs misericordiæ, à quo omne donū bonum proficiscitur, per Iesum chrm̄ filium suum Dominum & seruatorem nostrum, Amen.

Radnoti, Anno 1588.

INDEX CAPITVM.

Libri 1.

Quis sit finis consiliorum Satanæ. 854.
Quæ sit hominis Natura. 854.
Quomodo doctrinæ puritatem corrumpat Satan. 856.
Quomodo resistendū errori rōne. 858.
Si falsum doceatur, tn̄ vtile ab inutili discernendum. 860.
Seductor imprudens qdo tractandus. 862.
Seductor malitiosus qdo tractandus. 863.
Quid disputaturo cogitandum sit. 864.
ctum: Estote pfecti, sicut pater cælestis perfectus est. Putat igr̃, etsi nemo pt summa illa Dei perfectionem asseq, tn̄ aliquos hoēs esse perfectos in suo grē, id est, sicut hoēs, esse perfecti possunt, eos videlicet, q suos inimicos diligunt. At Ego, et tota mecū, vt arbitror Ecclia Dei, dicimus aduersus istū vetustum Celestini errorē pios quidem esse integros, id est hypocrisim odisse sed ita, vt merito semp in quibusuis operibus repræhendi possint: nec tantū oporteat eor̃ virtutem crescere, sed etiā vitium imminui. Vt q in hac vita nunquā fuit, ita in vlla virtute sincere, vt nihil impuritatis et falsitatis habeant in illa ipsa virtute permixtū, adeo qdem, vt eā pfectionē, nō dico q̄ in solum Deū, sed q̄ in hoēs cadit, nunquā fuit, nisi in altero seculo post resurectionem adepturi. Itaq illis verbis: Estote perfecti, affirmo, nō sigcari, quales ēe in hac vita possimus: sed duntaxat proponi nobis metā, ad quā tota vita nos contendere oporteat, eademū vltimo die potituri. Sic etiā dico pfectos vocari à Paulo phil. 3. Itaq si qs dicat, chrm̄ illud nō pcepisse vt præstetur, malé dicit: Sed cū iste indē colligit, hoc præceptū præstari in hac vita posse qs nō videt eū aperte sentire, legem à nobis posse perfici? Ego dico, Nullos hoēs, pter vnū chrm̄, charitatem, ne in infimo qdem gradu, perfectā in hac vita, vel habuisse vel habere vel habituros: Sed perfectam charitatē pios oēs sectari, et tandem vltimo illo die adepturos.

℞ Hæc partim ipsa verba, partim est ipsa verborū tuor̃ summa. Quæ cū conferimus cū verbo Dei, in multis mutari in verā ex falsa, formā, posse et oportere, modo tibi ita videatur, existimamus. Dura res est, ferre iudiciū de seruo alieno, quā aut gratus aut ingratus sit suo Dnō, nisi Dns suā voluntatem de seruo, quā sit tibi aut gratus aut ingratus, declarasset. Sed illud est durius, Leges, quas dedit Dns, vt illis seruatis, seruus cū Dnō in grā esse perseueraret, dicere seruū illas seruare nō posse, quod superent illius vires, perinde, atq si Dns gratissimū sibi fore iudicasset seruū, nunquā gratū sibi fore. Sed ad verbum Dei recurramus; hæc eni sunt cogitata nostra.

Leges Dei seruari nō posse, dicere, durū est.

Petimus igr̃ illud pag. 85. Regeneratū hoēm partim carnem esse, partim sprm̄ partim liberū Deo, partim liberū carni, quod est, seruū esse carnis. Nam apud Paulū, liberū esse Deo, est seruire Deo, quamuis quodam alio modo seruus pcti sit liber Deo, h. e. liberatus à Dei ministerio, et liber carnis, sit seruus Dei. Et cum legamus, q natus est ex spru, regeneratus à spiritu, Sprs est, vt videlicet nō sit caro, sed sit sprs: Nescio, qdo consistente verbo Dei, dicere possis, regeneratū esse partim carnē, partim sprm̄: cū sit totus sprs, lucidus totus nullam habens tenebrarū partem. Deinde, illud etiā indiget fulcro aliquo ne dehiscat: Regeneratū dicis quatenus caro est, peccare nō ad mortem. Vnde hoc habes? Item illud, credentibus, h. e. regeneratis, cū peccant, pcta nō imputant̃: hoc eni falsū esse ondunt multa exempla, q̄ produci possunt ex sacra historia. Si enim inqt (vt præterea alia, q̄ te nō fugiunt, expla et dicta) sdm carnem vixeritis moriemini. Paulo aut viuere sdm carnem, est peccare hoēm, quatenus caro est. Nam q sprs ē nō peccat: et regeneratis loquens dicit, viuetis si sprm̄ sequemini: moriemini si sequemini carnem: Et nō dicit, nō imputabir̃ vobis peccatū, si, quatenus caro estis, peccaueritis. Qm̄ nusquā nostri scriptores permittūt hoēm regeneratū dici posse carnē esse, quatenus caro opponitur spiritui. De media autē quadā conditione, in qua constitutus vider̃ homo, dū hinc à spiritu, illinc à carne, seu à principe tenebrarū, seu à peccato trahir̃ ad obsequiū: Et de fide imputationis iusticię

Liber Deo liber carni.

Regeneratum hoēm nō esse carnē sed tantū sprm̄.

credētibus pecta non imputari falsum.

nescio

nescio an audiueris qd à nobis credar. Nam videris nihil adhuc intellexisse hois conditionē et iusticiæ imputationē, qdo doceamus nos duce verbo Dei. Non enī de hoc ita loquereris, neq; illud tam acriter repræhenderes.

homo in media conditione constitutus 951. 948

Quod dicit alibi scriptura inter hoēm mediū, hinc et inde posita esse bndictionem et maledictionem Dei, vitā et mortem, dexterā et sinistram, bonū et malū, ignem et aquā: hoc dicit Paulus mutatis verbis, Sprm et carnem, chrm et Belialem, Deū et diabolum. Itaq; homo cū ita consentit malo, et malis oblectar eo peruenit, vt sibi displiceat bonū, bonū odire incipiat, vt nō possit aut cogitare aut loq aut facere bonū: Ita cū transit ad Sprm, et sprm gustare incipit, ita imbutū gestat animū Spiritus bonis, vt in solis vere bonis, viuere se posse iudicet, et mala odiat et auerser, et à factis suis et dictis et cogitatis reijciat: Et cū aut hoc aut illud facit, à meditullio nō discedit: Sed aut à carne, à morte, à malo, à maledictione, à Diabolo: aut à spru, à bono, à vita, à benedictione, à Deo inuolatur et incolatur: à spru, aut immūdo cū alteris septem spiritibus nequissimis: aut Sancto, cū Patre Deo, cū chro eius, q tres apud regeneratos mansionem facere solent. Quod si hō desciscat à spiritu, moritur: sicut si discedat à carne, viuet. Habet enim promissionē pœntia āi, sicut ht suas amaritudines desertor Dei. Quemadmodū vero inter hæc duo carnē et sprm, hō est medius: Ita nullū est mediū inter carnē et sprm, quod carnis et spiritus naturā sapiat. lectus enī angustus est, et duos continere nō pt, vt hō cogatur esse aut calidus, aut frigidus, quod claudicare in duas partes et in tepiditate perseuerare sit exitiosius hoi. Habes de hoē in media conditione constuto esse ex scriptura Sacra collectum.

Inter carnē et sprm nullū ē mediū. vtriusq. naturā referēs.

De fide et iusticia imputatiua.

Nunc accipie de fide et de iusticia imputatiua, quā nō bene videris explicare et suis terminis cohercere, sed diffundi in alienos fines facis contrà, quam velint Sacri Scriptores:

Hi, ab vniuersitate hominū, cū hoēs vniuersi essent hostes Dei, delectū fuisse Abrahamū et iustificatū per fidem narrant. Quo tempore, vsq. dum fuit ostiū fidei, cuius gratia imputabar iusticia, apertū gentibus, gentes hostilitatem deponere et cū populo Dei numerari nequibant, nisi masculis circisis, et fœminis sacris legalibus initiatis. Aperto tandem ostio fidei cūctis gentibus ea vi et ratione, qua olim Abrahamo, cū esset in præputio, apertū fuerat: qd accidit post mortem Iesu chri oibus gentibus, q crediderut Deo, et Iesū pro chro recipere voluerunt, Deus imputare cœpit iusticiā per fidem. Verte aut te in partes oēs, nō inuenies imputationem iusticiæ esse aliud, quā adoptionis ius in filios, veluti in radice, cū filior filijs et successoribus in perpetuū. Est enim legalis vox ista: Et imputare iusticiā est instuere hæredem eius rei, cuius causa alicui imputas iusticiā, seu adoptas aliquem in filiū. Refertur aut et ad fidē et ad opus: Exempla sunt, Abrahamus fidei, Phinees operis. Vides aut imputationem iusticiæ per fidem aliud esse, quā nō imputare peccatū hoi pœnitēti, cū nō desperat, sed credit Deū suis pollicitis nō defuturū: hoc aut esse filiorū Dei, erga quos sunt oēs Dei policitationes: Ex illa autē fide, fieri eū, q prius nō erat, filium Dei. Unde Paulus, quamuis sciret nō minus Iudæos quā gentes peccasse, et gloria Dei indiguisse: nūquā tn imputationis iusticiæ p fidē, cum

Imputatio Iust. qd.

Imputatio et fidei et operū est.

Iudæos

Iudæos allogr̃, meminit. Qm̃ Deus erga Iudæos erat, veluti iratus Pater erga filios: Erga aut̃ gentes veluti hostis, cum hostibus. Hæc duo igr̃, q̃ discernunt Apostoli, q̃do nos possumus confundere? Certe si recte volumus sentire de sacris, necesse est nos ad eor̃ lectionẽ vt discipulos, et nõ vt magistros accedere. Verissimũ aut̃ illud vnũ dictũ est, hunc dignitatis gradũ, vt qs sit filius Dei per adoptionis Sprm̃, nõ esse in media conditione constitutũ. Nam cum sint irreuocabilia dona Dei et electio, necesse est filios Dei esse illos, q semel sunt adoptati à Deo. Sed hic erant duo addenda: Vnũ, adoptatorũ filios, esse Dei filios naturales, nõ ex propria fide: essent enĩ adoptati et nõ naturales filij: sed parẽtum gratia, vnde sunt naturales filij et nõ adoptati, vt Abrahami filius Isacus, et Cornelij filius, si quis fuisset, naturalis Dei filius fuisset. Qm̃ Abrahamus et Cornelius adoptati in filios Dei fuissent per fidem, h. e. qm̃ Abrahamo et Cornelio fuisset imputata ad iusticiã fides, qm̃ et Abrahamus et Cornelius in Eppu:tio credidissent quod polliceretur Deus: et ex parentibus fuissent nati, qui erant filij iræ: Nullus enim natus ex filio Dei, aliud esse pt̃ natura ipsa, q̃ filius Dei. Vnde, sicut nullus facere pt̃, vt ipse nõ sit filius patris, ex quo genitus est: ita nullus facere potest, vt nõ sit filius Dei, si filius est Dei, aut natura vt Isaacus, aut adoptione vt Abrahamus. Hoc vnũ defuisse videri potuit vt clarior esset oratio tua: Alterũ aut̃, quod totũ in medio est et quod deesse tuæ orationi diximus, vt plenissima, sicut eloquentissima est, conspicerẽr, ẽ: quod hi Dei filij, siue insiti rami, siue naturales, siue rami sancti, siue sanctæ radices, etsi sui arbitrij nõ ~~est~~ amplius interest, postquã sunt, esse aut nõ esse filios Dei: esse aut nõ esse membra, oculos, manus, pedes, Ecclesia: habent tñ in media veluti conditione constitutũ obedire aut nõ obedire Patri. Vbi, si Deo nõ obediunt, tantũ abest vt à iure filiorũ, seu à iusticia per imputationẽ, iuuentur vt et reÿciam̃ à Deo Pr̃e veluti adulteræ filij: veluti botri, peregrinæ vuæ: veluti cananea soboles, et puniam̃ grauius, quã illi, q etsi æque Deo nõ pareant, attamẽ filij Dei nunquã fuerunt. Melius, inq̃t, erat illis nõ cognouisse viã iusticiæ, quã ab eo conuerti, vbi cognouerunt, quod illis traditũ fuit sancto præcepto. Et, Si fuissent ex nostris, nobiscũ permansissent. Vides hæc narrari nulla interposita memoria imputationis iusticiæ, seu adoptionis iuris, præterquã ibi: cognouerunt viã iusticiæ: nobiscũ fuerunt adnumerati. Nam resipiscẽtiæ est totũ hoc opus, q̃ ht̃ policitationẽ veniæ in his, q ht̃ cor nõ nesciũ pœnitere, et fructus proferũt pœnitentia dignos. Quæ quidẽ pœnitentia nusquã est cũ promissione veniæ, nisi vbi est tabernaculũ altissimi; sed per illam nõ patet ingressus in tabernaculũ, est enĩ illud opus adoptionis iuris in filios, seu imputationis iusticiæ p fidem in his, q sunt natura filij iræ: sed prohibetur, repudiũ, reiectio, repulsio, præcisio, et extra tabernaculũ Dei, in quo iniquitas locũ nõ ht̃, sed iusticia, aut ex se, aut per nõ imputationem peccati, in pœnitentibus, et quos Deus sua benignitate patienter ferendo ad pœnitentiã inuitat, ignominiosa præcipitatio.

Quod pag. 89. das libenter accipimus: In sententijs sacris particulã exclusiuã esse bene notandã. Hanc ob caussã dicimus, q adulterij cã vxorẽ dimittit et aliã ducit, nõ facere contra matrimonij legem, qm̃ ea violar̃ p dimissionem vxoris, nisi dimissionis cã fuerit adulteriũ, in quo Deus separat, quod copularat.

Ita et

Deut. 30.

Adoptatos nõ esse in media conditione const.

Adoptatorũ filij, sancti, et naturales Dei filij. 963.

Adoptatorũ libera voluntas parẽdi Deo vel nõ.

2 Pet. 2. 21.
1 Joh. 2. 19.

Pœnitentiæ opus

exclusiua seu exceptiua particula

Ita et in illis sententijs dici oportere asserimus, et in alijs oibus, in qbus excepti-
ua particula inserta est. Dauid fecit, quod est rectu in oculis Dni, et no de-
clinauit ab omni eo, quod ei pcepit, cunctis diebus vitæ suæ, præterqua in
caussa Vriæ Hitthæi: Hoc est, adhæsit semp spiritui, nisi quod semel secut9
est peccatu et legem peccati. Et fecit Asa quod rectu est in oculis Dni, sic-
ut Dauid Pater eius. Et cor eius fuit perfectu cum Dno cunctis diebus ei9.
Excelsa tn no sunt sublata. Hoc Paulus diceret: In vno facto secutus est
carnem: in oibus alijs toto tempore vitæ suæ, à spiritu S. est actus Asa.
Idem sensus erit in alijs, Deo scilicet, cui no, nisi bona et integra placent,
teste, oia fuisse honesta et sancta, ad legis præscriptu, præterqua in illo
vno aut altero, quod vituperatur. Sicut aut, q Deus mandauit, ho immuda
esse, dicere nec debet, nec potest, nisi falso et præter veritate: Ita q Deo pla-
cuisse narrant, qm ita facta sint, sicut Deus iussit, no omnia placuisse Deo
aut placere, affirmare velle, nescio qdo no potius magistri, qua discipuli sa-
crorum scriptorum videri velimus. Atq ings, no de re ipsa dico, vt commedatur
sed vt commendaretur, si rigide in iudiciu de iusticia, q in ea controuertere
vellet Deus cu hoe. Sed obsecro videamus illud, an aliquado Deus rigida hac
di iudicadi ratione, de operibus humanis vsurpauerit, aut se vsurpare vel volu-
isse vel consueuisse alicubi dixerit, policitus fuerit, aut fuerit aliquado inter-
minatus, se habere in aio illam vsurpandi. Neq hic dicimus hoem cu Deo de iu-
sticia operu comdere posse. Cum, si qs hoc facere tentaret, eo ipso eu carere omni
iusticia diceremus, cu Deu prouocare auderet vt secu de iusticia manus consereret:
Sed de hoc nostra disceptatio suscepta est, An, sicut in his operibus, in qbus aliqua
exceptio interposita est, animaduertere possumus, q placuerint Deo: Ita illa, quæ
sine exceptione accepta Deo, referunt simplr bona fuisse, sine nævo maliciæ sint
dicenda. Nos dicimus tutissimu esse à sacra scriptura no discedere, sed eius
iudiciu in bono et malo, in virtute et vitio, in laude et vituperio, in commendatioe
et vituperatione, sequi. Vt si quis seruit Deo, et decurso curriculo, cu sua facta com-
mendari audit à suo Dno, seruitute sua bona fuisse intelligat. Non em iustifi-
caretur, si iusticia carerent sua opera, qua in operibus esse mandat lex Dei.

Iudiciu Dei no rigidu sed legibus temperatu. 447.

Iusticia operu ad leges temperata 968. 969.

Hoc iudiciu et hanc sentiam, non nos, sed sacra Scriptura, q magistra nostra est
fert, et facit: no vt superbiant hoes, sed vt norint, spem esse quæ nunqua pude-
facit, et q calcar addit currenti, bene parentibus et obedientibus, in sanctitate et
iusticia cunctis vitæ diebus, Deo.

Iusticia operu no superbos sed alacres reddit 1. 969.

Vera, ings, fides radix est, cuius fructus sunt bona opera, quor iusticia accep-
ta refertur radici, fidei scilicet. Hinc sequuntur duo: Vnum, vt, cum iusticia
attribuit fidei, sint exclusa bona opera: Alteru, vt no ægrotus, quoad ægrotat,
sed ægrotus sanus factus, offm suu in operado legis iusticia, præstare possit,
sed no vt caussa efficiens.

Hic confusionem reru vanaru cernere videor. forsan caligo aliqua, in cae, R.
vt no recte videa, et vt id videa, quod forsan tu no vides. Bonoru operu cam
efficiente esse fidem nusqua lego. Chrs dicit arbore esse hoem ipsu, ex qua fructus
aut boni aut mali edunt: Et arbore mala, qua mala est, bonos fructus ferre posse
negat. Fidem esse os, per quod sugimus bonu, arboris vitæ succu: Et fide per
charitate, q in hoe e, à Deo q charitas est, operari. Et fidem sine operibus mori,
cu ius

fides no est efficiens operu bonor ca. 965.

cum iusticia legis viuere, legimus. Sed si examinamus metaphoras, & distingui- fidei & legis iusticia
mus cū Paulo fidei & legis iusticiā, dicemus quod illa misericordē & cle-
mentem Deū respicit, hæc iustū, & iudicem iustū Deū: Illud credere, quo
nihil facilius, hoc facere bene, quo nihil difficilius esse in hōe existimatur:
Illa ius est concessū, vel propria vel maiorū gratia erga hæreditatē Dei,
hæc nisi adsit in his, abs quibus requiritur ius illud, non iuuat, sed nocet.
Quare falsū est, iusticiā operū, esse fructus iusticiæ fidei, aut ipsius opera bona nō esse fructus fidei.
fidei. Cum ad ipsa bona opera referri debeat iusticia, quatenus mercedē
respicit. Bona aūt opera, sicut & mala, nō sunt fidei, hæc vt teganr, illa vt
honorem: sed hōis, q aut punir (nisi mala teganr pœnitentiæ gratia) ꝓpter
malos, aut laudatur propter bonos fructus. Sicut aūt verum est, opera bona opera mercedē, fidem hæreditatē respicit
nullā habere promissionē adeundæ alicuius hæreditatis, sed accipiunt quod
ipsor est, veluti operarius, & abeunt, nisi adsit ius filior Dei, aut ϑιϑει aut ϑυ-
ϑει: Ita verū est & illud, fidem, nō bona opera, quor caussa hōi conciliat Deū,
vt illi iusticiā imputet & ius filior concedat: Cum nullis vnquā hoc donum à
Deo concessū fuerit, nisi peccatoribus, aut Abrahamo olim, aut gentiū ꝓputia-
tarū maioribus, sed hæreditatem respicere, quā ipsa continuo perdit, nisi
fuerit ornata iusticia operū, in his, abs quibus iusticia operū petir. Fit enim fides absq. factis mortua
mortua fides, h.e. illud ius propter ingratitudinē, sicut in humanis rebus, extin-
guitur, & nō viuit. Si filij, inqt, igr hæredes, si tn sequimur q cupit: quod si nō se-
cuti fuerimus, filij qdem erimus, sed exhæredati. Quamobrē, contingit qdem iusti-
cia fidei, q ē ius ad hæreditatē hōi sine operibus: sed contingere non pt iusticia
operū hōi, aut ꝓpter fidem, aut sine bonis operibus. Neq; ægrotus aut propter bo-
na opera & sana, quor cā erat efficiens cū ægrotaret, acquisiuisse ius, vt filius fi-
eret Dei, aut sine bonis operibus, mercedem iusticiæ operū hēre posse: aut nō esse
efficientem cām bonorū operū, q præstat, dicendus. Cum, vt diximus & hō dicar
à chrō arbor, q producit fructus aut bonos aut malos, quor fructuū cā dr, vel si-
ne cā occupare, vel iustam ob cām ornare terrā: Et nulli sint oleastri fructus bonę oleæ
quar grā Deus debeat oleastrū bonæ oleæ, vt sugat eius bonū succum inserere.
Illud aūt pag. 90, vider se confodere: fidem relatā ad Deū ꝑ chrm, referre hōi ius
filiorū, seu iusticiā imputatiuā: sed relatā ad hoēm, nō esse virtutem inhærentē
q iusticiæ illius effectum coniungat hōi. Nimis eni iniquū iudiciū erga hoēm es-
se videretur illud, quo, vt hoēm suis proprijs donis, q illi Deus concessit, prius à
natura connexa, discerpis & dilaceras. Cum eni Deus sit & homo in hoc relatiōis
grē extrema, q se non adeo dissimilr respiciunt, quā pater & filius respectet,
ille filiū iste patrem: Cum Deus det & qdem non sine cā ius adoptionis in filios,
necesse est vt dicamus in hōe, q illud ius respicit, esse cām, quam ob cām illud ius
ei donatur. Maius qdem illud ius est quā virtus ista; sed hic nō quæritur quā
magnū & quā paruū: Sed qd cuius sit cā, quā ius effectus multis parasangis
superet cām natura sua, cui caussæ adæquare voluit effectum numinis gratia.
Fides igr vt est mediū inter Deū & Abrahamū seu Corneliū, veluti instrū- fides instrumentū adoptionis.
mentū est ab Abrahamo & Cornelio referens obsequij promtitudinē ad Deum
& à Deo concilians Abrahamo & Cornelio ius filiorū. Sed sicut in Deo est vo-
luntas dandi, si fides adsit, ius adeundæ hæreditatis: Ita in Abrahamo & Cor-
nelio fides aderat: q si defuisset, nūquā Abrahamus aut Cornelius, iusticiam
imputatiuā impetrasset. Adfuit aūt in illis fides illa, nō qm Deus illam

in

fides donum Dei, quo dicatur.

in eorum animis extrinsecus impressisset: sed quam eorum animos ad sibi promitenti, agente Spiritu Sancto, credendum promouisset. Hoc enim est fidem esse donum Dei: sicut etiam pati propter fidem donum esse Dei dicitur, quam Deus sua dona illustrat non cum dat nolentibus et auersantibus: sed cum fit vt is credat, qui credere non posset si ad credendum nullum auxilium ferretur, et cum omnia aequo fert animo is, qui nihil ferre posset nisi subministrarentur vires. Vt hominis sit, dare seipsum Deo, qui omnia ad suum arbitrium, se ministro agat et ferat. Quamuis et hoc, dare seipsum Deo, sine mutatione humanae voluntatis erga Deum, esse nequeat. Haec de iusticia imputatiua dicta sint, quae cum verbo Dei, si non es alienus a mea sententia consentire cognosces. Phil. 1. 29.

Sanctos legi non esse subiectos.

In pag. 108. Potuisti animaduertere et ex dictis Castalionis: "Aliud" Non sequi, nisi sanctos, qui obsequuntur diuinis legibus, legi peccati, h. e. maledictionis, quae est a Deo, in eos, qui suas leges non seruant, non esse subiectos: Illisque hoc genus legis esse mortuum: Et ex tua sentia, sanctos et iustos, qui sponte et vltro parent et obediunt Deo, in eo quod Deo obediunt et parent, non peccant, Deumque super eos regnare. Non n.

Regnat Deus super Sanctos.

super sanctos regnare dicerer, si sancti non seruirent Deo sponte et vltro: Et si sponte et vltro sancti seruiunt Deo, non seruire Deo sponte et vltro dici non valent, quod est in seruientibus Deo ex animo, esse iusticiam, quam desiderat Deus. Putauit autem Castalio non aliam legem esse pecti, quam illam legem, quae transgressoribus minatur maledictionem. Quid autem tu pag. 111.? Dicis iusticiam operum ex diametro pugnare cum Dei gratia. pag. 113. blasphemos esse in Dei gratiam dicis, et impuros papistas cum Tridentino Concilio sentientes, qui iusticiam operum stabiliunt. Eandem sentiam repetis pag. 112. 118. 119. 120. nunc narrando, nunc impetendo, nunc acerbius, nunc mollius tractando Castalionem, praeter alios, quos praeteris et semipelagianos appellas, quos per me cognomines licet terpelagianos, non desistam tamen tibi dicere, hanc sentiam tuam alienam esse a verbo Dei. Ex gratia quidem

Gratiae Dei omnia tribuenda.

Dei sumus omnia, quae sumus, quod viuamus, est gratia Dei, et quod beneuiuamus, gratia Dei est, et omnes qui volunt pie viuere, quod tribulationem patiantur, est gratia Dei, et quod consistant, et non retrocedant, ex gratia Dei est, ex dono Dei est, ex munificentia Dei est: Vnum tamen donum non est aliud, et gratia vna, alia non est. Persistamus

De gratia imputationis iusticiae.

autem in eo loco, in quo tu esse perseueras, et loquamur de gratia imputationis iusticiae, quam tu, secutus superius seculum, aliter interpretaris, quam sacri Scriptores velint. dicimus manum non esse pedem in Ecclesia, non tamen est pes sine manu, in Dei Ecclesia: Et Apostolos non esse prophetas, Vnum tamen hominem esse posse Apostolum et prophetam. Sed haec coniunctio in vno homine, et vna Ecclesia manus et pedis, prophetiae et Apostolatus, non facit vt manus sit pes, et Apostolus. Propheta: et manus officium sit officium pedis, et prophetare sit Apostoli munus subire.

Legis iusticia, super fidei iusticiam fundata

Legem, inquit, Paulus, non irritamus per fidem, sed per fidem, legem stabilimus. Rom. 3. 30. quam fidei imputationis iusticiae, seu adoptioni aliquorum in filios, innititur lex. Quod si fides sua, et lex iusticiam habet suam, necesse est, vt si lex fundatur in fide, iusticia legis, fundetur super iusticiam fidei: non autem vt sit aut fidei iusticia, aut iusticiae fides contraria. Quamobrem si filio aut adoptiuo, aut naturali, cui promissa est haereditas, et ob id susceptus est in filium, vt Deus haberet, cui suam donaret haereditatem, mandatur a Deo Patre, exequenda iusticia legis, et ob id aliquis dicit, filium adire haereditatem non posse (promissam illi, ob id quod est filius.) nisi in executione.

cutione iusticiæ legis pareat Patri Deo. Quomodo ex opposito dicendus est cõsistere, & repugnare gratiæ Dei, quâ hunc & nõ illum adoptauit per fidei iusticiã in filium? Utrumq; n. iussit Pater Deus, & utrig; fidei & legi ppria attribuit iusticia, & utramq; illoꝝ duorũ, iusticiã, sprijs promissionibus, erga se glorificandũ prouocauit, vnoqdem vitæ æternæ nõe, sed diuersa cognominatione. Nam vita æterna erga fidem est gratuita, & donãr ex grã & nõ ex debito his, qbus nihil p ætatem mandatũ est, aut sexũ, quod pficere debeant: erga legem aũt collata vita æterna, merces vocãr, nõ gratia. Nam nõ ignoras Paulũ grãm & debitũ seu mercedẽ opponere, ẽn alia plane rõne quã vt iusticiã fidei distinguat a iusticia legis: iusticiæ aũt legis mercedem, vocari vita æterna & in præmiũ illius vita æterna cedere, hæc go nõ ignoras. Cui rei testimoniũ suppellectile subministrabit tibi Cquod q̃ dicuntur sint vera & sacra lectio, q̃ tibi familiarissima est. Legendo aũt hæc nobis suadent & vere persuadent nostri fatidici libri, filiũ, q nõ præstat iusticiam legis, quã iussit Deus Pater, eum perdere vitam æternam, quatenus est & merces iusticiæ legis, & gratuitũ domũ iusticiæ fidei: acquirere aũt mortem æternã quatenus mors æterna est & merces male operantibus, & interminatũ malũ credere nolentibus. Nam sicut fides suã iusticiã, ita infidelitas suã hẽt iniusticiã: & sicut obedientes Deo, suã hẽnt mercedem: ita nõ obedientes Deo, suã hẽnt mala. Noli igr̃ propter ꝯuorquiæp vocis præmere, vt soles, aduersarios, & argẽti tui aculeũ figere conari. Nam sicut vitam æternã ex grã propositã pro hæreditate filijs ꝑpter fidem, transferre velle ad iusticiam operũ, est ex diametro pugnare cũ verbo Dei: ita dicere vitã æternã promissã pro mercede iusticiæ operũ, esse præmium debitũ, quatenus conferetur ad operarios, q ex conducto cõmenientes cũ patrefamilias, vinea coluerunt, est cũ verbo Dei, vnis verbis, vno sensu, vna intelligentia consonare. Vnũ quidem est nomen, vita æterna, quã & hæreditatẽ filioꝝ, & mercedem operariorũ esse voluit Deus: Sed qd faceres vbi nihil est preciosius iudicio hominũ, quod desiderãri posset, & nihil splendidius est apud Deũ, quod donare valeat, vita? Et æterna qdem vita, qm̃ apud Deũ nihil o nisi æternũ: & hoĩbus charissima q̃q. reddũntur chariora, cũ ab illis nulla morte diuelli possunt. Iusticia, inqs, nobis imputata est. Non sm̃ intelligo, quæna iusticia? quibus nobis? Si de iusticia fidei loqueris, verũ est, sed nõ ad ꝯdueuarã pertinens: loquimur em̃ & disputamus de iusticia operũ, q̃ nõ imputãr sed adest, si præmijs donatur, in filijs: si aũt nõ adest, per id, quod in ecclia est, pœnitentiæ remediũ, hæreditatem nõ tollit a filijs. Quid aũt dicis nobis? Gentes ne præputiatas veluti Cornelium, & alios aliasq. ex præputio, an illaꝝ successores? Scimus qdem vtrisq; contingere hæreditatem ex fide in chrm̃, & his & illis: sed sicut distinguẽndũ est inter filiũ adoptatũ & natũ, inter Ismaẽl & Isaac filiũ, inter Abrahamũ & Cornelium patres, & eoꝝ filios & successores: ita distinguendũ inter factũ & natũ hæredem Dei, seu inter Abrahamũ cui imputata est eius fides ad iusticia, & inter Isaacũ cui nihil imputatũ esse ad iusticia legiꝝ, sed tantũ natũ fuisse ab eo, cui fides ad iusticia est imputata, & ob id hæres Dei natus fuisse dictus est. Neq. n. is q̃ natus e filius, opus habet vt adopter̃ in filiũ: neq; si hodie genouenses tui, mihi ius ciuitatis concederent & inter suos ciues admũerarent, filij, q ex me nascerem̃,

opush.

Iusticiæ fidei, nõ contraria legis iusticiæ.

vita æterna q̃do hæreditas & merces dicãr. 963.

Merces iusticiæ legis vita æterna.

filius nõ præstans legis iusticiã perdit vitã.

supr. 147. 173.

Patrũ adoptatorũ & filiorũ discrimen.

opus haberent, "vt denouo" si ciues genevenses esse vellent, ius ciuitatis genevensis in qua essent à natura ciues, noua electione impetrarent. Vbi autem habeas illa auemus intelligere. Nam videntur esse ex schola papistica ad verbum transcripta in libellum istum: Iusticia inchoata: iusticia inhærens: Iusticia inchoata nō est cā, sed testimoniū vitæ, viuimus ꝓpter iusticiā christi nobis imputatam. Hæc, in quā, vnde locor, q sint in sacris Biblijs, sint hausta, quærimus. In Luthero in Caluino vbi sint et iaceant, non ignoramus. Sed Lutherus quod habuit ex Scholis limatū et purgatū aliquanto melius, docuit Caluinum. Sacra Biblia nos docent aliud esse, vitā, qua viuimus, et viuendo, vitam, chrm, sprm, Dei, et Deū ipsū Patrē, veluti in certa mansione conquiescentes, in nobis habere, nō ociosos: Et aliud vitā, quā recipimus à Deo, veluti et hæreditatem propter fidem, et mercedē ꝓpter iusticiā operū, q̄ opera placuit liberalissimo Patri, quā nūquā ex se habuissent, ex promissione tn̄, suā hēre mercedē, et quidem æternā vitam. Ita igr̄ illa, qua viuimus, nō est caussa, sed testimoniū quod viuamus. Nullus enī operar̄, nisi res viua, Vnde opera testamr̄ illū q operatur, viuere: Sed vita illa, q̄ est merces iusticiæ operū, quā recipiūt illi, qbus dr̄: venite et accipite regnū. Esuriui enim &c. nō est testimoniū, sed merces, neq; est merces prioris vitæ, sed hōis qui priore vita viuēs operatus est iusticiā operum. Sicut aūt vitā illā, qua viuimus, q̄ est iusticia fidei, seu ius filiorū à parentibus veluti radicibus sanctis fluens in filios veluti in ramos, agnoscimus beneficiū esse fidei, q̄ fuit in patribus, puta Abrahamo et Cornelio, quorū grā manauit ad successores, vt ex sanctis radicibus sancti rami progignerentur: Ita ista vita, omnino separanda à vita æterna, nō quatenus est hæreditas parata filijs, sed quatenus est merces parata operarijs. Hæc agnoscimus qualia sint: sed inchoatā et inhærentem iusticiā, q̄ videntur nondū absolutæ iusticiæ, quāuis tu alio detorqueas voces istas, in verbo Dei nō possumus inuenire, q̄ aut ad hæreditatem aut ad mercedē referri debeant. Nam iusticia, q̄ respicit fidem, absoluta ē nō inchoata aut inhærens, Et est in Deo, q nos inter suos adscribit, cū oībus q sūt in lumbis nostris, et vt filios tuetur propter fidem q̄ in hōe ē, et credit Deo. Iusticia quoq; nō, nisi absoluta et integra commendatur à Deo, cui merces reddir̄. Neq; n. mercedem reciperet, nisi perfecta esset. Videntur aūt illa inchoatam inhærentē et imperfectā iusticiā delineare. Nisi abundauerit iusticia vr̄a vestror̄ scilt operū, plus quā scribar̄: Cui opponir̄ perfecta, cū dr̄, vt sitis filij patris vestri perfecti in quā, sicut ille est perfectus. Detorques qdem tu has voces, inchoatū et inhærens in aliā sīgcationē, sed cū illud facias sine exēplo, nō videtur nobis esse recipiendū. Papistarū, dices, sunt ista: Nos vero dicimus hæc ita nō esse papistica sed verbi Dei, vt si alicubi inter papistar̄ scripta hæc inueneris, et si in verbo Dei hæc narrari nō compereris, paratissimus hæc vt blasphema, et indigna q̄ credant̄ reijcere. Consumsimus nos aliquot modios salis inter scholasticorū gymnasia, ~~in quibus tu~~, in quibus tu ne granū quidem salis delinxisti, et possumus dicere non vana sententia, qd illi de iusticia fidei et operū commententur. Neq; si nos ab illis hanc sententiā mutuati fuissemus q̄ vera esset, sicut vera est, quāmuis illor̄ sit falsa, indignū iudicaremus ingenue fateri, nos ab illis didicisse, aut illos ante nos hanc sententiā protulisse, cum maius

Iusticia inchoata, inhærens.

vitā pn̄tem habere, aliud, à vita futura

vita pn̄s est testimoniū quod viuamus.

vita futura merces est bn̄æ operantis.

voluit autē Deus eosdem filios esse operarios. 146. 964.

Iusticiā absolutam esse, nō inchoatā.

Iusticiā imperfectā delineantia.

Esa. 5. 4.

Rom. 2. 13.

Rom. 11. 16.

Rom. 6. 21.

ius sit dicere, quod Satanas primus dixit: tu es filius Dei benedicti, quam affirmare, si qd veri affirmares, quod papistæ dixissent prius. Omne enim verum à Deo est tanquam primo autore: neq; aliud est alienius à Deo, atq; mendaciū. Sed animadvertendo illa: Radix si sancta est, fert sanctos ramos, h. e. si sanctus est pater, per iusticiā fidei, q̄ sit illi imputata per fidem, sancti similr sunt filij: et vineæ delectæ, sunt propagines delecti, vt nihil ab illis amplius quæratur, quā vt vuas dignas vinea Dei, vt vitis delectæ, cuius sunt rami, producant. Et produxisti labruscas, et nō vuas. Quare, relinquam te desertam, auferā abs te sepem, interrūpam maceriā, nō te fodiam, nō te putabo, nō pluā super te, vt sis in conculcationē, in direptionē, vt spina et sentes ascendant sup te. Qui factis exprimunt legem, iusti sunt apud Deū. Reddet vnicuiq. iuxta facta sua, his vitā æternā, illis indignationem. Hæc, inquā, nos legendo et ruminādo, intelligimus iusticiā fidei manare à parentibus ad liberos, vt illi sint radices, hi propagines bonæ vitis: illi facti filij Dei, sed isti nati et progeniti: illi primitiæ sanctæ, isti sancta conspersio, et illi et hi in tabernaculo altissimi, in templo Dei, in Ecclesia Iehouæ Israëlis, sub tutela omnipotentis numinis. Iusticiā aūt operū consistere in singulis ramis propriā, q̄ nec iuuat nec nocet alijs, nisi his in quibus est, nec iuuatur si nō est, vt sit, nec damnificatur vt nō sit, si est, à fidei iusticia. Et hæc docente verbo Dei, addidimus, q̄ ita nondū sunt edita à papistis, vt adhuc sint illis incognita. Quid dicimus de papistis, cū hæc à reformatoribus Euāgelij nondū sint visa, assueti quotidiano et præmanso à superioris ætatis hoībus cibo? Huc pertinet illud: τέλος, non finis, sed præmiū, illor, mors est: τέλος aūt nō finem, sed præmiū vos habetis, vitā æternā. Etenim præmia, ὄφονια, stipendia, q̄ persoluit peccatū, sub se militantibus, mors est: verū præmiū τὸ χάρισμα donatiuū quod dat Deus suis militibus est vita æterna. Quor locor voces τέλος, χάρισμα, imposuerunt magnis ingenijs q̄ vocibus inhærentes, ad militiæ similitudinē, cuius sunt οἱ πάρποι, τὰ ὄφονια τὰ χαρίσματα τὰ τέλη, clauserunt oculos. Dicis sanctificationem de qua loqr Paul. Rom. 6. nō esse huius, sed alterius seculi. Mihi vero hoc contra Apostolū esse vider, et videbir porrò, nisi alr demonstraueris. Nam sermo ibi est de sanctificatione et immūdicia, quibus redditur, illi vita æterna, huic mors. Nisi forsan velis dicere ad iudiciū postremū hæc pertinere, cui dicto obstat illud, quod cui coronā iusticiæ operū reddit postremū iudicium tanquā præmiū, huic post mortem confestim reddir vita æterna tanquam hæreditas: Et cui continget mors secūda, q̄ est afflictio corporis et animæ in postremo iudicio, huic mors prima, defuncto vita præsente, redder. Quare nō pt ista sanctificatio, de qua ibi disserit Paulus, respicere præmiū vitæ æternæ in postremo iudicio, quin absoluto vitæ pntis penso, respiciat vitam æternā tanquā hæreditatē. Quid igr? mortuæ fidei concedes vitā æternā pro hæreditate, an viuæ? Graue aūt est quod dicis: Christi beneficiū enervare illos, q dicunt vitā æternā, nō quatenus est hæreditas, sed quatenus est operū bonorū merces esse stipendiū iusticiæ legis, seruatæ ab hoībus. Nā hoc Paulus dicit: sed tu nō videris cernere discrimen, in vita æterna, qua ē hæreditas, et quâ est merces: Cum legas vtrūq;, vitam æternā esse et hæreditatem, cui ex diametro opponir merces, et mercedem, cui opponitur hæreditas: Et hoēs in Eccla, Dei,

Esa. 5. 4.

Rom. 2. 13.

Rom. 11. 16.

Rom. 6. 21.

Patrū sanctorū, sancti liberi. 957. 990.

Iusticia fidei à parentibus manat ad liberos

Iusticiā oper consistere in suis autoribus.

Telos finis præmiū significat

Chri bnficiū nō enervat vita æterna quatenus est opū merces. 961.

Dei, et esse filios et esse operarios; et iusticiam et esse fidei et esse legis. Quae nisi discernantur confundent doctrinam. Et illa: Non facio bonum: delectat me lex Mente seruio. Dicam ne te nondum cernere referri oportere ad illud: Ego viuebam sine lege, quae dicit concupiscentiam esse peccatum, quondam? Ille autem quis est alius quam ψυχικός homo, praeputiatus scilicet sine lege peccans et sine lege poenas sustinens, sine Deo, et sine Repub. Israelis, cui Israeliticae Reip. soli, et non alijs gentibus, sua iudicia manifestauit Deus. Tum, inquis, non eneruari beneficium Christi, cum omnes salutis nostrae spes et partes in vna Dei gratia, quae est iusticia Christi, per fidem imputantem iusticiam, apprehensa in solidum reijcimus, et sanctificationem spiritus ab eadem gratia manantem, a iustificatione per fidem non separamus. Ro. 7. 9.

Qua lege haec dicis Beza? Nam in verbo Dei non sunt: haec enim sunt confusa apud te, quae in verbo Dei sunt suis finibus definita. Spes quidem haereditatis vitae aeternae collocanda est in filiorum iure, quod peperit fides et iusticia imputata per fidem: sed spes praemij vitae aeternae, quod quis indignus est quis recipiat propter operum suorum iniusticiam, indignus iudicatur quis haereditatem adeat, in studium bonorum operum refertur ab omnibus prophetis et Apostolis: Cui studio attentus animus hominis, quis ipse homo est, adest spiritus S. fauet Christus: Ad hoc studium promouet locus, in quo se reperit homo, in tabernaculo scilicet altissimi, propter fidei gratiam: Incitat Deus; sustentant vires subministratae a Deo, neque desit homini in vlla re, et homo videatur esse plusquam homo, spiritus scilicet et non caro, sicut non seruit in eo studio carni, sed spiritui. Haec sunt clara in verbo Dei. Tu nullum locum relinquis iusticiae operum, cui Christus ipse, post prophetas, et ante Apostolos, suum locum semper reliquit, et splendidum et honestum. Quodsi, vt dicis tu, sanctificatio vitae, non separaretur a iusticia fidei, nullus iustificatus per fidem, vt illi, qui naufragarunt in fide, et tamen filij Dei esse perseuerabant, sanctitate vitae caruisset. Quod si in malis sanctificatio vitae deserit iusticiam fidei, sequitur vt in his, quibus sanctificatio vitae adest, non a fidei iusticia imputata dimanet vitae puritas. quam diuersa sunt ista, Imputatio iusticiae, quae est filiorum ius, quod perseuerat et apud impios, vsque ad mortem, quoad est spes resipiscentiae: et vitae sanctificatio, quae in impijs non est, sed tantum in his, qui cum sint rami bonae oleae, bonas oliuas producunt, scientes deducere vuas, spinas producere aut tribulos.

Spes haereditatis vitae aetern. in iure filiorum: spes praemij vitae aetern. in studio bonorum operum collocanda.

Iuuantia studium bonorum operum.

Sanctitas vitae, separatur a iustificatione.

Conuenientia, inquis, nostra cum Christo a morte Christi est, tanquam a caussa, non a nostra imitatione. Eodem impingis. Iusticia enim parta per fidem oritur in homine quod vna cum Christo fuerit mortuus et sepultus: sed cum experrectus est, et donatus vita noua, non debet Christi mortem respicere pro exemplo vitae gerendae, quae semel propter peccatum contigit, sed ipsum Christum viuum, vt possit eo penetrare viuens, in nouitate vitae viuens, quo Christus postquam resurrexit a mortuis penetrauit. Imitatio igitur vitae hic describitur, et Christus est pro exemplari, homo caussa agens, finis praemium vitae materia iusticia legis. Ro. 6. 4.

Conuenientia nostra cum Christo ab imitatione 953.

caussae salutis. 965

In pag. 130. Mutilatae videntur esse sententiae tres. Veram enim virtutem nos esse dicimus, quam laudat laudatus Deus, in quocumque tandem homine illa sit. Nullam tamen virtutem, promissionem vitae aeternae habere asserimus, nisi illam, quae est in his, in quibus iusticia fidei inhabitat. Secernimus etiam virtutes operum bonorum, a virtutibus et donis

virtus vera quae sit.

et donis Sancti Sprs, q donantur ministris Ecclesiæ. Unde tua illa rō nō valet: varia sunt dona spiritus, pro diuersa vocationis (ad ministerium) ratione, Ergo fideles nō possunt esse oēs oībus virtutibus præditi. Sicut illa et nimis ægre incedit: quiuiscūq fideles, oībus bonorū operū virtutibus nō sunt præditi, Ergo nullus chri fidelis pt integrā legis iusticiā, sequens Sprm Dei et non carnem, præstare. Nam quamuis dicamus, in rete Dni esse sanos pisces, nō tn dicimus, oēs pisces, q sunt in verriculo chri, esse sanos, cū sint multi putres. In pag. 138. Non vider bene expensus locus 2 Cor. 5. Neq dz indumento iusticię, clara existimari posset dari, doctrina. Nam indumentū quod cognominatur chrs, est duplex. Chrm inqt induistis, q baptizati estis. Baptizati aut erant, qm Iesū esse chrm crediderant: Et induimini Dm Iesū chrm, vos, quibus propior est facta salus nunc, quā cū credidistis Iesū esse chrm. Ut sit indumentum, nō solū iusticia imputata a Deo, verū etiā iusticia legis pstita ab hōe. De vtro aut indumento disputet Paul. in eo loco 2 Cor. 5. declarat totū caput. Contendimus, inqt, vt illi placeamus, nam eius tribunali astabimus, vt referamus singuli iuxta id quod fecimus, induti sclt, aut nudi, indumento chri, quod ē iusticia, cuius se exemplum præbuit chrs, ambulans per illa opera, q parauit Deus vt sdm illa viueretur. Quæ dicis pag. 157. De iusticia inchoata, nō esse nrē salutis radicem, sed nostræ salutis fructum, quo agnoscir an arbor sit in chro plantata: Iam supra diximus nos nō doceri a verbo Dei (quod nobis pro Magistro docto, et sincero veneramur) ita loqui: Sed ad hunc modū, Iusticiā legis esse cam ex gre ὅρ ὑπ' ἄνεις, adeundæ hæreditatis, q est vita æterna, paratæ filijs; Esse aut verā et propriā efficientē cam iusticiæ legis hoēm, q factis suis laudem demeretur a Deo: Iusticiā aut ipsā legis esse materialem cam, q pro exemplo ht chrm, pro præmio veluti fine vitam æternā. Et si pateris, ad te propius accedemus, et dicemus, Arborem esse hoēm bonā quidem natura, qm in paradyso Dei plantata est: radicem vero esse primigeniū illū, ex cuius veluti traduce propagata natura, filios Dei naturales, veluti naturales arboris ramos, generat. quæ aliud et diuersū est a iusticia legis. Ephesiorū aut tertij capitis sententiā: fixis in charitate radicibus, vides optime, Paulū loq de charitte p quā fides operatur iusticiæ opera. Distinguit aut charitatē non solū verā a ficta, verū etiā temporariā ab æterna. Per opera aut dicimur iusti, q sequunr fidem, sed noua et alia iusticia, quā sit iusticia fidei: quarū iusticiar vna ad ius filiorū, altera ad ius operariorū referenda est. Et cum iustos viros, q tota vita vita placuerunt Deo, et iusticiā legis obseruasse narrantur, sine exceptione tibi proponimus, nō Platonis vt putas pag. 176 ideas tibi commentamur: Et hōes, qui alicubi in legū diuinarū obseruatione conciderunt; sed viros, quos pleno ore Deus laudatus laudauit, qq nō solet laudare, nisi integra laude dignos.

In pag. 185. Distinguis inter peccare, et peccati seruū esse, luctari autē cū pcto putas esse peccare. Vtrumq aut a verbo Dei dissonat. Nam in verbo Dei multi laudanr de integra Dei legis iusticia præstita: cum tn oēs sancti dicanr cum peccato luctari: Et chrs dicit, eū esse seruū peccati et habere pro rege pctm q peccat: Et Paulus asserit, hoēm q peccato obedit et peccat, peccati esse seruū. Nunc accommoda tu dicta ista, non ex ingenio, quod papistis in vsu est, sed ex verbo.

virtutes operū et donor spiritualium.

2 Cor. 5. 2.

Gal. 3. 27.

Rom. 13. 14.

Indumentū quod chrs est duplex est.

2 Cor. 5. 9.

Salutis seu vitæ æternę caussæ. 964. 1037. 1092.

1. 958.

Eph. 3. 18.

Ro. 6. 4.

Luctari cū peccato et peccare, diuersa sūt.

verbo Dei, demonstraq; eū q semel peccauit, scribar̄ alicubi regem nō hēre, cui
paruerit, peccatū. Adducis aūt tuæ opinionis expla Dauidem Paulū Iohannē,
quor̄ exemplorū Pauli, alienū est ab hac caussa tua. qm̄, vt supra est dispu-
tatū, nō loqr̄ Rom. 7. in propria persona, sed transfigurat se, vt sæpe facit, in
Romanorū personā. In Dauide & Iohanne tempus considera, in quo ille dicit:
Peccata, certa tempora respiciunt sicut iusticia. ne intres in iudiciū &c cū clamaret, doce me facere beneplacitū tuū: Sprs Ps. 143. 10.
tuus deducat me in terra recta: Et Iste asserit, oēs esse peccatores, & egere grā
Dei: Non aūt illud tempus cū illo altero tempore congruit, in quo ille dicit:
Laui in innocentia cor meū & mūdaui manus meas: Iudica me sdm̄ iusticiam Ps. 73. 11. et 7. 7. Ito. 3. 6. et 2. 29.
meā: & iste clamat: oīs q manet in Deo, nō peccat: Oīs q facit iusticiam, ex
Deo natus est. Quare nō seqr̄, vt si istæ sentiæ, aliquo tempore à vatibus &
Aplis fuerint dictæ, & Dauid & Paulus & Iohannes suis sese incluserint sen-
tentijs, vt propter hoc, Noe Enochus Abelus nō fuerint seculo suo iusti: aut il-
la tempora nō fuerint alia, & suffecta iusta pro iniustis: aut vel ob id esse opor-
teat Martham iustam, qm̄ intelligamus prm̄ summū Apostolū peccasse. Pec-
cata enim, sicut iusticiæ, certa tempora & personas respiciunt, quar̄ conditio,
peccatū & iusticia certi tēporis & personæ. dissipari ad alia tempora & personas nō pmittente verbo Dei, non debet.
Credimus, inqs, hōes momento vitia dediscere. Ita sane; illud etiā quod maius
est, credere oportet, hōes initiatos Deo, virtutes momento addiscere, momento qo
Initiatos Deo momento mutari. in aliū virū mutatus Saulus dr̄, & Dauid momento artem collimādi in fronte
Goliathi didicit. Et Mosi qdem nō crediderunt Iudæi, nec Esaiæ, aut Iesu chrō,
nō seqr̄ tn̄, nullos credidisse Mosi aut Esaiæ aut chrō. Neq; illos, q Mosi credi-
derunt fuisse, aut illos, q Esaiæ seu chrō crediderūt, aut similes illis, q nō credi-
derunt. Vt nō possit colligi aliquantus iustor̄ numerus ex his, q tribus illis secu-
lis crediderūt Dnō, q ita laudari possint de iusticia legis, sicut illi, q nō credi-
derūt, vituperantur de iniusticia erga Deū.
Promissio & fides, nō omnium Admirandū aūt est dictū tuū in pag. 224. Nam cū promissio, sicut ēt lex his
q certi sunt hōes & sunt sub promissione & lege, loquatur, qdo cū fructu aut di-
aboli, quibus nihil promittir̄, aut reprobi sine fide, q̄ est conditio promissionis, pos-
fides conditio promissionis sint sibi applicare testimoniū sprs, de quo sacra Scriptura testatur?
Est igr̄ Sacra Scriptura, velut Epistola missa ad oēs certę gentis exules: Apud Romanos
quod liberam̄ ab exilio, quis nō videt Romanos hōes, q hoc legunt & nō fictū esse
credunt vt decipiant̄, præcipere hanc legem ad se pertinere, & se liberos esse ab
exilio intelligere? Quōdo aūt alios exules nō Romanos, possumus dicere sibi per-
suadere posse, sub hac lege de Romanis lata, se contineri? Salus aūt p chrm̄ pro
Salus p chrm̄ promissa est veluti iūs ciuitatis. missa, est veluti ciuitatis iūs Romanæ, nō Romanis concessū, cuius grā, q Romanus
nō erat, & se intelligebat iure Romano esse donatū, percipit oīa Romanor̄, & eor̄
q ciues Romani sunt priuilegia, ad se qo pertinere. Sed hæc iusticia (vt ad nrā
Iusticia iuris & legis. veniamus & sacris verbis loquamur) alia est à iusticia operū, in qua ē nostra
disceptatio. Nam neq; Cluentius, iure Romano donatus, si violasset maiestatem
populi Romani, aut detrimentū Reip. Romanæ attulisse & conuictus fuisset, defen-
dere se, ex his criminibus potuisset, quod aliquādo iure Romano, vt Romanos ciues
ab ipsa

ab ipsa natura generaret, fuisset donatus. Quin potius hæc ipsa concessa antea dignitas, augeret et nõ minueret sequens crimen. Et est verũ, quod pag. 225 dicis, Improbũ hõem credere sacros libros, integerrime esse veritatis, lumine cælesti, ne illos veluti alter Tarquinius reijciat, indigere: Sed in hoc nõ sumus, q distinguimus inter improbũ nõ ciuem et ciuem nõ probũ. Et asserimus, in illis quantumuis perditis et nequã, gratuitæ adoptionis ius, q̃ est ipsa iustificatio et imputatio iusticiæ per fidem, quod Iesus sit chr̃s, illucescere, qd sit in Rempub. Israelis ascribi. In his vero hoc nõ est, sed illud: à Repub. Israelis, in quã recipiunt̃ improbi qq. per fidem, deleri nõ posse quenquã, nisi per cor poenitere nesciũ ad mortẽ vsq: et conditorẽ iuriũ huius Reip. tam mitem esse, vt recipere paratus sit in gratiam, promissa impunitate ões non probos ciues poenitentes et veniã petentes. Accingere igr̃, et demonstra nobis: aut operũ iusticiã nihil esse, aut peccatoribus ciuibus Reipub. Israelis, opus esse imputatione iusticiæ per fidem in chr̃m vt reconcilient̃ Deo, postquã sunt ciues facti et peccauerunt, sicut prius, erat illa imputatio iusticiæ necessaria, vt placaretur illis Deus, et illos reciperet inter suos, q sui nõ erant, ciues: Aut in Eccla Dei nihil valere poenitentiã animi, nisi adsit fides imputans iusticiã: Aut iusticiã, q̃ est in filijs Dei operũ, nõ aliã esse quã iusticiã, q̃ imputatur hõi p fidem quod Iesus sit chr̃s. Hæc enim si probaueris et verbum Dei mutaueris, et nouũ verbũ Dei, vt ista probes erit tibi quærendũ.

Fidei, inqs, definitio est testimoniũ gratuitæ in chr̃o adoptionis et iustificatiõis. Et alibi q̃o dicis in Epla, iusticiã, qua sola nitimur, in chr̃o Iesu nobis per solam fidem imputatã, peccatorũ remissione definimus. Alr̃ hæc Paulus definit, qui dicit simplr̃ filios iræ, credendo Iesũ esse chr̃m, postquã resurexit à mortuis, habere fidem. Seqr̃ aut̃, dicens ab hac fide oriri iusticiã, salutem, vitam, gl̃iam, testamenta, filiorũ ius, hæreditatẽ, et alia, q̃ longo catalogo numerat. Sed aliud est, qd sequatur, et qd definiat fidem, et aliud est, qd fides pariat in homine et aliud, qd finiat fidem

fidei definitio

Dicis pag. 228. Nullum debere imaginari perfectionẽ aliquã in hõib; Deũ diligentibus. Pro hoc dicto, vt credi à nobis debeat, verbũ Dei pro magistro et iudice petimus. Nam cũ chr̃s dixit: Ecce verè israelita, in quo dolus nõ est, perfectionem aliquã et vere summã in Natanaele adesse imaginabatur, confitebat̃, probabat. Disputas tandem de perfectione, in cuius explicatione audi nostrã sẽtiam. Nos nõ quærere quanta, et qua maior in hõe aut in Deo esse possit perfectio: esset enim quæstio indossubilis, cũ nobis ignota sit capacitas mentis humanæ in virtute et vitio: Et legimus qdem in profundum vitiorũ hõem peruenire posse et solere: sed in quo vitio consistat illud profundũ, et an in vno, an in pluribus, et an sit summũ in virtute ad quod homo perueniat, sicut est infimũ in vitio: et in qua virtute, vna ne, an pluribus, illud summũ pertingat, nusquã fuit à nostris scriptoribus perscriptũ. Quærimus igr̃ de perfectione, quã Deus desiderat ab hõe, et suũ desideriũ explicauit per leges. Quod si quæras nũ illa perfectione sit maior Dei, et maior in hõe esse possit, R̃ deo, de priore quæsito, me posse aliqd, de posteriore nihil statuere. Nam Deũ fateor hõem superare õi perfectionis gr̃e: sed an homo vltra perfectionẽ, q̃ in lege sita est

perfectionẽ esse in hõibus. 969.

qualis pfectio requiratur ab homine.

ta est, cum suis appendicibus, progredi possit, hoc vero mihi à sacris Biblijs
nusquam suaderi dico. Lego quidem illum dixisse: hæc omnia seruaui à iuuentu-
te mea, et tamen audit: si vis perfectus esse, veluti asserens, aliquam vltra le- Matt. 19.20
gis Dei perfectionem. Sed quis non videt et illud fuisse iactantiæ, et hoc
esse mandati diuini primæ tabulæ. Parere enim Deo, et abire quo te mittit, reli-
ctis post tergus omnibus et tibi charissimis, prima tabula legis diuinæ iubet.
Circumponamus igitur nobis has disputationis metas: Ne circumuagemur quæra-
musque an homo, iræ filius, acquisita venia omnium suorum scelerum per fidem, per quam
iusticia est illi imputata et factus filius Dei, possit esse perfectus, ea perfe-
ctione, qua maiorem Deus in homine nullam desiderat, nec ne? Deinde petamus, an
legis iusticia et perfectio, quæ sita est in recte factis et consonis virtuti, æqua-
lis sit perfectioni iusticiæ eius, cui Deus, quod iusticiam per fidem imputauit, peccata
non imputauit, sed ex filio iræ, suum fecit filium, an minime? Vides nos loqui de per-
fectione, et non de hominis perfectione, vt latebra illa duplicis perfectionis simulatæ
seu fictæ, et suis numeris omnibus absolutæ, vacua remaneat, neque aliquem tegere pos-
sit. Loquimur enim de legis perfectione, quæ si maior aliqua erit, non dicetur legis esse
perfectio: quoniam legis perfectio ab alia aliqua perfectione potest à sui ipsius perfecti-
one, superari non potest. In hac perfectione si quæ fiet comparatio, non erit albi
hominis cum homine, qui sit gigas, neque hominis naturæ cum hominis natura, quæ permanet semper eadem,
sed duorum indiuiduorum in legali perfectione, quæ desiderantur ab homine: veluti inter duo
summe alba in albedine fuerit collatio. Audiamus igitur te dicentem:

Perfectio legis.

Pios, in quibusuis operibus bonis, repræhendi posse: quoniam singula piorum opera bona
habent impuritatem, falsitatem, simulationem, admixtam. Et Rogabimus, vt ex ver-
bo Dei hoc nobis probes quod dicis. Nam prætendere nobis Ecclesiæ venerandum
nomen, et Celestini inuidiosam memoriam non debes. Cum nos Ecclesiam destitutam ver-
bo Dei, pro Dei Ecclesia non agnoscamus: Et Celestinus si malus fuit, sibi fuerit malus,
non nobis, quia non Celestinum, quem nescimus ater fuerit an albus, sequimur, sed verbum
Dei. Perfectam, inquis, charitatem nemo sanctorum vnquam habuit, habebit, aut est
habiturus: sed habebitur in altera vita: Et Christum excipis.

Hic desidero verbum Dei. Loquimur autem de virtutibus perfectis et perfe-
cta charitate legali. Lex igitur potest à nobis perfici. Nam nos plenitudinem legis
putamus esse legis perfectionem: eam autem esse dilectionem fatetur Paulus: ab hac
dilectione ἀγάπη, Iohannes demit et timorem omnem humanum et peccatum ἁμαρτίαν
scilicet et φόβον. Cum autem dilectionis duo sint mandata, vnum, primum erga Deum, Matt. 22.37.
alterum, secundum erga proximum, et in his duobus mandatis consistat, quidquid perfectio-
nis petitur ab homine, aut à lege aut à prophetis: et primum mandatum videatur in se-
cundo, et secundum in primo inclusum, fit vt dici possit, et qui proximum diligit, legem Rom. 13.8.
explesse et consumasse, et qui diligit Deum, perfectam et absolutam legis charitatem
habere. Nam sicut vere potest dici, proximum non diligere, nisi diligat Deum cuius 1 Ioh. 4.20.
gratia, et non aliam ob causam diligendus est proximus: Ita nemo potest dici diligere Deum
nisi diligat proximum, qui non diligi non potest, si Deus, qui mandat, vt proximus diligatur
diligitur. Iubet autem ita Deus, de se Deo diligendo, et ad hunc modum suam voluntatem
explicat, qua summa dilectionis diligi debeat: ex toto corde scilicet, anima, viribus, men-
te-

charitas legis perfectio

te, fortitudine hoīs, & non, nō hoīs. hoī enī videt se mandare, in quo nō sunt aliæ vires, fortitudines, aīa, mens cor, quā humanæ. Si qs igr̄ amat Deū, quantū amare Deū pt̄, quātūs Deū nō amet, quantū Deus esset amādus, ad quā virtutem accedere nō potest, is diligere Deū perfecta dilectione, & absoluisse legis votū dicendus est: Sicut q diligit proximū, quantū ex lege amari proximꝰ possit, is absoluisse oībus numeris legem est asserendus. Hinc sunt illæ alternæ sententiæ, concinentes tn̄, quibus dr̄: Vixit sdm̄ legem: vixit in mandatis legis: dilexit ex toto corde. Et idem sigcātur, repræsentatā sclt̄ opere fuisse dilectionem, quā lex postulabat ab hoē. Quid rogo lex mādat? Diliges Dōm Deum tuū, ex toto corde tuo: Non declinabis ab eo ad dextram aut ad sinistram. Quid aūt dicit sacra scriptura (ut alios quos tibi suggerere potes præteream) de Dauide? fecit Dauid quod est rectum in oculis Iehouæ, neq. declinauit ad dextrā aut sinistrā ab omni eo, quod ei præcepit (in lege) cunctis diebus vitæ suæ, præterquā in caussa Vriæ, ab his q̄ ei Deus præcepit, nempe in lege, qua nouerat qd esset vitandū aut fugiendum. Existimo aūt sacra dicta velle dicere Dauidem Deo placuisse, & ita Deū coluisse & amasse, sicut Deus mandarat & desiderarat se amari à Dauide: in vno tantū mandato legis, Dauidem nō fecisse rectū in oculis Dn̄i: Quod si defuisset, sine exceptione dici potuisset Dauidem à lege Dei neq. ad dexterā neq. ad sinistram declinasse. Ex qbus dictis Ego colligo, an vero recte colligam, tu iudicabis: In his partibus legis, in quibus peragendis dr̄ Dauid neq. ad dexterā neq. ad sinistrā impegisse, sed recto itinere angusto qdem, vt dicit Chr̄s, sed in quo erat integra virtus & æterna vita incessisse, nullū fuisse vitiū, quod in dextera & sinistra, & nō in media via, in qua virtus erat q̄ duceret ad vitam, inueniebar̄. Vitiū enim nō ducit ad vitam: neq. ibi esse pt̄, vbi via constrata est ad vitam deducens. Quamobrem dico & profiteor, me in his verbis sacræ scripturæ, nihil aliud cernere quā in Dauide, vno facto in Vriam excepto, q̄ exceptio vana nō est, fuisse veras & integras virtutes, commendante Deo, & Dauidem absoluto amore, quem lex postulat ab hoē ꝓconiorū corollis ornatū. Venio etiā qd illos, qbus obseruatio legis Dei attribuir̄ sine exceptione: Erant, inqt, ambo iusti coram Dnō, reuera sclt̄ & nō specietenꝰ versantes in oībus præceptis, & iustificationibus Dn̄i irrepræhensibiles, ante Deū sclt̄, corā cuius oculis erant iusti, & hoēs, quibus nō alicubi displicuisse opus & labor visus est. Habes ex me duo exempla: Vnū cū exceptione vnius mandati violati: non moehaberis, seu vxorem alienā nō concupiscito: Alterū sine exceptione præstitæ ad plenū iusticiæ legis & perfectionis amoris, quā lex ab hoē desiderat. In quibus & de tota lege fieri sermonē video, & in virtutibus præstitis aliquod fuisse vitiū, quod detrahi oportuisset nō commemoratur: Nec sileretur si aliqd tale fuisset, maxime cū ob id ista recitenr̄, vt intelligerent posteri, & qd placeret Deo, & abs quibus maioribus descendissent, q sclt̄ ad exemplar legis Dei vitā suā conformare studuissent. Quid igr̄? dices forsan, superbos hoēs nobis formabis, q contendere cū Deo de iusticia audeant? Ne tu dixeris meū esse, quod meū nō est, sed sacræ scripturæ, quodq. nō facio, ne, rogo, me facere dixeris. Dauid enim Zacharias, Elizabetha, Paulus, si viuerent, nūquā de se auderent fateri, q̄ illis mortuis in Dnō, Deus de illor̄ vita pronūciauit. Puto illos semp: Miserere nostri Dnē, & propitius esto nobis, qm̄ peccatores sumus, sdm̄ magnā mīam

Deut. 6. 5

Matt. 19. 20

Matt. 22. 37.

Rom. 13. 8.

1 Ioh. 4. 20.

Luc. 1. 6.

4 Ecl. 6. 48.

Amare Deū toto corde, toto aīo, sūma ope.

Dauid perfectē legi paruit.

Zacharias Elizabetha legē pfectē executi sūt.

Iusticia legis nō superbos sed modestos facit. 958.

ticam

tuam: Et, quamuis nihil simus conscij, in hoc tn̄ iustificati nō sumus. Nam Dei
interest, nō nostra nosipsos iustificare: Delicta iuuentutis nostræ & ignorā
tias nostras ne memineris: hæc inquā puto illos & alios oēs sanctos semp̄
in aiō, mente & ore habuisse, cū timore & tremore seruientes Deo. Sed scis
disputationem nostram nō istos habere cardines: an homo seruiens Deo su-
perbire debeat, an dicere oporteat, ieiuno bis in Sabbato, nō sum fur, nō mœ-
chus, nō testis iniquus: Sed an iusticia legis, cognitore Deo, ab hoē, quanta quā-
ta est, præstari possit. In qua disceptatione Deū quærimus & habemus iudi-
cem, & sacra scripta pronunciata & testes. Et in eo in quo nostrū seculum fa-
stū subesse & superbiā credere potuisset, Ezechias laudem & præmiū retulit.
Flens enim dicebat Deo: Obsecro Dn̄e, recordare nunc quod ambulaueri corā
Ezechias te in veritate & in corde perfecto, & quod bonū est in oculis tuis (corā te scilt)
fecerim. Thrasonē gloriosū fuisse Ezechiā dicerent hoēs nostri seculi, tā
absunt cogitationes hominū, a cogitationibus Dei, cū tn̄ ob huiusmodi p̄ces
retulerit ille & laudem & diuturniorem vitā, & beneficia alia. Et ille in mi-
nisterij administratione, nō se efferens, sed Dn̄o suo obsequens quā diligen-
tissime: Dn̄e, inqt, quinq̄ talenta tradidisti mihi, en lucratus sū p̄ illa altera Matt. 25. 20
quinq̄. & refert laudes & præmia a Dn̄o suo. Illud potius cauendū tibi Be-
za est, postquā hinc nullū periculū esse vides, ne illa tua imputatio iusticiæ,
Imputatio iusticiæ imputatio iusticiæ p̄ chr̄m appræhensæ sit illud: templū
Dn̄i est. Ista enī, q̄ tu dicis de iusticiæ imputatione, omnē legū diuinar̄ iusti-
ciā tollunt, & pro ea iusticiā fidei substituunt. Cum illa Aplica iusticiæ impu- Rom. 3. 30.
legem stabi- tatio ita ius filiorū donet, vt iusticiā legis nō tollat, vt se in eius locū sufficiat
limus p̄ fidē. sed illā statuat, & pro eius obseruatione calcar addat, & se stimulū faciat, vt
q̄ se vident per iusticiā fidei factos esse filios Dei, amorē, quē debent Patri, ius-
sū per legem, reddere studeant: & q̄ se agnoscunt Dom̄ hēre, Dn̄i suū metuere nō
desinant clamāte Deo, & Patre & Domino: Si Ego pater, adsit amor, si Ego dōns
adsit erga me, in vobis filijs meis & seruis timor. Perfectio, inqs, de qua loqr̄ Matt. 5. 48.
Paulus phil. 3. & quā iubet chr̄s Matth. 5. in altera vita speranda, nō in ista q̄ Phil. 3. 15.
perfecti renda, sed post resurectionē expectanda. Ea enī meta est, ad quā contendere
estote. possumus, sed nō ante postremū diem, peruenire. Hæc tū, q̄ nō solū sine ver-
bo Dei dici, verū etiā contra verbū Dei esse videntur. Nam ista duo loca, non
de vita q̄ futura est, postquā ingressi fuerimus regnū cælor̄, sed de tempore illo
quo viuimus, antequā ingrediamur, vt ingredi possimus in regnū cælor̄ loquunt̄.
Nam præcedit: non ingrediemini in regnū cælorū, nisi iusticia legis fuerit ma-
ior in vobis, quā sit in scribis & pharisæis, & quibus dicit Aplus, quotquot iam
perfecti sumus, & dicit, perfecti sumus. Et, imitatores mei fr̄es estote. Quorum
vtrūq̄. & imitatio, & esse perfectos, erat ante acquisitā palmā cursus, ad p̄fixū
signū, vt ibi loqr̄, hoc est, ante ingressū in regnū cælorū. Satis superq̄ dictum
esse puto pro occasione data de iusticia fidei & legis pro caussa castalionis.
CAPVt III. Nunc dicendū erit de prædestinatione & libertate hoīs: In quor̄ argntorum
tractatione, consentire te cū Caluino, sed a verbo Dei dissentire existimo me
videre. Illinc aut̄ incipio vbi ais pag. 38. Filij ex hebræor̄ idiotismo dicunt̄
quicūq̄

quicunq; sunt alicui rei destinati, siue reuera, vt cũ Iudas dr̃ filius perditionis, id est, exitio destinatus: siue specietenus, veluti si filiũ dixerim mortis eum, q mortem commeritus sit q tñ postea principis voluntate, vel aliquo casu à morte eripiar̃: Sicut econtrario filij regni dicunr̃ oẽs Abrahami filij sdm carnem cũ tñ reipsa nõ oẽs sint filij regni, sed hi demũ, q sunt filij promissionis vt explicat Paul. Rom. 9.

De prædestinatione: et hõis libertate.

Rx. Sed qd si Iudam pœnituisset facti, et nõ desperata venia absorbuisset illum dolor? Quid si oẽs Abrahami filij carnis, ex impœnitenti et durocorde cor carneũ induissent et resipuissent? Neq; verò eò tendit Paul. quo tu putas: In Isaaco vocabir̃ tibi semen, illud scl̃t cui terrã Cananeã donare volo. hoc est inqt, nõ filij carnis, vt Ismael, ij sunt Dei filij, seminis scl̃t, cui terra chananæorũ erat pmissa: sed q sunt filij promissionis nempe nati. qm̃ promissi recensentur in semen, quod terrã Chananæor̃ possidere debebat. Et vides quod Paulus hic distinguit, inter filios carnis et filios promissionis: alibi mutatis nõibus secernere inter filiũ carnis et filiũ sprs, et natũ sdm carnẽ, vi scl̃t naturali genitũ, et genitũ sdm sprm, vi scl̃t à sprũ Dei subministrata, cũ caro esset emortua et oĩbus viribus naturalibus despoliata, nominare. Quemadmodũ animaduertere potes, hæc nõ de prædestinatione ad vitã æternã disserere, cũ nõ ob aliud iussus fuerit Abrahamus oẽs ~~filios~~ suos et Ismaelẽ et se circũcidere, nisi vt sigcaretur destinatio gentis ad vitæ æternæ hæreditatẽ, cuius promissio contigerat per fidem, quã circũcisio signabat: Sed eò tendere, vt sigcaretur, verbum Dei nunquã fuisse existimatũ excidere aut excidisse, si nõ toti genti ea contigissent, q̃ genti se daturũ Deus policitus fuerat. Unde fit vt exclusio Ismaelis et Esai à promissionibus terræ chananææ, nõ sit visa derogasse veritati verbi Dei, quo Deus recepit se semini Abrahamico terram chananæã dare. Sed sequamur tua, pag. 40.

Rom. 9. 8.

discrimen inter filios promissionis et natos sdm carnem.

circũcisio cur Abrahamo iussa.

Qui æternũ Dei consiliũ siue destinationẽ facit variã ac mutabilem, siue q2 eã à conditione suspendit, cuius exitus sit in hominũ arbitrio, is certe existimet necesse est Deũ vel falli posse, vel in ancipitem euentũ futura decernere. Quod nihil aliud est, quã Dei prouidentiam verbo affirmare reipsa verò tollere.

Regnũ dr̃ æternũ nõ solũ sui ipsius cã, q2 finem nõ hr̃t, ver̃ et̃, q2 ad illud destinati, nunquã eo possunt excidere. Qui in Ecclam, q̃ est iter ad illud regnũ recipiunr̃, in duplici sunt conditione. Nam alij sunt in ea nati et in ipsius sinũ versanr̃, et tñ reipsa ex Eccla nõ sunt, idq; sua culpa: Alij sunt in Eccla, ac reipsa ex Eccla sunt, et nunquã extra Ecclesiã eÿciuntur. Cur? Non hic dicis Beza sua vel aliena virtute. Sed pag. 41. dicis Dei verbũ siue consiliũ siue destinationẽ excidere nõ posse. Hanc putas esse illius cam̃ pag. 68. Duo sunt q̃ illi obÿcio, vnũ, quod tribuat hõi liberũ arbitriũ, à cuius voluntate pendeat diuini consilij constantia &c. Decretũ Dei nõ modo incertũ sed etiã fallax et ab hõis voluntate pendens facit, et duo falsissima affirmat, Iudam fuisse vitæ destinatũ, Ezechiam vero morti. pag. 69. Si præclaro isti doctori credimus, Deus vult oẽs (idest singulos) hões seruare, siue, singulos hões vitæ destinauit, sed sub conditione, si crediderint. Ista vero conditio est in omniũ hominũ potestate, q2 alioqui frustra opponeretur. Ex quo efficir̃, eos q pereunt contra Dei destinationẽ et voluntatẽ perire. Hoc verò an nõ est liberũ arbitriũ in vtramuis partem hõibus tribuere, et Dei

consil.

consiliū à voluntate hominū suspendere. Quid nos aūt in contrariā partem
ex verbo Dei doceamus, non pigebit paucis explicare.
Deo inuito, (pag. 70.) vel non curante, quicquā fieri vel euenire, nobis summa
blasphemia est. Deū mutare consiliū, siue Dei verbū excidere, siue contra Dei
destinationē et voluntatē, qcquā in mūdo fieri, nedū vt hōes contra Dei desti-
nationē vel seruenr vel pereant, eadem nobis blasphemia est. Certum etiam ab
æterno (pag. 71.) esse didicimus damnādor numerū, et additā esse eor exitio
conditionem, si in peccatis ad extremū perseuerauerint. Hæc aūt conditio nō
potest nō in ijs impleri, q cū sint arbores malæ, fructus bonos edere nō possunt.
pag. 72. Non dicit ἔιται vel ἔσεαϑ esse vel fore Simeon Luc. 2. sed verbo nεῖ-
αϑαι vsus est, quo declaratur æternū Dei decretū, ac si dicas nεῖαϑαι destina-
nεῖαϑ .. tū esse. pag. 73. Scripsi nεῖαϑ nō referri ad solū euentū, sed potius æternā Dei
destinationē declarare. Impiū et blasphemū dogma est, Dei destinationē in v-
tramuis partem ancipitem stabilire. pag. 75. Pernego, contra Dei destinationē
cadere, q ad lapidem impingunt. Huc sunt ꝓdestinati vt fiant conformes ima-
gini filij Dei: eadē ēt rō est in contrariā partem. Fit enī sdm iustā Dei desti-
nationē, vt quod suapte natura benedictio est (sicut valetudo, opes, Euāgelij
auditio, dōtes corporis et animi) reprobis in maledictionē et exitiū cedat. Id fit
malor culpa. Sed tu falleris, quod vbi destinationē Dei audis, putas hōes culpa
carere, nisi illā vt ambiguā et ancipitem ab hominū arbitrio in vtramuis partē
libero suspendas. Qm videlicet nō cogitas, quandā ēt esse voluntariā necessitatē,
q efficiat, vt tota exitij culpa in hōibus resideat: etiamsi quod Deus decreuit neces-
sario eueniat oportet. pag. 76. Si blasphemia est scribere contra Dei voluntatem
et destinationem aliqd euenire, atq adeo, quod iste totidem verbis scribit, Iudam
fuisse in libro vitæ scriptū, q tn postea perijt, magis etiā impiū est dicere, con-
siliū Dei ab hōibus rescindi, quo verbo nihil imperiosius dici potest. Verbū Dei pag.
77. excidere, ac proinde consiliū ipsius rescindi nō pt. Verbū Dei, id est, quod se-
mel dixit Dns se facturū, vel nō facturū, nō potest excidere. qm firmū maneat
oportet, quod inuariabili et omnipotenti Dei voluntate nititur. Idem ēt de ipsius cō-
silio (id est de eo quod semel apud se constituit, vt esset vel nō esset) necesse est sta-
tuamus. qm quod ipsius respectu, et quasi in ipso Deo consiliū est, nobis postea
fit verbum, qm videlicet nobis à Deo patefit. pag. 78. Si decretū fuisset (de-
nuntiata Ezechiæ mors) necesse fuisset Ezechiam mori, q2 nec mutabile nec ir-
ritū est quod Deus decreuit. Quid Ergo? comminatio erat, qua Dns constitue-
rat Ezechiā ad peccati agnitionē adducere. In his comminationibus est tacita
et inclusa conditio, nisi resipueris. Imo ne tum qdem, cū Deus aliqd ꝓcipit semp de-
clarat qd fieri decreuerit, vt Isaaci mactationē, q nō erat, nec consiliū nec de-
cretū nec voluntas Dei. Interdū ergo constat præcepta Dei ab ipsius voluntate
et consilio distingui. Eadem ēt rō est generaliū ꝓceptionū. Neq. n. etiāsi dicit
Dns oībus filijs: honora patrem tuū, idcirco decreuit oēs filios parentibus suis ob-
sequentes futuros, sed econtrario multis hoc præceptū vult inculcari, vt iustius
iudiciū sibi accersant. Nam præcepta Dei, possunt, propositis contrarijs legibus
vel falsa interpretatione violari, corrumpi, abrogari, et aliquatenus irrita fieri ab
impijs principibus et pseudoprophetis, quamuis penitus deleri nō possint: Sed consiliū
Dei, id est, quod semel constituit ac decreuit fore vel nō fore, nemo pt vel tantillum
remor-

remorari, nedũ rescindere, qm̃ omnipotens est Deus et sui semp̃ similis. Hoc aũt loco Luc. 7. consiliũ Dei nõ dr̃, quod priuatim et in suo arcano Deus de istis sua ipsor̃ incredulitate perdendis decreuerat: Sed beneficiũ Dei, quibusuis in vniuersũ oblatũ per Iohannis ministeriũ, nec tñ singulis auditoribus seruandis destinatũ: ac proinde ab ijs solis receptũ, q̃ erant præordinati ad vitam. Ab alijs aũt q̃ hoc loco repræhendunr̃, vltro et sponte repudiatum. Sed hoc tamẽ Dei bñficiũ de hoĩbus per Iohannẽ ad chr̃m adducendis, istos potuisse rescindere nego, q2 Dei in suos bñficentiã nõ potest incredulorũ contumacia impedire. Increduli sua contumacia gratiã Dei reddunt sibi ipsis infructuosã, sed rescindi certe consiliũ Dei nulla rõne potest. pag. 82. Ioh. 1. Hoc totum nihil aliud declarat quã gratiã ὑοθεσίας, quã merito vocat ἐξουσίαν id est ἀξιώσιν cũ hac rõne simus Dei hæredes cohæredes aũt Christi. Itaq̃ q̃ ἐξουσίαν interprætanr̃ eligendi potestatem et hoc loco abutunr̃ vt liberũm suũ arbitriũ stabiliant, quod et ipsũ dicũt à gratia nõ penitus præstari, sed præmuniri duntaxat et adiuuari, ij nunquã intellexerunt, q̃d beneficij per chr̃m fide consequamur: nempe vt non modo filij Dei esse possimus si velimus, sed et vt velimus et possimus. Tu sentis hanc potestatem chr̃m contulisse hoĩbus, vt libero arbitrio possint fieri et nõ fieri filij Dei. pag. 84. Stupor est existimare, homines priuari libera voluntate, nisi sit in vtramuis partem flexibilis. Nã si hoc verũ est, consequenter nec Deũ, nec beatos illos angelos liberã habere voluntatẽ, cũ neq̃ ille possit aliud, quã bonũ velle: neq̃ istis aliud quã Dei voluntas placere. Imo et illud absurdũ sequetur: Nos cũ vita illa beata, quã expectamus, arbitrij libertatẽ amissuros. pag. 121. Non potest pati Castalio vt dicamus, quod Deus semel sanciuit, irritũ fieri nõ posse, quã esse veram huius loci Rom. 9. sententiã, oẽs interprætes confirmant, et res ipsa clamat. pag. 136 Non dicit chr̃s, suũ nõ esse, alios ad patris dexterã collocare, quã q̃h ea dignitas destinata est: sed suo more potius docet, se aliã ob cãm missũ esse à patre, ad quẽ illos Zebedęi filios remittit. pag. 213. Sit ergo 1 Petr. 2. τίθεται ponere. Sed q̃do quæso ponunr̃ hoẽs à Deo, cũ de æterni ipsius consilij executione quæritur? Certe cũm ab eo condunr̃, seu in hoc mũdo collocantur, et ex aduerso respondet huic verbo τὸ πεῖσθαι de quo dixi Luc. 2, τὸ τίθεται ad consilij executionẽ, προορίζειν, ad consilium ipsũ refertur. pag. 215. At enim dices, Si Deus creauit aliquos ad contumaciã, omnino autor est eor̃ contumaciæ q̃mdum si quos creauit ad obedientiã, omnino autor est eor̃ obedientiæ. Nego consecutionem mi homo. Est enim Deus per chr̃m suũ obedientiæ autor et caussa efficiens: Contumacia aũt nõ à caussa efficiente sed deficiente, eaq̃ in nobis hærente promanat. pag. 219. Si naturã Euangelij in sese considero, dicã esse verbũ Dei: sin aũt homines, quibus annũciar̃, et diuersa de illis Dei iudicia respicio, dicam alijs proponi, vt sit eis odor vitæ, q̃ est ipsius Euãgelij vsus, alijs vero, vt sit eis sua ipsorũ culpa odor mortis, q̃ est Euãgelij abusus.

τίθεται. προορίζειν.

℞ Hæc est sẽtia tua, alibi impugnata, et vt videtur expugnata, à nobis. In qua desideramus illud, vt distinctio abs te recitata, inter consiliũ et decretũ, et voluntatẽ et mandatũ Dei: coniunctio inter prouidentiã et prædestinationẽ Dei: differentia inter rescindere et eneruare, demonstretur ex verbo Dei. Nam scimus latinis auribus hæc inter sese differre: sed in ea lingua, qua scripserũt prophetæ et Apostoli, cũ ostenderis hæc varias habere et voces et sig-

nificat

rificationes, tum vero nobis abs te satisfactu fuisse dicemus. Nam nos in loquendo & sentiendo, verbu Dei nobis pro magistro, ne erraremus, præfiximus, & nó nos, aut æterna aut temporalia Dei destinatione, prædestinatione consiliu decretu voluntate Dei, instabilem, inconstante, variu, mutabile, suspensa ab arbitrio hóis, facimus, sed verbum Dei. Fac alr verbu Dei loqui, & nos alr cum verbo Dei loquemur: fac verbu Dei alr sentire, & nos cu verbo Dei alr sentiemus. Atq; ings forsan alr de Deo loquendu est, vt est in se Deus, & alr cu de Deo ita loquir verbu Dei, vt intelligi ab hóibus possit. Tum em necesse est, ita log de Deo, vt hóes intelligant, q nihil intelligere possent, si de Deo, ita vt Deo in se & per se est, sermo fieret. Et in hoc sumus. Nam in Deo nulla dicere mus esse voluntate, prædestinatione, arbitriu consiliu & alia, si de Deo, vt Deus in se est, & nó, vt de Deo doceri cupimus hóes, log vellemus. Deus em nó est suum decretu, sed ipse est & Deus & decretu, & gdqd in Deo esse dr. Quare cú inter hæc & Deu distinguimus, de Deo sermonem instituimus, nó vt in se est Deus, sed vt hói Deus, vt hó intelligere possit, ea, q sunt ipse Deus, exponitur. Unde verbum Dei, ne abhorreret a Deo hóes, óes voces, crudeles, asperas, à sensu humano alienas, ab imperij dulcedine auersas, reiecit. Illis aut vocibus vtir, q etiadi mutabilitate in Deo ponere videant, vtiles esse hominu saluti iudicarr, neq; maiorem honore, aut maius decus in Deo ponit, quadsi aut vita sanctitate, aut petitione reconciliationis glorificar ab hóibus. Viuo Ego, inqt, dicit Dns q amima q peccauerit, nisi resipuerit, ipsa morietur. Nunqd volo morte peccatoris, an nó magis vt se conuertat & viuat? Ezech. 18. Si dixero impio, morte morieris, & impius fecerit iusticia, morte nó morietur: Et si monueris iustum vt nó peccet, & nó peccauerit, vita viuet: si peccauerit, morte morietur. cap. 3. Ego Deus sum & nó mutor, vt homo: Si bonu genti iusta promisero, & illa fecerit quod malu e, poenitebit me promissi. Si minatus fuero genti impiæ malu & illa fecerit quod iustu est poenitebit me illius mali. Pœnitentia aut est sententiæ decreti mutatio. Neq; alicubi hanc firmitatem consilij diuini, qua tu ponis, inuenimus in verbo Dei. Nam etiã in eo, in quo Deus voluit q duas res immutabiles in qbus fieri nó posset vt mentiror Deus, sigcare haredibus promissionis firmitatem consilij sui, vt in bonu ita in malu, conditio apponr: si bonus nó desciuerit in mala, & malus nó reliquerit impietate. Item vt quemq; inueniet iudicij Dei firmitas, ita iudicabit, neq; erit personar acceptio apud Deu, vtpa eos, quos æqualiter amat ex se & odit, aut nó odit iniquitatis & iniusticiæ cá. Hanc conditione a sententijs diuinis auferre, aut de isto argnto disserere sine conditione, mihi religio est, & esse debet etiã tibi, si Sacra biblia de his arcanis simplr disputantia studes imitari & segui. His præmissis, venio ad singula tua, ne putares verbu Dei disserere tantu sua, & nó etiã discutere at & dissoluere aliena. Dicis pag. 110. Qui Dei destinatione, a conditione suspendit, necesse est vt credat Deu fallipse, seu incertu esse de futuris euentis, & prouidentia Dei nulla esse. Sed falsa est consecutio. Nam quamuis Sacra Biblia eodem pericllo, quo hóes depingunt, describant etiã nobis Deu: attamẽ plures virtutes ponunt in Deo, quã in hóibus: q virtutes si Deo deessent, omino Deus esset omnimodi, atq; sunt hóes. Destinat igr & populu Israeliticu & Saulu, Deus, ad certu munus exequendum, & contrarius euentus sequitur, nó minus quã Dauide mittente legatos ad Hamonẽ Naha filiu, pro beneficio retulit ignominiã. Sicut aut Dauid, si prænosset

De Deo alr loquendu vt ese in se, alr vt intelligi possit.

principes fecerũt misericordiã. ese 85 cra. 676.

Mutatio consiliorũ Dei. 979.

Ezec. 18. 4

Mal. 3. Num. 23 Ier. 18.

Pœnitentia in Deo qd

heb. 6. 17

promissiones & minæ Dei conditionales 979. 982.

976

Destinatiõ Dei segr contrarius euentus

uisset, qd comitari debuisset illa legationem, et oem occasione præscindere voluis-
set Ammonitis calumniandi, quod animu alienu haberet ab amicitia Hannon, qd
ad se consolandu in morte sui patris, cuius David amicus fuisset, cu ille viueret,
legatos mittere perseuerasset, malens ex ipsis euentis reru, qua ex sua præno-
tione de futuris, fieri de animis hominu iudiciu: Ita Deus, que diximus ve-
luti hoem nobis in sacris proponi, destinat oes ad bona, et destinare no desistit,
quamuis norit quid futuru sit, sed mauult ex ipso euentu rem iudicari, et,
sua ~~iudicia~~ consilia oia ad salute hominu pertinere, explicare, qua ex eo qd
prænouit, hunc iuuare et illu deserere. Cum no magis ille, quam iste sit su-
um mancipiu: et no minus iste, qua ille Dno suo stet aut cadat: mauultq se
ignoratione futuror prætendere, qua ex eo, quod prænouit, aliu perdere et
aliu seruare et personaru acceptor iudicari. Pendet igr destinationis semp
ad bonu vis, ex conditione. Neq propter hoc, Deus de futuris est incertus,
si ab arbitrio incerto hois, destinatio dicar explicari: Neq prouidentia a
Deo tollir. Valeret tn consecutio, si in Deo nulla potior virtus poneretur,
qua sit ipsa, aut destinatio aut prædestinatio, aut de futuris deliberatio,
et consultatio et decreti emissio, vt Deus, de futuris no esset certus. Nam si vo-
ces consideramus: destinare est reru præsentiu: prædestinare, est post decre-
tum editu in seria deliberatione, antequa tempus veniat, vt opere exequar
quis, quod facere deliberauit. Est aut in hoibus hæc vox, destinare seu pdesti-
nare tam ad bonu qua ad malu: In Deo ad bonu tantu esse, sancti autores
docent, q semp ad vita, nu qua ad mortem, destinari filios Ecclæ docent. Nouit
igr Deus futura, antequa fiant, sed ista virtus prænoscendi futura, alia e
qua aut deliberatio, et q segr deliberatione prædestinatio et destinatio: et
diuersa est a prouidentia. Præsensio eni est, cu multo tempore, antequa aliqd
eueniat, illud euenturu certo nosti. Certo aut nosti, qm rem ipsa, vt in seipsa
est, et no vt futura est, cernis. Noticia eni illa, qua rem, vt in suis est effectri-
cibus caussis, nouimus, antequa in seipsa aut sit, aut no sit, temporu mometa
consectar, q varia esse possunt, vt iuuantia rem, ita rem amouentia, et insta-
bilis est, et a Deo aliena: quamuis Deus q cuncta condidit, norit, qua incerto
euentu, quæq res ambigui euentus a sua fluat caussa. Sed ad rem:
Huic præsensioni nisi adsint vires vt prouidear, ne aut malu, quod futuru
esse prænoscir, in opus exeat, aut exeat qdem in opus, sed non tantu noceat
quantu nocere posset, is, q præscientia illius rei habere dr, prouidentia
(et prouidentia qdem, qm viribus destituir) carere dicer. Destinatione
aut seu prædestinatione, deliberationis esse comitem diximus: Deliberatio
aut præsensioni reru futuraru coniuncta est, no illi certæ et necessariæ.
Nullus eni deliberat de Sole decurrente cælestia stadia: sed incertæ et
cui consilio succurri potest, aut ad bonu aut ad malu. Nullus aut de re
q certo euentura est suscipit cogitationem, nisi ea obcam, qua dixi, cum
cupit se exonerare omni malor, q euentura videt, inuidia, et in alios, q sut
malor caussa, culpam manifesta demonstratione reycere. Virtutes igr
istæ, prænotiones futuroru, prouidentia subsidy, consultatio iusta et sa-
piens, sunt inter se diuersæ, vt no valeat, si vna tollat, altera aut oes tollere.
Quamuis eni in Deo, q vna tollit, omnes auferat: hoc tn no est ex natura vir-
tutu

Destinatio Dei ex conditione pendet

Deus no ex prænotione sed ex euentu sua consilia explicat. 976

destinare. pdestinare in hoibus ad bonu et malu in Deo, tantu ad bonum. 977

Præsensio

Ordo virtutu in Deo. 977

Deliberatio e reru incertarum.

Ezec. 18. 4

Mal. 3. Num. 23 Ter. 18

heb. 6. 17

tutū harū quod sint concatenatæ & reuinctæ: sed ex maiestate Dei, in quo oēs virtutes esse oporteat: Et Deū nō esse, q aliqua vel minima virtute caret. Siue ergo Vates & Vatū scripta perlustres Beza, siue virtutum ipsarū nōia & proprietates, intelligis, nō sequi, In eo prouidentiā nō esse & eū falli posse, si futura, alius virtutis, quā prouidētiæ cā, prænosse pt, Cuius destinata & prædestinata decreta, conditione consueta hinc inde concludum. Atq in Deo, dices, nulla est harū virtutū distinctio. Verū, sed nec virtutes qdem. Ipsæ enī Deus, oēs sunt ipsissimæ virtutes. Sicut autem Deus nō est diuisus sdm virtutū species: ita virtutes in Deo nō sunt aliud quam Deus. Quare in Deo nō est prouidentia, prænotio, destinatio, desideratio, consiliū, decretū futurorū: non est scientia, perspectio, notio pntium: nō est memoria, recordatio, commemoratio pteritorū. Quid igr est Deus? Est oīa in oībus, & ex quo sunt oīa. Quamobrem quod dicis, Nunquā destinatos ad regnū, e regni possessione posse excidere, Si vim externā respicio qua nullus oues Dei de manu Dei rapere pt, vera est sentia: Sed si ad libertatē hōis dictū istud refero, qua consideratione q hodie stat, crascadere pt, falsū esse dictū istud assero. Simili rōne falsū est, quod affirmas pag. 41. Consiliū & destinationē Dei facere, ne prædestinati eyciam, & deturbem ex Dei bonis, & possessionū diuinarū vsū. Cum sit firmitas arbitrij humani, persequi illud, cui studere ex aīo ab initio cæpit. Vis exemplum? Paterfamilias habuit vineā, conduxerat cultores, q eā colerent: misit seruos tempore suo, vt vindemiatæ vineæ fructus, domū curarent deferri. Hoc aut dico destinationē, cū decreuisti mittere diu ante, quā mittere decreueris seruos ad ad fructus ex agricolis accipiendos, & domū deferendos: sed euentus in contrariū cessit, quā esset voluntas Dni. Nam tantū abfuit, vt fructus domū sint deportati, vt etiā iactura maior, ex vitæ seruor, q occisi sunt, exitio sit facta. Diligentius igr res tota à patrefamilias tractari cepit, & deliberatū ne serui amplius mitterem, sed ipsius patrisfamilias & domini filius, hanc ob cam, quod spes esset, vt agricolæ reuererem Dni filiū. Hæc oīa destinationis sunt, mittere scilt ad improbos, seruos illos, quos illi reuereri poterant & reddere fructus vt ad Dom deferam: neq aliqd ptermittere, quod improbitatē, ab improbis agricolis, excutere possit, etiā si ambiguus esset euentus. qm destinatio & pdestinatio, nō qd secuturū sit spectat, sed quali aīo sit Deus, erga suos operarios, atq adeo filios & probos & improbos, æqualr explicat. Non dicimus quod tu putas pag. 68. consilij diuini constantiā pendere à volūtate & arbitrio hōis, & decretū Dei ab hōis voluntate pendere: Sed consiliū & decretū Dei bonū & sanctū & salutare hōi futurū respicere, qd incertū esset Deo, antequā futurū, fieret præsens, nisi alia virtus esset in Deo, prouisio scilt, q futura nouit in se, antequā sint in se, vt aut consilium & decretū Dei cedat in salutem omniū, ad quor salutem & beneficiū illud pertinet, euentū pendentē à caussis infirmis & contingentibus demōstrare: reuerebunr, inqt, forsā filiū meū, qm consiliū Dei bonū in se, incertū habebat euentū, & eius expletio ab aīo agricolarū, qualem euentū esset habiturū pendebat. Cum tn ipse Dns vineæ, alia superiore & alia inferiore & consequente virtute, illa prænotione & ista prouidentia, quæ sit bene deliberādi virtus, & bene sciret qd futurū esset, & potenter valeret nō pmittere euenire.

quod

prouidentiā in Deo, non tolli, nec eū falli posse.

virtutū distinctio nulla in Deo.

Destinatos ad vitam, excidere posse. 982.

Præstinatio nō euentum spectat, sed Dei animū explicat. 975. 982.

Matt. 21. 34

Matt. 21. 37.

quod euenturu erat, nisi "eu tpusisse" ad suã gloriã pertinisset. Est em ordo in virtutib, Virtutu in
vt præcedat prouisio, sequat consiliu, hoc cu potentia obrepiat prouidentia, ne Deo ordo.
his cedat impune, q sprenerit, aut nõ illis succedat in homẽ, q amplexi sunt consi- 975.
liu Dei. Et miru esse putas dici, atque Iudã atq. Ezechiam ad vitã fuisse de-
stinatu? Atq sententiã fert verbu Dei, quat nullã personar acceptione dicit In bñficiorũ
esse in beneficior diminorũ explicatione, cu ões contingat esse ex eadem gente diminutu explicatione, nul-
aut sancta aut impia. Vnde sicut dicit Omnes, tu Iudæos tu gentes peccasse la personarũ
et egere auxilio Dei, ita auxiliu Dei ex aquo patere õibus narrat sine exceptioe rõ habetur.
aut personar acceptione. Maius aut erat Iudam esse, e nõ gentis incircumcisæ
qua Ezechiã esse e nõ Iudã, in collatione illa q fit erga beneficia Dei: e tñ
gentes adæquat Iudæis verbu Dei, e in Prædestinationis e in electionis e in vo-
cationis e in glorificationis beneficijs. Sed tu vt videris, euentu respicis, in
quo, quis negat Ezechiã esse maiorẽ e digniorẽ Iuda? Quod immuis ad mor-
tem aternã aliquos a Deo destinari, hoc falsu esse dicimus, e qm nusquam
legit in verbo Dei, e qm destinatio e prædestinatio Dei προθεσις æterna prædestina-
Dei sequitur, q tota ad vitam inclinat. Quod aut existimas, Eos, q pereunt tionẽ Dei, sep
sdm destinationẽ e voluntatẽ Dei perire, qua dirigit hões ad perditionem, ad vitã inclinar.
ita falsu esse asserimus, vt nisi tu indicaueris, miremur, qdo illud nõ videris 975. 976.
dicto Dei ex diametro esse oppositu: Nolo mortem peccatoris: Non est volun-
tatis meæ mors impij. Suspendis igr, inquies, ex arbitrio e voluntate hominu Matt. 21. 34 Consiliu Dei
consiliu Dei? Ego plane videor ex tuis verbis ignorare, in quibus ponas con- Dei nõ ab ar-
siliu Dei: In Deone, q decreuerat mittere filiu ad agricolas: an in filio, q bitrio homi
missus a Deo, ad agricolas ueniẽt: an tandem in agricolis, q filiu occiderunt. pendet. 982.
Video consiliu Dei fuisse, vt filius urgeret agricolas ad reddendu fructus
vineæ, consiliu vero agricolarũ fuisse, vt occiso filio, ad se rediret hæreditas. Matt. 21.
filiu aut consiliu habuisse vt pareret Patri Deo, e legationẽ susciperet ad agri- 77.
colas, fructusq vineæ reciperet, Patri Deo reddendos. Hæc tria sine temporis ra-
tione proposita esse videm. Explicant tñ e tria fuisse in patre in filio in agricolis
animorũ consilia e decreta, e tres habuisse fines. Ille Dei, receptio fructuũ vi-
neæ: Iste agricolar, acquisitio vineæ: Ille filij, adnectio fructuũ vineæ ad proprium
possessorem. Nunc appone his consilijs tempora, e videbis ex temporũ comunicti-
one, nõ mutare hæc consilia e decreta consultores: nec consiliu Dei fieri agrico-
larũ, nec agricolarũ fieri filij, nec filij fieri Dñi patrisfamilias consiliu: Neq.
consiliu agricolarũ a Dei, aut Dei ex agricolarũ consilio perdere. Quæras igr 736
an prouideat Dñs, qd agricolæ essent filio facturi, an minime. Nolo hic respon-
dendo vt debeo, durior tibi videri quã velim. Non nouisse dica, cũ ita consule-
ret, vt fructus vineæ se recepturu speraret: Sed si prouidu illud facio, e oia il-
li fuisse perspecta, antequã fiant, constituo, nouisse dica: sed in illius consilij
susceptione, ignorantiã futurorũ præ se ferre voluisse affirmabo. Voluit enim
Deus ita deliberãdo animũ suũ declarare cur mitteret, dissimulata impietatis
nequicia agricolarũ e cædis filij, quã fore intelligebat, noticia. Nam si prouisi-
onẽ futurorũ dissimulare noluisset paterfamilias ille, nec diuisset, vt acciperent
fructus vineæ: sed vt perderet illos agricolas, e filiu occidendu coronaret. Nam
statuerat paterfamilias filiu suũ mittere ad agricolas, etiãsi futurũ sciret fi-
liu ab agricolis, quos aperte inexcusabiles reddere conabar occisum iri. Cum
autem.

autē aliud sit: malos agricolas male perdā, & vineā meā alijs locabo: cūr ādam, quā illud: mittā filiū meū, vt habeā fructū vineæ meæ: seu, spero quod m filiū meū, nō designabunt agricolæ, quod in seruos designarunt, & ita habebo fructus ex vinea, quos adhuc accipere nō potui: Necesse est aliā esse quā huius, quā illius finis cōsultatiōnē, & aliud huius quā illius decretū. Quamobrem, si inter hæc duo consilia, q̄ in Deo fuerunt, vnū colligendi fructus, alterū perdendi agricolas, sit interpositū agricolarū & filij consiliū, cū intelligas agricolarū consiliū nullū habere nexū cū filij consilio, quōdo a priore consilio Dei, dicis pendere agricolarū consiliū, cū econtrario dicere debuisses, ex consilio agricolarū alterum Dei consiliū manasse? Neq; n. si q̄d Deus prouidit fore, posīquā executus fuisset, alterū suū consiliū & deliberatione, contra agricolas parricidij reos, ob id dicere oportet, ex priori consilio Dei ortū ducere, & quidem necessario (Huc enim tendunt tua & Caluini argūta, quantūuis ægre vos huc duci patiamini) agricolarū consiliū. Sine igr proponam exempla ex sacris scripturis, in quibus Deus depingit tanquā futurorū præsciis vt, futurū est em, vt Herodes quærat puerū: sine ista prætreā, & alia proponam, q̄ Deū faciūt deliberantē & contrarios euentus suæ deliberationis nō prouidentē, vt, si forte audiant & conuertam si dixerimus certissimē deliberationis diuinæ erga hōes, ex hōibus pendere, aut cū id faciūt, quod est deliberatū, aut alr faciunt, quā fuerit consulentis ammo nō putamus nos consilia a voluntate & arbitrio hominū suspendere. Ier. 26.3

pag. 70. Theses ambiguæ sunt. Nam pē dici, Deo inuito nihil fieri a deo, q̄ plus possit, quā Deus: & pē dici, aliq̄d inuito Deo fieri, quod fit nolente Deo, & quod cū fit, resistit spiritui Dei, q̄ id fieri nollet. Nam ὅτι ὁ θεὸς θέλει, οὐδαμῶς, ὁ μὲν ἑκὼν, ἄκρο νοεῖν, in quibus tu magnas turres exædificasti, & ibi ἀνάγκη ἐντεῦθεν εἶναι· ἑκὼν ἢ ἄκων ποιεῖν, in his in quā q̄d aliud quā spontanei, volentis, inuiti, & nolentis, ratio describitur? Quodsi, quod nolo, facio, id inuitus facio. ergo quod fit nolenti Deo, vt mors impij, id inuito fit Deo. Nihil aut fieret hoc mō inuito Deo, si Deus nollet se inuito aliq̄d fieri. Vnde ex Paulo habemus, nullum Act. 7. 51. Deo posse resistere: & ex Stephano: Iudæos semp restitisse spiritui Dei. Qm sicut potentiæ Dei, nullus, veluti maiorū virtū, resistere potest vt aliq̄d faciat quod nolit Deus: Ita cū Deus permittit hoīes, vt faciat vetū velit, bonūne, quod desideraret Deus, an malū quod odit Deus: Nonnūquā quod malū est operar, & displicet Deo, qm id facit inuito Deo, quod fieri nollet Deus. Vtrūq; aut sine faciat quod bonū est & cupit Deus: sine malū & quod odit Deus operetur, homo, sequitur cura Dei, parata in Deo, & monita a prouisione & præscientia ad excipiendū vtrūq; & promouendū ad gloriā Dei. Itaq; quod putas tu blasphemū esse si dicar, nolente Deo aliq̄d fieri, vt declarauimus, sacra scriptura inter sancte dicta adnūmerare ex his quæ dicta sunt, nobis videtur. Altera thesis expatiar magis & extra pomerū sacrorū dictorū euagatur. Nam si Deus dicit, & verē atq; ex aīo dicit: Non est voluntatis meæ, mors impij: qui rego nos sumus, q̄ dicere velimus, quod pereant impij, nō esse contra destinationem & voluntatem Dei? Dicemusne Deū aliqua destinare seu prædestinare alr quā velit? quod si ita, vt vult, destinat & prædestinat quemq. Deus, segr vt a Deo nemo destinetur aut prædestinet ad mortem & perditionē: qm Deus neminē vult mori aut perire. Adde his, quod destinatiōis & prædestinationis voces, cū sermo est de Deo, semp sunt ad bonū nūquā ad malū. Ezech. 33. 11.

resistere Deo.

prouidentia Dei.

destinatio & prædestinatio de deo semp ad bonū. f. 977.

lum in sacris biblijs. Sunt enim fructus εὐδοκίας & προθέσεως Dei erga hoēs.
Dicis etiā, Deū nunquā suū consiliū mutare, & interpretaris hoc idē esse, atq. ver:
bū Dei nūquā excidere: & contra destinationē & voluntatem Dei nihil fieri. Hæc
dicis & non probas ex verbo Dei. Nam oīa hæc, verbū Dei, & distinguit, & alr̄, quā
tu facias, vider̄ decernere. Verbum eni promissionis Dei, nūquā excidere, etiāsi
nullus hominū esset dignus, cui Deus sua promissa præstaret, dicit Paul. quoniā
Rom. 3. 3. vult Deus esse verax, etiāsi oēs hoēs essent mendaces. Sed nos nō istud quærimus
an peccantibus hoībus Deus, etiāsi resipiscant illi, sua promissa mutet: Sed illud:
an sit nō minus verbū Dei, dicā impio, morte morieris, quā dicam iusto, vita vi: Consilia Dei, q̄do mutent̄. 974.
ues: an sit in vtroq. par & inuictum decretū: Si benefeceris, benedicet tibi Deus
tuus: si male egeris, Deus tuus te deseret: Et an exciderit verbū Dei illud: Iura:
uit Dn̄s Dauidi veritatē, & nō frustrabir̄ eū, de fructu ventris tui ponā super
sedem tuā, cū legamus post Sedechiā nullū Regem habuisse Iudæos per multos
annos ex gente Dauidis. Ego tam magnū & firmū decretū, iuramento Dei Decretū Dei conditionē hē additam. 974.
firmatū, rite concepto & pronūciato, lego habere conditionē illam: Si custodierit
filij tui pactū meū & testimonia mea, q̄ docuero eos, etiā filij eor̄ vsq. in seculū
sedebunt super soliū tuū: Neq. sicut lego: nō est voluntatis meæ mors impij,
alicubi scriptū inuenio; nō est voluntatis meæ vita iusti. Est aut̄ sermo non de
tuis iustis & iniustis, destinatis sc̄lt ad vitā & mortem: sed de iustis & iniustis, q
quoad viuūnt, ex iustis iniusti, & ex iniustis iusti fieri possunt. Quare sta:
tuo oēm conatū Dei, saluti hominū inuigilare, neq. aliquod decretū, consiliū
verbū Dei, votū Dei de salute aut exitio hominū, in scriptura sacra extare,
quod conditio aliqua, relata ad hoēs, quor̄ saluti consulitur, nō obsepiat. Et no: numerus saluandorū Deo notus.
tū q̄dem esse Deo numerū saluandor̄ & damnādorū: sed ex noticia quā hē
de rebus oībus p̄ntibus, p̄teritis, futuris Deus, & nō ex eo, quod aliquos hoēs de:
stinauerit sine aliqua conditione, puta si iniqui fuerint, & in iniquitate perse:
uerauerint ad exitiū. Est aut̄ potentiæ & prouidentiæ Dei, destinatos ad vita
si male vixissent, a vita abripere, & ad mortem conijcere: Et nō destinationis & destinatiōis & p̄destiōnis natura in quo sita.
prædestinationis: quarū virtutū natura in eo sita est, vt hoēs recepti in gratiā
Dei, et ex filijs iræ, facti filij Dei, cū tota illor̄ posteritate vitā habeant, quā Deus
est suo tempore donaturus: Legis aut̄ solius opus est, demonstrare hoī vbi sit vita, Legis opus.
& illa opera, in quibus ambulandū esse Deus iusserit: Et vbi sit mors, vt mors stipē:
diū peccati viter̄, & vitæ donationi Dei studeatur. Ista ad hunc modū sacri
scriptores discriminant, ne confusio rerū sequeretur. Dicunt igr̄: Neminem
quidem saluari contra, quā velit, destinarit, & p̄destinarit Deus. Esset enim vim
Deo inferre, & impios in cælo cū Deo constituere: Sed impios hoēs salutē perdere,
& in mortem ruere, præterquā velit destinarit & prædestinarit Deus, q veniē:
ti filio progressus obuiā lætatus sit, quod ille resipuisset & reuixisset cum fuis:
set mortuus & sine spe salutis. Igr̄, inquies, Deus mutat consiliū suū? verbum
Dei excidit? aliq̄d fit contra destinationē seu prædestinationē Dei? Inuenias
tu mihi Beza locū vnū, in quo Dei destinatio & prædestinatio malū, mor:
tem, damna respiciat: sicut Ego oēs sentīas, in quibus eæ voces sunt vitā, bo:
na, opes, semp̄ respicere, demonstrare possū. Illud aut̄, Non est voluntatis
Ezech. 33. 11. meæ mors impij dicit Dn̄s: Nonne tibi vider̄ dici ab illo cui placet vita cū iusto:
rū tum iniustor̄, & q vellet coniungere impios poenitentes iustis consectātibus
iusticiā

Iustos et iniustos, pios et impios ad vitam destinatos

iusticiam. Hoc autem quid est, nisi et iustos et iniustos destinari a Deo ad vitam, absque
desciscunt iniusti, vel impie viuendo, vel in vita impia perseuerando. Et illud quid
est: Si poenituerit gentem illam, poenitebit etiam me, nisi, si mutabit gens illa ani- Ier. 18.8.
mum, mutabo et Ego, decretum, verbum, sententiam meam? Nos plane nullum decretum
aut verbum, aut consilium Dei malum erga homines, in sacris Biblijs legimus, quod
quidem ad vitam aut poenas aeternas respiciat, tam firmum, tam iuratum, tam chaliben,
quod poenitentia hominum, et mutatio ex malo in bonum non expugnet. Sicut econtra-
rio, in bonis firmum est illud et constans: Si iustus deseruerit iusticiam peribit.
Verum quidem illud est in iure, quod quis perdidit, et iam a Deo ad alios est transla-
tum, recuperando, poenitentiam in nonnullis, parum ipsorum culpa, valuisse: et scimus
quidam peccata esse, quae omnes clementiae fines exuperant. Sed et ista nunquam sunt sine
ἀμετανόητῳ παρδίᾳ, quae ex diametro pugnat cum Dei mia: Et illa sunt in honoribus hebr. 12.17.
praesentis vitae, ut primogenitura Esai, et regnum in Saule. Ex his cernere potes illud 1 Reg. 15.28
esse verbum Dei, quod tu blasphemum iudicabas.

poenitentiae vis

peccata, clementiam Dei exuperantia

In eo quod dicis pag. 71. Non posse conditionem non in his impleri, quae cum sint arbores
malae, fructus bonos edere non possunt. Diuertere videris a proposito. Nam de
Dei destinatione, et non de hominum malicia loquimur, an scilicet mali finaliter non possint
benefacere, quam sint ad exitium destinati: an vero, quam ita assueuerint malo, ut non
possint facere, cogitare, et loqui bonum. Illud negamus nos: hoc concedimus cum sacris
autoribus. Dicimus enim ex Dei prouisione oriri, quod numerus damnandorum et saluan-
dorum sit notus Deo, et non ex destinationis aut praedestinationis viribus, quibus hi ad
vitam illi ad mortem impellantur. Huius enim vestrae sententiae caussa, factum est, ut
voces sanctae et suauiandae, videantur odiosae et execrandae.

pag. 72, dicis πεῖσθαι ad ruinam et erectionem Israelitarum, declarare aeternum
Dei decretum, ac si diceretur, destinatum esse, ut infamem reddas vocem destina-
tionis et praedestinationis: cum nunquam ad euersionem aliquorum referantur, in his, quae
ad vitam et mortem aeternam pertinent. Porro, positum esse in ruinam et resurrectio-
nem multorum, Paulus vocat, naturalium ramorum, reliquiarum scilicet salutem et destructio-
nem ex naturali arbore: Et Christus dicit esse, a mundo eximere: ad lucem adducere Ioh. 3.19.
et venire: a luce fugere et cum mundo velle perire. Caussam adducens, non ad destina-
tionem aeternam recurrit, quae est directio et designatio ad bonum tantum: sed erant inquit
eorum mala opera, et tenebris assueti, tenebrarum operibus studebant.

πεῖσθαι

destinationem Dei non esse ancipitem.

Blasphemum inquis pag. 73. est, destinationem Dei in vtramuis partem ancipitem stabi-
lire. Nunc cum scriptura sacra loqueris, sed longe dissentis ab illa, cum partem il-
lam, ad quam destinatio est directa, aliam putas esse, quam vitae et haereditatis aeter-
nae potiundae et Dei visionis. Et hoc quidem est erga Deum certissimum, ut nullus vitam
consequi possit, nisi per has angustias, quas doctrina, quae est cum destinatione coniuncta
docet, ingrediatur. Qui autem sint illi futuri, qui aut ingredi per illas calles, aut ab
illis diffugere, ne ingredi, aut postquam ingressi sunt, regredi et abire velint: Et quot
numero aut illi sint, aut isti, non indicat Deo, destinatio, sed praescientia. Quae si
non esset in Deo, cum incertitudine damnandorum et saluandorum consulere Deus et destina-
re sua, ut nunc ad certos fines et quidem semper bonos nihilominus posset. Euentus igitur
destinationis, an bene cedat homini an male propter malitiam hominum ex ipsis hominibus
pendet, quorum culpa fit, ut quod salutare est, sit mortiferum, et non ex ipsa destinatione
quae tota viuifica est, et ad vitam ducit et dirigit.

destinationis euentus ex hominibus pendet.

Illud

Illud autem pag. 75. quod dicis Non cadere contra destinationē Dei, quod aliq impingant ad lapidem ad exitiū, fieriq. sdm iustā Dei destinationem, vt quod suapte natura benedictio est, in maledictionē et exitiū cedat, malor culpa: Hæc inquā si bene examinas, illud contra verbū Dei esse inuenies, et hoc abs te confundi deprahendes. Non enim valet rō, vt si Deus aliquos prædestinarit ad gloriam, quod est misericordis Dei, aliquos etiā prædestinarit ad mortem, quod est iudicis iusti Dei. Qm prædestinatio nihil ht cōe, cū Dei iusticia, sed tota coniuncta est cū Dei benignitate et clementia. Est enī nexus ille necessarius, et veritatis omni æternitate fluentis: prædestinati vocant, vocati iustificant, iustificati glorificant. Quare, quor nō est glorificatio, eor nō est iustificatio, et quorum iustificatio nō ē, eorū nō est vocatio, et quorū vocatio nō est, eor nō est prædestinatio, seu destinatio, q tota tendit in eū finem, nō vt condemnent et pereant, sed vt iustificent et glorificent hōes. Quare dicere deberes (si pateris vt ita loquamur) Non ex destinatione Dei oriri, quod mali incidant in maledictionem, quā ambiunt suis nefarijs factis: sed ex Dei iusticia. Aliud est enī, punire in malo opere commorantem, quod est iusticiæ, et aliud, ex malo opere reuocare et adaperta via salutis, vbi salus sit ōndere, quod est destinationis opus. Ad qd enī destinatos esse fideles Paulus dicit, vt conformes redderent chrō Iesu? ad qd vocatos adaperto fidei ostio? ad idem. Ad quid iustificatos et adoptatos in filios? ad idem. Quid aut seqr glorificatio? conformitatē ad imaginē chri. Nunc quære qd sit conformare chrō, in sacris biblijs, et vide, an possis inuenire impios tum fieri conformes imaginis filij, Iesu chri, cū aut peccant, aut perseuerant in peccato, quod est conformari huic seculo, aut puniuntur æternis à Deo pœnis. Neq. ita sentiendo, destinationē Dei ancipitem et ambiguā ab hōis arbitrio suspendimus: aut fugit nos, esse in hōibus, cū improbitati assueuerint, voluntariā quandam necessitatē: Sed suū locū cuiq. virtuti, quē à sacra scriptura habet, donamus; neq. res varias inter se confundi patimur, vnde horrendæ et blasphemæ sentiæ emergunt. Neq. ob id, quod in hōe necessaria aliquādo est (ppter habitum malū, cui se dedidit, bona natura, à Deo condita, et inter bona à Deo numerata) ad peccandū voluntas, sequi posse dicimus, vt, quod homo malus, peccato mancipat, ex voluntaria necessitate peccat, id ex decreto Dei æterno euenire, veluti inde fluens necessitas, q hōem malū ad peccandū rapiat, sine blasphemia affirmari queat. Satis enim viriū et fœcunditatis habet ex se impietas, præterquā vt Deus vires suas sanctissimas et innocentissimas ad perdendū hōem, maliciæ mutuari velit. Neq. verū est, id euenire necesse esse, quod Deus euenire decreuit, cum Deus oiā decreuerit euenire nō vna necessitatis ratione: sed aut contingenter aut necessario, antequā eueniat. Sicut Solem cras exoriturū ab orientis partib: aut postquā euenit, sicut hōem sedere, cū sedet: Ex hoc grē est hominū malitia, quos malos esse necesse est, cū sunt mali: nō aut cū Deus prouidet eos fore malos, cū nondū aut sint ipsi, aut eorū malitia.

Posuit igitur Deus, Dominus, homini, seruo suo leges: Et homini libertatē Dei, vt in vtrā partem vellet, accederet: aut ad obseruantiā, aut ad spretū, suarū, quas posuerat legū. Promissis aut et minis vtramq. partem muniuerat, vt homo cogeretur veluti duobus stimulis impelli ad obedientiā et boni prosecutione et fuga mali, quor vtrūq. consequebar, si Deo paruisset, ad id, quod reuera bonū erat, prouocādi.

Parere.

Ter. 18. 8.
Rom. 8. 28.
hebr. 12. 17.
1 Reg. 15. 28.
Iusticiæ et destionis Dei opus.
voluntas necessaria ad peccādū ab assuetudine.
Joh. 3. 19.
982. futura euenta, duplicia.
Eccli. 15. 14.
Deut. 30. 15.

Tempus ante Abrahamum quale.

Parere aut homo, monenti Deo, Dno suo noluit: Et ita Deus hominē exosum habere cepit et odio prosequi. Quo tempore homo consuetudine mali allectus bene cogitare, loqui, facere, et bene sperare de Deo nō poterat. Post hoc temp9 vnū hōem ex oībus hōibus Deus iustificauit, illi iusticiā imputauit et in filium adoptauit, et illas æternas suas leges seruādas dedit. Transactis autem multis annis, id quod vni ex oībus hōibus est impartitus, oībus hōibus impartiri voluit, eodem ordine et iure et lege: Et si leges datas seruaret, bene, sin min9 illas seruare vellet, male illi esset. Hæc est destinatio ad vitam æternā stabilis et firma ex verbo Dei. Ne aut ista, q̄ contigerunt in tempore, viderent esse signa mutatæ in Deo voluntatis, prædestinationis, propositi, consilij, decreti ab æterno Dei, et nō temporariæ voluntatis et desiderij vbiq; fit commemoratio. Neq; ista ad decernendū conueniunt hōi, sicut neq; ista ad seruandū sunt lata Deo. Quare sicut homo obsequens Deo, nō confirmat destinationē aut prædestinationē Dei, sed eo tendit, quo destinatio eū ducit: Ita auersatus Deū extra destinationis metas deuoluitur, et iudicij diuini iras legit. Hæc sunt in verbo Dei Beza. Neq; blasphemia est dicere contra voluntatē et destinationē Dei aliqd fieri, cū legas Deū velle oēs saluos fieri: Et vel ex hoc, quod ita vult oēs ad salutē horter, destinet, et dirigat: Cum tn̄ contra, quā Ipse Deus velit, nō oēs salui esse velint. Quin et illud manifestissimū est, oēs receptos in gratiā a Deo, inter filios numerari, et in librū filior Dei ascribi: abs quo, si male vixerint delent, et inter immorigeros filios numerantur. Quid enim impedit, nisi applausibilis philosophorū argutia, cum verbo Dei dicere? delebo nomen tuū de libro viuentiū: dele nomen meū de libro tuo: auferer pars eius de libro vitæ: deleantur de libro viuentiū: qui peccauit in me, delebo nomen eius de libro meo. Nam quod deler, prius scriptū fuisse necesse est. Quid igr peccati est, et quam magni sceleris dicere: Iudā fuisse deletū de libro vitæ in quo scriptus fuerat, et vt filius naturalis pacti Dei cū Abrahamo, et vt Apostolus electus a Iesu chro? Quid aut impedit quominus dici possit, rescindi ab impijs consiliū Dei, quando oīa, q̄ ex consilio Dei illis ad salutem offerunt, illi ad suā perniciem vertunt. Sicut dicimus consilia rescindi media, q̄ ægroto magis nocent ob culpam ægroti, q̄ iuuent ægrotū, sdm desideriū medici. Quod si vox rescindere displicet, vt imperiosa, muta vocem, sed retine sententiam.

Destinatio Dei quæ.

prædestinatio Dei, nō pendet ab hominū arbitrio. 976. 977.

contra Dei voluntatē et destinationē aliqd fieri posse. 978.

deleri de libro. 976.

consiliū Dei ab impijs rescindi.

Apoc. 3. Exod. 32. 33. Apoc. 22. 19. Psal. 69. 29.

Distinguis deinde pag. 77. verbum, decretū, et consiliū Dei: In qua distinctione q̄do verbum Dei pro te faciat, vt ita dicat, sicut tu dicere videris, videre nequeo. Nisi id velis asserere: Deū alia decreuisse, q̄ ipse faceret, alia q̄ ab alijs fierent, et vtraq; apud se. Nam Deus apud se decernit solus et vnus qd fieri oporteat, a se quidem certissimo euentu, cū nullus sit, q Deo resistere possit: ab alijs, vt ipse vult, aut necessario, vt cæli motus: aut contingenter vt τὰ αὐτόματα q̄ vocant. pag. 78. Multa libere dicunt veluti in Schola, auditorio dictata. Denuntiatio inquis mortis Ezechiæ nō fuit decretū Dei, sed comminatio. Sed probandū esset ex verbo Dei, comminationē nō esse decretū Dei: quod falsum est. Atq in oībus inquis comminationibus est inclusa conditio: Nisi resipueris. Et qd hoc est, cū hoc ipsū sit in oībus policitationibus Dei: Si mihi parueris. Neq; video aliquod esse decretū Dei de bonor possessione, et malor inuasione, quod conditione nō muniar.

decretorum Dei euentus 981.

Ezechiæ mors denuntiata

promissionib; et comminationib; inclusa conditio. 974.

quā

Quamuis in possessionibus Deus voluerit benignior et liberalior omni tẽpore ẽe.
Constat, inquis, in iussa mactatione Isaci præceptũ Dei, distingui a voluntate et consilio Dei. Verum enimuero hoc nõ probat, denũciata mortẽ Ezechiæ sine decreto Dei fuisse. Deinde cum tale quippiã contingit, vt ꝓceptum Dei ab eius consilio distingui debeat, scriptura ipsa nõ petit nec expectat ab interpretibus auxiliũ: sed ipsa per se suo ore, a nullo monita dicit.

præceptũ Dei, ab eius consilio et voluntate distinguitur.

Tentauit Deus Abrahamũ: hoc dixit tentans eũ. Generales, inqs, ꝓceptiones vt puta: honora patrem tuũ, Non ideo danr, vt ab oĩbus, tanquã decreta pro oĩbus, obseruentur, quod sclt oẽs filij deberent suis parentibus obseq: sed vt nõ obsequentes iustius punirenr. Paulus de grãlibus præceptis, decretis, consilijs Dei alr sentit, edita sclt esse, vt ab oĩbus obseruarenr, si salutẽ habere, et perniciẽ vitare desiderarent. Non oẽs, inqt, obediunt Euangelio, quãuis in oẽm terrã diuulgari Euangeliũ oĩbus mandarit Deus. Cur nam rogo? qm impegerunt, inqt, vt contradicere Deo, hoẽs perseuerauerunt, et eũ lapidem reiecerunt, quẽ Deus in capite anguli noui ædificij construi oportere mandauerat. Hic Paulus nõ in decretorũ grãlium, particulariũ distinctionem, sed in prauarũ voluntatum, q̃ erant in hoĩbus, recurrit, cũ rationẽ reddere vellet, cur salutare Euãgeliũ non ab oĩbus reciperetur: Et (ita dicimus) cur, honora prm tuũ, nõ ab oĩbus obseruarẽr.

Præcepta generalia cur edita.

Salus oblata hoĩbus, cur repudiata.

Sunt inquis pag. 79. decreta Dei, q̃ mutari, violari, corrũpi ab hoĩbus possunt: sunt alia, q̃ tandem semp permanent. Videris de iure scripto loq: sed nullũ est decretũ Dei scriptũ, quod nõ huic iniuriæ, vt vocari possit, sit obnoxiũ: quod si ad nõ scriptũ ius, tuã sentiam vertis, fac quantumuis numerosã prolem decretorũ Dei, inunies oĩa inuiolabilia et immutabilia esse: siue promissionũ sint, siue comminationũ, sint: sub conditione, siue sine conditione sint edita. Lenit quidem Deus aliquando pœnas, et aliquando dona mutat: sed hoc nõ est decreti, sed legislatoris opus, q sua benignitate et ad pœnitentiã malos, et ad maius studiũ iusticiæ, iustos prouocare dignar.

Decreta Dei, q̃dã ab hoĩb, mutari possũt, q̃dam nũquã.

Consiliũ inquis Dei, de quo Lucas cap. 7. loqr nõ est de priuato et arcano decreto, edito. de salute illor Iudæor: sed de beneficio cõi, quibusuis in vniuersũ oblatũ nec tñ singulis auditoribus ~~destinatũ~~ seruãdis destinatũ. Iam vt video conaris docere Lucam q̃do scribere debuisset, cũ pro βουλῶ Dei interpretaris ἐνεργεῖτμα Dei. Sed cum hoc facias sine exemplo, sentiæ tuæ accedere nõ possum. Ego sequens nostros ita dicerem: Consiliũ Dei de salute Iudæorũ, ad quos missus erat Iesus chrs, vt eos recolligeret et viuificaret, voluit Deus oĩbus Iudæis proponi: et ab oĩbus tñ nõ fuit seruatũ, quod singulus quisq; poterat sibi applicare et salutare reddere, qm nõ oẽs credere Deo, obstinati in sua malitia, voluerunt. Subtiliora illa, q̃ a Caluino didicisti mateologis relinquerem. Nam illud: quotquot erant præordinati ad vitã æternã, vides loq, nõ de filijs Dei, sed De filijs iræ, ad quos nõ pertinebat prædestinatio et prædestinationis bonũ. Nam si nõ erãt præordinati, neq; erant ad vitã æternã prædestinati, ac ne destinati quidem iuste. Notũ enim illud est: Non fecit talia oĩ genti. De receptis namq; in sinum Ecclæ ordinatis, vt ad sinũ Abrahæ reciperentur, nostra quæstio est: quod si, qui ex his pereunt, ad exitiũ destinati dici possent, potuisset Lucas aut alius quiuis sanctus autor mutare sentiam et scribere: Et nõ crediderũt in eũ, quotquot erãt præor:

Luc. 7. 30

Act. 13. 48

praeordinati ad exitum aeternum. Quod Aptis visum est de filijs irae nefas esse dicere, cum tamen talia audeat nostrum seculum de filijs Dei affirmare.

Beneficentia Dei incredulorum contumacia aliquando potest, aliquando non potest impedire

Dei beneficentiam, inquis, non potest incredulorum contumacia impedire. Ita est, illam quam in alios conferre Deus statuit. Neque enim Iudaei gentium salutem, quam omnibus viribus conabantur euertere, impedire potuerunt: Sed eam beneficentiam Dei, quam statuerat Deus, Iudae praemonstrare, non potuisse Iudam a se repellere, euentus rerum omnium optimus magister propter alia sacra dicta falsam esse hanc sententiam demonstrat. Ro. 3. 3.

Consilium Dei rescindere

Rescindi, inquis pag. 80, consilium Dei nulla ratione potest: atque ἀθετεῖν τὴν βούλην Dei homo potest. Nunc tu postquam βούλην concedis consilium significare, vocem ἀθετεῖν verte vt cupis, aut eneruare, aut spernere, aut irritam reddere, improbare reijcere, dicito, nobis omnia probabuntur modo constet Lucae sententia, qui opponit τὸ ἀθετεῖν τὴν βούλην τοῦ θεοῦ cum ἐδικαίωσαν τὸν θεόν: seu, (si ita fieri posse putas) ἐδικαίωσαν τὴν βούλην τοῦ θεοῦ, vt sint opposita δικαίωσις et ἀθέτησις, θέσις et ἀδικία. Videtur autem antiquitatem sapere sermo, et esse hanc orationem similem illi: Et dixerunt, Non est aequa via Domini. Luc. 7. 30 Ezech. 18.

ἐξουσία. ἀξίωσις

pag. 82. ἐξουσίαν vis esse ἀξίωσιν, quod esse non potest: Et omnia exempla ex verbo Dei collecta, ne hoc dici possit, contradicunt. praecedit enim ἀξίωσις ἐξουσίαν, et ἐξουσία in accipiente esse videtur, cum ἀξίωσις sit in dante. Dedit enim Deus hanc ἐξουσίαν illis, quos dignos iudicauit quibus daret et qui acceperunt hanc a Deo ἐξουσίαν, digni Deo sunt visi qui acciperent. Haec autem ἐξουσία non est respectu voluntatis hominis et arbitrij electionis, quod sacra biblia in honore vbique agnoscunt et esse confirmant: sed respectu magnitudinis praemij. Dedit, inquit, eis vt filij Dei fierent, quod nunquam alioquin consequi volendo et agendo potuissent, si vellent, Simile illi: qui crediderit et baptizatus fuerit, eam salutem habebit, quam nullus credendo et baptizando, si nulla promissio esset, habere potuisset. Et, praemium inquit magnum et diues est, nempe corona iusticiae, sed decursus non longus, sed ex gratia agonothetae est, et non ex decurrentium labore et voluntate, quod tantum praemium referant tam breuestadium decurrentes. Et, Ecce aqua, quid vetat, quominus baptizer? Si credis, inquit, ex toto corde, licet. Quamobrem in verbis illis: his qui credunt: qui crediderit et fuerit baptizatus: qui decurrerit ab omnibus retinnaculis se liberando: si credis ex toto corde, significatur alia ἐξουσία quam sit ista proposita veluti praemium et merces certantium, ἐξουσία. Sit autem ἀξίωσις ista erga eos, qui admittuntur ad decurrendum: verum enimuero ἐξουσία erit erga praemij magnitudinem et splendorem. Beneficium, inquis, quod per fidem consequimur in christum, est vt non solum filij Dei esse possimus. Sed haec arbitrij libertatem in homine stabiliunt. Nihil enim libertatem tollit, nisi coactio. Quare, quanto magis adfers subsidiorum vt hominem trahas in tuam sententiam, tanto magis declaras in homine esse velle et nolle et in te esse amorem erga eum cuius saluti tantopere studeas. Deinde dicta tua non sunt contra nos, qui non de filijs irae loquimur, quomodo fiant filij Dei, volendone quod velle possint, an vero subministratione gratiae, vt id possint velle, ad quod volendum, natura malis assueta, suis solis viribus ~~assueta~~ adiuta, pertingere non potest: sed de omnibus filijs Dei qui paria et communia habent in Ecclesia dona et auxilia et vires Patris Dei. Unde fiant peccatores, ex eo ne, quod volentes vt Paulus dicit peccent: an vero ex eo quod Pater Deus, vt se magna gloria illustret, impellit suis destinationibus aeternis ad peccandum. Filijs igitur irae oblata erat potestas, non vt suo Joh. 1. 12 Matt. 28 2 Tim. 4. 8 Act. 8 Rom. 3. 3 Matt. 20. 23

ut suo libero arbitrio possent fieri seu nõ fieri filij Dei: sed ut libertate, quam habebant, possent credere seu nõ credere Iesũ esse chrm̃, et ex libertate Domini haberent credendo, adoptionẽ in filios: nõ credendo aut̃ uterenr̃ fruerenr̃ illo statu damnationis sub principe tenebrarũ, in quo erant. libertas voluntatis

Et qd est quod dicis pag. 84. plane in scholis ubi tractanr̃ ista, fœdus iudicaretur lapsus: et Deũ, et sprs beatos, et animas sanctorũ, atq; adeo sanctos hões, in cælo nõ habere in utramuis partem flexibiles voluntates, arbitrari. Neq; n. ex eo quod semp bonũ cupiunt, bonũ conspiciunt, ad bonũ, quod præsens est, obuertunr̃, negari potest, flexibilem in eis, ex uno in aliud bonũ, aut in perseuerãtia in eodẽ bono: Non ut arbores in terra, sed ut in Iesu chrõ erga Patris voluntatem, esse voluntatem. Verũ quidem illud est, ad libertatem arbitrij asserendã in aliquo esse, nõ postulari, ut inter virtutem et vitiũ, inter bonũ et malũ, inter peccatũ et iusticiã componatur. Cum hæc flexibilitas ex bono ad malũ, ex virtute in vitiũ, ex iusticia in peccatũ, ex ignorantia et inscitia oriar̃ teste Paulo, quã nõ tollit, nisi lumen supernũ, et usus continuus, q nõ nisi diuturnitate firmar̃ in hõe ut intelligat gustando, atq; et iterũ atq; iterũ gustando, quã suauis sit Dñs. Dicimus igr̃ in filijs iræ, nisi ponatur flexibilitas ad bonũ et malũ, aut ad duo mala, nullam in illis posse constitui libertatẽ voluntatis: Non quod in quibusuis ponir̃ arbitrij libertas, in illis necesse est esse inclinationem ad bonum et malũ: Sed quoniã in filijs iræ, alia nõ est voluntatis inclinatio, nisi ad bonũ et malũ: quorũ sicut malũ reuera malũ est: ita bonũ sine pmissione est et non omni ex parte. voluntas flexibilis in cælicolis flexibilitas in bonũ aut malũ in filijs iræ.

Quod notas pag. 121. non ita habet. Sed ut nostra tueamur, et quis animi nostri sensus sit intelligas: Dicimus sancita à Deo, et nulla vi, superiore Deo, irrita fieri posse, à Deo tñ posse fieri, ut ratũ ob unã cãm, ob cãm contrariã fiat irritũ. Dicimus etiã sancita et decreta Dei nõ esse uniusmodi oĩa, sed maximã partem incertã: nonnulla esse q̃ inclusã verbis habeant conditionem. Sancita à Deo, irrita fieri posse. 978.

Quod citar̃ ex Rom. 9. non seruit proposito. Nam sermo noster est de bonis et malis: an si Iudã pœnituisset, et Deus illũ in gratiã recepisset, et Paulus mortuus in sua incredulitate fuisset (q̃ planẽ sunt vanæ et inutiles quæstiones) destinationis et prædestinationis iura fuissent confusa nec ne. Paulus autẽ dicit, incredulitatẽ maximæ partis Iudæorũ, impedire nõ potuisse, ne altera pars, reliquiæ scilt per fidem, consecuta fuisset, quod Deus Abrahamo spoponderat. Nam illud: Non hæc dico quod exciderit sermo Dei, si referas ad id quod sequitur: sed in Isaco vocabir̃ tibi semen, concipies sensũ illum: Incredulitatem incredulorũ, fidem Dei irratã facere nõ posse: Et, nõ excidere sermonẽ Dei q in Isaco præstar̃. Quæ duo, tuũ illud, et istud nostrũ, diuersa esse vides. Quis aut̃ nõ mirarer̃ te tantũ virũ esse approbatorẽ illius interptationis: Non est meũ dare vobis, h. e. Non ad hoc veni, ut darem quod petitis. peius aut̃ est quod ais chrm̃ nõ dicere, suũ nõ esse, cũ chrs apertis et explicatis verbis dicat, nõ esse suũ. Et vide rogo, veluti in speculo sententiã tuam. Asseris chri esse non alios ad patris dexterã collocare, quã quibus ea dignitas à patre destinata est: ut scilt his reiectis, illi sufficiantur. Tu hæc dicis, q destinationis inuiolatũ ius in æs incisũ putas. Et quod Deũ patrem dicis, ne mutabilis existimetur, mutare nõ posse, et hões necessario, illa quadã necessitate

Rom. 3. 3.

Matt. 20. 23.

quæ tñ

q̃ tñ aliud nõ sit, quã necessitas in perniciem suã ruere, nõ quod velint: sed
ne decreta Dei ~~de~~ eor̃ pernicie refigant̃, id vt mutare possit, concedis chrõ:
Quod si chr̃s his dare honores potest, quibus Pater Deus nõ destinauit, cum
Pater Deus ad vitã destinare nõ poterit, quos antea ad mortem protũsit.
Illud τίθεναι Petri ad νεῖας Lucæ refers, cũ sit in dissimili argñto similis
τίθεναι ponere — sigcatio verborũ: et τίθεναι ad consilij Dei executionẽ vides pertinere, 1 Pet. 2. 8
quã προορίζειν antecedit, quod est ipsũ Dei consiliũ: consilij aũt executio-
nem, tum incipere cum hões creant̃ et edunt in lucem. Hæc tu disseris et scribis,
satis vt videtur intricate et obscure. Nam θέσις ista hominũ, et est in hor
to Dei, in vinea Dei, sup candelabrũ, super montem, in olea Dei, et est in mi-
nisterio, cum colant̃, ea q̃ sunt, nõ alibi, quã in vinea, horto, agro Dei, hi sunt
messores et negotiatores Dñi. Elegi inqt vos et ἔθηκα vos vt eatis et fructũ
afferatis: τίθημι in Sion lapidem: Ita fundamentũ dr̃ iactũ et positum
in ædificio θεῖναι νείμενον: Et alios qdem in Eccl̃a posuit Deus Aptos, alios
prophetas ἔθετο. Qui quidem ponuntur nõ cũ nascant̃ sed cũ ministerio ad- 2 Cor. 5
monent̃: seu cũ verbũ in illis, nũciandũ alijs, vt dicit Paulus, ponit̃. Quo
in loco θέμενος et δόντος vnius sunt notionis. Dat em̃ Deus suũ verbum et
veluti ponit, vt fructificet in ministerio, et ministrũ vna cũ suo verbo extrudit 1 Tim. 2. 6
dat donat mittit et ponit in mũdo. Positus sũ, inqt, preco et Apostolus ἐτέθην 2 Tim. 1. 11
Apostolus et doctor Euãgelij nũciandi gentibus. Hæc de ministerio, vbi θέσις et νεί-
μενος ad ἀντίθεσιν et ἀντινείμενον refertur: et nõ ad æterna Dei consilia in
quibus est πρόθεσις et εὐδοκία. De omnibus aũt arboribus et ramis et vitib9
cultis, ab his quos diximus, conductis et de missis ministris sunt illa: Ne quisquã
inqt turbẽr in afflictionibus: Scitis em̃ in hoc nos esse positos νείμεθα: So- 1 Thes. 3. 3
brij simus, armati fide et spe salutis, qm̃ ad hoc nos posuit Deus ἔθετο. Hi
etiã θέμενοι et νείμενοι suos hñt ἀντινειμένους ἀντιθεμένους. Ne aliqua in Phil. 1. 27
re inqt turbemini ab aduersarijs ἀντινειμένων. θέσις igr̃ ἀντίθεσιν respicit
et tempus vocationis notat, quo quis vocar̃ ad hoc aut illud a Deo: Προόρισμος
θέσις προορισμος. — aũt decretũ Dei, quod πρόγνωσιν (ad vsũ sacror̃ autor̃) vocat Paulus, seqr̃:
antecedit aũt tempore τὸν ὁρισμὸν, cũ sit vtriusq. eadem sigcatio. Destinatio
destinatio — aũt vocationi est coniũcta. Vertit aũt Paulus illã sentiam: posuit in nobis
verbũ reconciliationis θέμενος, in hanc: in quod Ego sũ positus minister, εἰς ὃ
~~ἐθέτην~~ ἐτέθην. qm̃ idem esse vider̃: Euãgeliũ committere ministro et, ministrũ
committere Euãgelio. Hanc mutationem secutus est Petrus, cũ dicit, incredulos
nõ credere verbo, ad quod credendũ sunt positi οἱ προσκοπτοῦσι τῷ λόγῳ ἀπει-
θοῦντες, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Vt τίθημι sit et lapidis angularis pcio si et diui-
tis: et sit hominũ: in illo vt recipiatur, in his vt recipiant et sup illũ se ædifi-
cent. Positus em̃ est lapis ille, vt sit horũ in ædificio fundamentũ, et positi sũt
isti filij iræ, quibus lapis offertur, contradicentibus oĩbus, vt se superstruant
per fidem, sintq. vnius cũ illo lapide ædificij. Hoc q sequuntur, et iustificant
vias Dñi, id sequunt̃ ad quod positi sunt et vocati: q aũt alr̃ faciunt, et impro
bant consiliũ Dei, his lapis non est saluti, sicut positi sunt et vocati, vt salutem
lapis offerre illis possit. In defensionẽ Euãgelij inqt sũ positus: qd si in defen-
dendo Euãgelio defecero? alr̃ fecero, quã fuerim positus ad faciendũ? posui
vos vt.

vos vt eatis & fructū afferatis. Sed Iudas perijt, & nullum fructū attulit. Ergo alr̄ secutū est, quā sperasset is, qui Iudā in sua vinea posuit, quāuis ab initio prouidisset oīa. Plantaui inqt te vineā electā, vt produceres bonas vuas, sed tu nō protulisti bonas vuas, ad quem finem plantata es, sed labruscas. Planior esset constructio si, εἰς ὅν, λόγον scl̄t, aut ἐτέθη, scriptū esset vt consonaret cū, posui in scandalū, pro eo quod est, posui vt luceret his, q̄bus dedit occasionem vt ipsi in densissimas tenebras se retraherent, clausis & obstructis luminibus oībus, ne lumen viderent: Sed nō ob id quod alicubi scrabra est locutio, quod frequentissime occurrit, nos nefariū dogma debemus cōcipere, & facere Deū, qui nō vult iniquitatē, peccati caussā, sed quod alibi fieri posse indicar̄, hic ēt dulcorāda est sēntia, & in Apostolicū sensū trahēda. Et Apostoli quidem dicunt, Deū posuisse impios, et exemplo iræ suæ, & iudicij, τεθηνῶς, quod est, malor̄ poenas Deū velle commemorare vt nos a male-
2 Petr. 2. 9
1 Cor. 10. 11.
faciendo desistamus: Non aūt quod delecter̄ in perditione hominū. Nunq̄ aūt ne leui quidem vestigio indicant, Deū quandā partem hominū posuisse, quā impiā esse voluit, vt destinare iuste ad mortem possit. Nam similis est ratio & filior̄ iræ, vt puta Cornelij & Iudæor̄, q̄ erant filij Dei, ex eo
Luc. 2. 34.
quod ex Abrahamo, q̄ ex filio iræ factus fuerat filius Dei, descenderant.
Nam ex illis filijs iræ, & istis filijs Dei positus erat Iesus chr̄s veluti lapis:
Rom. 9. 33.
1 Petr. 2. 7.
quales tū erant Iudæi nempe filij Abrahami, q̄ ex filijs iræ per fidem factus est filius Dei. Sicut em̄ isti ad hoc erant in olea positi, non vt fructus oleastri ederent, sed vt bonas oliuas fructificarent: Ita et illis propositus erat sermo vitæ vt viuificarenr̄. quod si mortui sunt, nō ad hoc erat apud illos positus sermo, vt morerentur.

In pag. 215 firmissā consecutionē denegare videris: Ea huiusmodi est:
Si destinatio Dei æquo impetu fertur ad istos vt obediant, & ad illos vt nō obediant, consequitur vt si obedientiæ illor̄, ob illā cām, dici pt̄ Deus autor, vt ēt inobedientiæ istorū, ꝓpter hanc cām dici debeat effector. Quod si dixeris id, quod subdis: In obedientia iustorū, caussā efficientem: In contumacia impior̄ cām absentem seu deficientē esse Deū. Hoc est contra ea q̄ sunt superius abs te de destinatione disputata, in quibus destinationi dabas vires, ad impellendū ad peccandū, hoēs, ne se erigere possent, & decretū Dei de se, & sua perditione latū, facere irritū. Et dicebas quidem tu, in peccati consuetudine quādā inesse voluntariā ad peccandū necessitatem, & quendā aliū impetum dabas destinationi, secutus Caluinū, quo Deus impelleret hos ad peccandum finalr̄, & illos finalr̄ ad benefaciendū. Præterea, ista, q̄ abs te dicuntur, sūt quidem vera in filijs iræ, quorū quidam placide trahuntur ad vitam, quidā cū credere nolint, in compedibus in quibus vincti detinenr̄, deserunr̄, sicut cupiūt quamuis male cupiant, persistere. Quid dices de filijs Dei, apud quos omnia sunt paria, & nihil nō est in vno, quod sit in alio, ad vitæ æternæ consecutionem, & ad mortis perpetuæ vitationem pertinens? Hic em̄ si nullos putas malos, si nō satis esse, q̄ data sūt oībus, & q̄ porro danr̄, vt benefiat, si aliud discrimē esse, quā iusticiæ operū, cū par sit oībus fidei iusticia, decipi te, videmur

caussa deficiens & absens in impiorū contum.

mur posse affirmare. Huc tendit quod scribis pag. 219. de Euangelio, quo illi filij iræ, transferebant, cum crederent verum esse Euangelium, ad ius filiorum Dei. Quod quidem Euangelium nullis sapere poterat, nisi quibus gustus fuerat mutatus, mutatum cor, mutata mens, mutatus spiritus animus intelligentia: Sed hinc verte te ad tuas illas cogitationes, de destinatione Dei, quibus putare videris nasutis istis malis hominibus, homines esse veluti stipites, in quibus insculpi possit, quod tu velis, cum nihil velle aut posse in hac parte, illi existimentur, siue ad bonum, cum boni certe scilicet homines ab illo finaliter nunquam desciscere valeant: siue ad malum, cum mali eximere se finaliter a malo cogente decreto Dei nunquam possint. Nam si quid in illis libertatis facis reliquum, dici poterunt ipsi velle Euangelium, quod illos hoc velle Deus desiderabat, vt saluarentur: et istos Euangelium nolle, contra quam Deus vellet, quam nollet eos perire: Sin autem ex destinatione Dei hæc profluunt, vt illi finaliter non, nisi bonum, isti finaliter non, nisi malum, [illegible] impetu destinantis Dei; et suo impetu omnia rapientis velle possint: Vides homines esse, veluti boues in profluentem iactos, cuius profluentis impetu, etiamsi boues, eniti et enatare cuperent alio, quam trahantur, hi ad tempe exponuntur, illi in alto mari submerguntur. Præterea, Nostra quæstio est, non de morte et vita Euangelij, quod sua natura salutiferum est, verum ex diuersitate recipientium et auditorum, aut proprium seruat, aut alienum recipit odorem: Sed de his, quibus omnibus salutem ab initio, aut in se, aut in patribus, salutem vitam libertatem benedictionem attulit Euangelium. Quorum omnium conditio alia est, quam illorum, quibus lætale et mortiferum fuisse Euangelium legimus.

homines veluti boues trahi vel ad vitam vel ad mortem 1001

Deinde, dic rogo vnde est, quod in his quæstionibus, aliter Paul. et ante Paulum Christus loquitur, quam nos loqui studeamus? Ille dicit: Christi, inquit, bona fragrantia sumus, et in his qui salui fiunt, et in his qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem, illis autem odor vitæ ad vitam: et ad hæc (nempe dijudicanda) quis idoneus? Iste autem, Euangelium semini, quod in terram iacitur, comparat, quod parum aut multum aut nihil fructus refert, ex terræ in quam iacitur conditione. Atque si dicere voluisset: ex hac terra, quam bona non est, fructus non recipitur: Ita Isti. Nos vero destinationibus decretis consilijs diuinis referimus, quidquid apud nos fit mali, acceptum, vt malorum nostrorum culpa redeundet in Deum, non in hominibus reside at. Cum Deus, tantum absit a desiderio, perdendi homines, vt omnia ad salutem curandam necessaria, tam bonis quam malis, tam suis quam alienis semper prodigalissime suppeditaret, vt nullus suæ iacturæ culpam, alium agnoscere quam seipsum posset.

2 Cor. 2. 15.

Matt. 13. 4.

CAP. IV Miscellanea

Quæ sequuntur posthac erunt miscellanea, nostra potius concernentia, quam Castalionis sensa. Ita autem dicis pag. 7.

CARO.

Malim Ioh. 1. interpretari, sermo factus est caro, quam cum Castalione, sermo fuit corporatus. Quoniam carnis nomen multo melius, quam corporis declarat illam exinanitionem cuius meminit Paul. phil. 2. Dicam etiam 1 Ioh. 4. Christum venisse in carnem potius, quam venisse corporatum. quam hebraizare malo quam temere explicato hebraismo aditum patefacere eorum opinioni falsæ, qui Christum putant corpus aliquod cæleste vel æthereum in virginis vterum intulisse. Et pag. 44. Initio Matthæi dixi me retinuisse generationis vocabulum, quod optime videatur

Christi.

chri ἐνσάρκωσιν exprimere. Neq. n. vel nominari pt ipsa grātio, quin statim veniat in mentem illud Joh. dictum: et sermo ille factus est caro. pag. 167. Paulus 1 Tim. 3. nō dicit ἐγένετο neq. ἐφάνη, q Marcion fatebar cū phantasma fuisse chri carnem diceret, sed ἐφανερώθη, quo verbo naturā carnis vere corporeā et in sensus externos incurrentē sigcauit, in qua Deus sese spectandū et contrectandū vere exhibuit. Pag. 33. quod dixi me nō dubitare quin isti etiā trinitatis nomen tandem expungant. Utinā falso dixerim et quod optaui, rursus nunc opto, vel vt istorū audacia, autoritate ciuili, aut Ecclesiastica, breui coërceatur: vel hoc saltem nobis tribuat Dns, vt istorū audacia intra verba consistat. Pag. 203. Quis enim vnquā dixit ὑπόσασιν sigcare argm siue historiā, siue græcū nomē ὑπόθεσιν? quem errorem tamē bis iste alibi commisit.

℞. In his σάρκα, φανερώσιν, ἐγένετο, γένεσις, τριάδα, ὑπόσασιν nō bene, vt quidem vider nobis, nō bene inquā intellexisti. Nam quod dicis pag. 202. vnā esse domū Ecclesiā Patris et filij et Sprs Scti, si οἴκων et οἴκησιν interprætaris pro μόνῃ, consentiemus tecū: et τριάδα illam testium seu testificantiū Jesū esse chrm, quorū duos, mūdus ante tertiū, post mortem Jesu chri, testificantes audiuit, recipimus. Neq. n. nobis fuit vnquā qstio de voce, sed tantū de re, cui adnectebar ea vox de Deo scti disceptatū est, atq. etiā num inter nostros et vestros disceptar, vnde fiat vt tres deos, quod est, trinitatem deor sdm indiuidua, colligatis: Cum sacra Biblia vnū esse Dei indiuiduū dicant. Vides enim sacros autores, ibi plures deos esse affirmare, vbi sdm opinionē gentiū plura esse indiuidua vnius essentiæ diuinæ colerent. Quamobrem consegr, vt apud vos tres dij colant, qm apud vos tria esse indiuidua vnius essentiæ diuinæ et dicuntur et coluntur. Quare si nō vultis videri tres deos colere, trinitatis vocem expungite, nō à numero testificantiū, qualis sit Jesus, sed à Dei nōe, q vnus est et solus. σάρκα γένεαν nusquā nos legimus sigcare, hoēm fieri, seu nasci: sed eū q est, et extat inter homines, diuexari et affligi et dolores mortis sentire. Neq. n. si oiā sacra verteris, inuenies γένεαν ad rem, q nō est, vt sit, sed ad rem quæ in vna est conditione, et subest nouæ conditioni, transferri. Considera et expēde oiā diligenter, et si nō consueta opinione imbutus, accesseris ad sacrorū lectionem, et ita inuenies; hoc dices postquā legeris oiā, Jesū ante tricesimū ætatis annū, carnē factū, aut in carne venisse dici nō potuisse, modo intelligas qd sit γένεαν σάρκα apud sacros autores. A tricesimo siquidē ætatis anno Jesus vocatus ad ministeriū Euāgelij, quod erat de se, pati et affligi et inquietari cepit, et tandem mortuus est, quæ oiā sunt carnem fieri. Versū enī erat in prouerbiū, carnē fieri à Deo, pro eo quod est immitti à Deo in mala. ob id qd longus vsus docuerat Hyerosolyma esse caldariū, in quo ebulliret feruens aqua, ad quā q accederet confestim fieret caro, et percoqueretur ab aqua ebulliente. Quare σάρκα γένεαν nō sigcat græcorū ἐνσάρκωσιν, et hominem nasci, sed calamitates, infortunia, et mala quæuis, subire, in ea vrbe, q esset reddita tanquā olla, ex subiecti ignis calore feruens. In Jesu chrō mortem sigcat σάρξ, quæ

Paulo

trinitatis vox recipi potest. f. 1017

Trinitatis indiuidua tres deos efficiunt.

Carnem fieri, quid sit γένεαν.

christus caro factus 1078.

σάρξ mortē sigcat.

1 Joh. 5. 7.

2 Cor. 2. 15.

Matt. 13. 4.

Jer. 1. Ezech. 11. 7. et 24. 3.

Paulo est nonnihil ὑφηνὸς καὶ ἀμυδρὸς. Hinc videre ἀπόβλεψιν seu ἀπέβλεψαν: hebr. 2
ὑφῆνῶσθαι non esse ἀνυφάνωσιν. Si vocem hanc deducas ex ὑφαίνω ἀφανίζω. φανέρωσιν
φανέρωσις ét putas eum q̄ inuisus erat, assumta re, q̄ videri & cerni oculis pos-
manifestatio χρι sit visibilem fieri: sed sacra biblia hoc interpretamentu nō recipiunt, quae
in qualitate rei, qualis sit & quanta sit, & nō in ipsa re φανέρωσιν esse di-
cunt, vt cū chrs mutauit aquā in vinū: cū iussu chri, discipuli cepissent
magna multitudinem piscū: cū signa multa ederet & prodigia Iesus chrs
tunc manifestasse seipsū dictus est: & nō cū cerni cepit, oculis, perinde atq̄
si prius fuisset inuisus. Et cū sacros libros diurna nocturnaq̄ manu versa-
ueris, miraculi vicē habere videt quod ὑπόσταβιν nō putes significare posse ὑ-
πόβαβιν. Nos vero illud: ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως, & τὴν 2 Cor. 11. & 9.
ὑπόσταβιν ταύτῃ τῆς καυχήσεως, quōdo aliud sit ὑπόστασις quā ὑπόβασις si-
ve desideramus. Sed tu illud vidisse videris pag. 156. εἰς ἔνδυσιν τῆς δόξης
ἀυλῆ, quo ἀυλῆ referatur: sed ibi, [illegible] τῆς ὑποστάσεως ἀυλῆ, quo re-
ferri debeat nō videris videre. Refers enim ad patrem, q̄ nusquā in contex- hebr. 1
tu est, cū referri debeat ad ἀπαύγασμα ἀβυδ τῆς [illegible] est ante pedes, et
proxime cohæret. Sed tu forsan vt stabilires personā, rem seu papisticam
sed iamdudū receptā, animaduertere nō potuisti. ὑποστάσεως voce sēp notiones
nunquā res significare apud sacros scriptores: quod si rem nō significant, quomodo
personā Boëthij significare poterit unquā?

De baptismo ita dicis pag. 29. Dixerā eos reprehendendos esse, q̄ pueros ex-
De baptismo stimant nō rite baptizatos esse, nisi prorsus immergerentur: Cum baptizarim
bil aliud sit quā immergi, vt ego ipse interpretor. pag. 221. Sponsiones fidei
in adultorū baptismis requisitas esse nemo mirabitur, q̄, quorsū baptizemur
intelligit, nempe, vt nostra in chrm adoptio externo adhibito symbolo obsignetur.
Nemo igr familiae Dñi symbolo ornādus est, nisi quē probabilr arbitramur in ea
familia censeri. In infantibus igr satis est, quod scimus eos in fadere fuisse cū
patribus in mille usq̄ grationes compraehensos, vt eos in familia Dei censeamꝰ
Deo (sicut par est) relictis occultis suis iudicijs. Sponsores tn adhibemus
nō q̄ de infantiū pnti fide testem (esset em hoc minimū absurdū) sed q̄ futu-
ram, quantū in se est spondeant: Sed in adultis aliud statuar necesse est,
cū clarius ex ipsorū ore testimonium elicere possimus, ac proinde etiā debeamꝰ
sicut fecit in Eunucho illo Philippus. Huc igr spectabant solemnes illae stipu-
lationes, q̄ sicut in catechumenor baptismo usurpabantur, ita etiā in infantiū
baptismo alijs proculdubio formulis concipi debuerunt. hactenus tu. R.

baptismus adultorum tantidem fuit. Verbū βαπτίζειν indicare potuit eos, q̄ baptizabantur, adultae ætatis & sui iu-
ris fuisse hoēs. Neq. n. tot hominū millia uno die Petrus baptizare potuisset Matt. 3
nisi ad vocis significatum actio ipsa baptismi respondisset. Βαπτιζόμενοι ὑπ' αὐτοῦ Rom. 8. 28.
ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ἐβαπτίζοντο, erecto scte, ex aquis, in quibus se immiserat, capite
baptizati ad professi. Credere aut se, Iesū esse chrm profitebatur is, q̄ ex gentibus (vt ad id quod vo-
lo venio) baptizabatur: atq̄ illi credenti & baptizato fidei gratia imputa-
bat, iusticia, & adoptionis ius concedebat. Quod aut est illud adoptionis
Iusticia Patrū transit ad liberos. 963. 991. ius, quod extinguit in adoptatis, neq. transit ad illor naturales, seu etiā adop- Rom. 5. 15.
tatos & legitimos haeredes? Si peccatū Adami transijt etiā in eos, q̄ nō pec-

cauerunt ad similitudinē transgredientis Adami, q̄ tn̄ oēs erant ordine, Adami posteri: quōdo iusticia imputata patri, nō transibit ad eius posteros oēs in mille et mille grātiones, quamuis isti nō credant, sicut ille credidit? Hoc est, vt clarius efferatur sētia: Sicut ad subijciendū morti filios Adami, satis fuit peccasse adamū: Ita, cū grā imputationis iusticiæ sit viuidior et robustior ad se communicandū, quā imputatio peccati in Adamo fuerit ad inuoluendū oēs Adami posteros, morti; Ad faciendū oēs posteros Euandri illius, esse filios Dei, satis esse existimandū est Euandrū credidisse et a philippo fuisse baptizatū. Et si satis fuit vt oēs posteri Abrahamici vnū Patrem haberent Deū, Abrahamo soli imputatā aliquādo fuisse iusticiā per fidem: satis esse certo statuēdū est, vt omniū filiorū et vniuersæ sobolis Cornelij, Pater dicar̄ fuisse Deus, semel Cornelium et credidisse et baptizatū fuisse. Quare potes quidem vniuersā pompā papisticā reuocare in vsū, baptizareq̄ infantes et adultos, et adhibere sponsores, et alia facere, q̄ in canonibus papisticis legis: modo statuas scribas et nūcies, illa oīa nō esse necessaria ad salutem, sed in speciē incūda et reliquias esse prostratæ olim et conculcatæ fidei, per quā nostris maioribus est imputata iusticia. Nam filij Dei, et testamentorū eius, nō opus hnt noua adoptione, vt in filios Dei et eius fœderū et testamentorū communionē recipiant. Neq̄, si radix sancta est, fieri pt̄, vt nō sint rami sancti. Hæc de baptismo dicenda sunt, quo ita, vt tu facere videris, inculcato et proposito infirmæ plebi, obscuratur et ferme tollir̄ lux fidei. Quare illud pag. 38. obscure nimis abs te scriptū est: Non alij, inqs, sunt regni participes, quā Regis filij: Sic sumus filij Dei et cohæredes chri, vt tn̄ vnus chrs ꝓprie sit filius et hæres, et nobis proprie vt subiectis imperet, quāuis pro sua benignitate sit primogenitus inter multos fratres: q̄ sunt illi. Nos, filij Dei, participes Regni: nobis: multi fratres; nō declaras sicut oportet. Nam Cornelius propter suā fidē erat filius Dei adoptiuus, cū Iohannes baptista esset filius Dei naturalis, ex Abrahamo descendens: et posteri Cornelij censi sunt inter filios Dei naturales: cum Abrahamus fuerit filius adoptiuus Dei. Oēs igr̄ sumus filij, sed alij adoptione ꝓpter propriā, sicut q̄ in Nouo orbe credunt Iesū esse chrm̄ et baptizantur: alij propter suorū maior̄, ex quibus ipsi descenderūt fidem, sicut nos q̄ sumus Ciues Dei, qm̄ ex ciuibus Dei sumus nati. Cogor aut̄ te monere Beza, a proximo tuo dicto stimulatus: Nimia licentia vteris in sacris reuelationibus. Vbi enī legis illa: chrs vnus et proprie est filius Dei et hæres? chrs sua benignitate est primogenitus inter multos fres? Hæc si alicubi sunt doce nos, vbi sint, vt tu nobis monendus esse nō videaris: Si nusquā sunt, desere hanc licentiā, et ne des occasionē cuiuis te monendi. Scimus nos, primogenitū esse Dei, et filiū Dei esse, semper hæreditatē respicere, q̄ duplex est aut Regni, aut aliorū bonorū Dei: sed tu inter hæc duo nullū discrimē facere videris. Leuiora aut̄ sunt illa q̄ sunt pag. 42. Neq̄ in hoc nec in futuro seculo: Interpretaris futurū seculū vitā ~~æternā~~ futurā, cū sit phrasis, pro eo quod dr̄ in secula seculorū. Neq̄ n. in futura vita aliqua speratur culparum conditio. Pag. 60. dicis τȣ̃ θεȣ̃ συνεργȣ̃ esse eū, q̄ plantat et eū q̄ rigat, vt hæc συνεργία tuo iudicio tres habeat ἐργάτας, cū rectius vobis trinitarijs pr̄ fil. sprs.

Sanctorum Patrum sancti filij. 990.

filij duplices, adoptiui et naturales.

Rom. 8. 28.

hæreditas duplex.

futurū seculum qd.

Rom. 5. 15.

spūs Sctus συνεργοὶ dici possint, cū sint earundem virtū & vnius naturæ, quàm Pater Paulus Apollo, quorū hi nihil ex se sunt, ille sit oīa. Atq; in sacris Bibliis animaduertere potuisti, vbi vnus est seruus, ibi nulla esse συνεργίαν, qm̄ seruus nō est συνεργὸς cū Dño suo sed cū alio suo Dñi seruo. Pag. 97. quid legeris & scribendi furor te abduxerit, videre nō possū, ita enim scribis: chrm̄ nobis sub illius figuris quasi tabula depinxisse, q̄ futuræ vitæ statū nobis pro modulo nostro repræsentet, atq; ideo nobis ipsum diuitis sepulchrū quasi in medijs flammis constituere, veluti si in eo nō sit mortuū cadauer, sed viuus homo. Si in tuo libro est πολὺ ἐλάφρον, nj ἐν ᾧ ὄλη ἐστὶν ἀφορᾶς τὸν ὀφθαλμὸν ὃν ὑποφέρων ἐν βαθέσι, ὁρᾷ ἀπὸ μακρόθεν, videris illa. ἐπάνω, ὁρᾷ, φέρεσθαι, ad diuitem in sepulchro iacentē retulisse, nō quod sepulchrū eius fuerit in igne in quo ἐλάφρον, sed quod illa scribi nō commode potuissent, nisi ignis fuisset illi veluti sepulchrū. Quod vtrūq; sit, vides τὸν ἐλάφρον ad diuitem in igne tortū & æstuantē referri nō posse. Reliqua placēt. Pag. 123. Videbo, inqs, inquit Aplus, quales isti sint, nec eos æstimabo ex lingua, id est, fucata illa eloquentia, qua isti iactabant, sed ex illis spūs sancti donis efficacissimis, nempe fide zelo charitate & cæteris eiusmodi, quibus domita est tota mundi facundia & sapia. Atq; de his nō agit, sed de miraculis & prodigijs & aduentū Spūs sci, q̄bus demonstrabat gentes in Cpto placere Deo, & de rationibus, ex lege circūcisionis, ex vsu, vsq; ad illum diem recepto ex priuilegijs gentis Iudaicæ, q̄bus pharisæi probare conabant, gentes sine circūcisione seruari nō posse. Pag. 129. ita scribis: Aplus impiū maritū nō dicit mansese, sed in vxore (id est, sanctæ vxoris respectu, siue, per vxorem) sanctum fieri, hactenus videlicet, vt purus sit ipsius vsus. Nam polluta ipsius conscia sanctā vxorē nō contaminat in coniugali commertio, sed istius potius puritas arcet illius contagionē, qm̄ oia sunt munda mundis, nec pē sancta conscia polluī alterius impuritate: Sed tn quatenus hoc sit accipiendū, & ad id, de quo hic agit, accommodandū, pluribus explicant doctissimi interpretes. Ego interpretes, sine lege loquentes parū moror, cū aliud nō est nobis morandū nisi verbū Dei semel constituerimus. Impiū dicis τὸν ἄπιστον, q̄ Iesū fuisse chrm̄ nō credebat, cui Paulus opponit τὸν πιστὸν, eū scilt q̄ Iesū esse chrm̄ credebat. Nunc vides τὴν ἀπιστίαν matrimoniū nō dissoluere, neq; τὸν πιστὸν ligare, postquā inter πιστὸς & ἄπιστος coniugiū, quod prius erat integrū, remaneat. Nescio aut̄ q̄bus comparetis papistas, cū sermo fit de fide, Cananeisne ἀπίστους & nō populo Dei: an in eū reponatis, in quo erant, regnū Iuda cū regno Israëlis: In quo Israelis regno nulla remanere videbatur notitia de Deo, cū esset populus Dei. plane maius erat, quā tum ad matrimoniū nō contrahendū, & contractū dirimendū cognatio esse, quā Israelita & ἄπιστον omnino, quā non πιστὸν in oībus. Et aliud est Paulo nolle seq̄, & aliud velle discedere, & aliud Dñs iubere, & aliud Aplus consulere. Quare, videto an doctissimi illi tui interpretes intellexerint, qd sit apud Paulū χωρίζεσθαι, & q̄ δέδεται λύσῃ, quæ dicta sunt à nobis & in eū locū dicta, & alibi disputata multa. Sed interea vides infidelitatē dissoluere matrimoniū nō posse. Pag. 179.

2 Cor. 12. 4. Vidit,
Act. 22. 21. nō sum
discipu
luisse
pingi
Luc. 16. 22. tasti
gm̄ Eg
gent
Act. 14. 27. pore
& 20. 27. se Ec
didis
illa
id est
Hebr. 5. 7. Euā
& nō
nō, v
esse
& si
mur,
pore
1 Pet. 3. 19. si pa
mimu
erit
& in
teneb
per a
salui
ōre
alien
verba
vt in
aliud
opimō
dend
att in
Dicis
quari
culos
nihil
sari.
cabu
suppo
vel ip
iste m

1 Cor. 4. 19.

1 Cor. 7. 12.

Coniugium nec ligat, nec solui dissidentia

vidit

2 Cor. 12. 4. Act. 22. 21. Vidit, inquis, Paulus inenarrabilia, cū aligd futurę gloriæ degustaret: sed hæc nō sunt huius seculi, neq; eū in illis tradendis fuisse occupatū inuenio, vel suis discipulis qualescūq; fuerint, aliā reconditiorem doctrinā proponere, aut voluisse aut potuisse credo, quā chrm, quale nobis in suis diuinissimis Epistolis depingit, in quo videlicet recōditi sunt oēs sapię thesauri. Sed gllo nō tu notasti illud: ante annos quatuordecim, & nō ex hoc recurristi ad aliud: Vade gm̄ Ego ad gentes procul mittam te, vt intelligeres hic agi de aperto ostio fidei gentibus oībus, ad illud diem, aperto primū Samaritanis, & ab Abrahami tempore Iudæis oībus. Omne em̄ consiliū Dei quod sibi manifestatū fuit sigillatim se Ecclię Paulus testat: hoc autē erat de gentiū salute sine circūcisione, si credidissent Iesū esse chrm, quod inter incredibilia minime omniū credentiū, illa ætas numerabat. Pag. 208. Dico, mgs, chrm fuisse exauditū ex suo metu id est, fuisse confirmatū, et ex illo suo pauore liberatū, misso ēt angelo vt Euāgelista commemorat. Textus dicit ἐισακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας & nō notasti εὐλαβεία sicut alibi φόβος, nisi malis hębraica nōia, esse Dei, & nō, virtutes hominū. Pag. 217. Disputas de loco Petri, & dicis discrimē esse ponendū inter viuos & mortuos hōes: viuos hōes improprie dici spūs: & si nō de corporibus (q̄ ēt animæ frequenter dicuntur) sed de animis loquamur, alr spūs proprie accipi nō possunt, quā de mortuis, q̄ sēt fuerant tēpore Noæ. Sed Petrus aliud agit eo in loco 1 Petr. 3. Mirū sēt nō esse, si pauci quærerent salutē per fidem, Christi tempore, cū oībus seculis homīnū multitudo salutem a Deo oblatā sprenerit, & a paucitate salus fuerit quæsita. Concionatus est, inqt, chrs spiritibus, q̄ antea cū incredulis & infidelibus & impuris numerabant, & in carcere, principis huius mūdi, in tenebris & umbra mortis sedebant. Sicut aut̄ in diebus Noę pauci salui sūt per arcā ab agnis seruati, ad huius formā nos q̄ & paucos & per aquam salui fimus, & spūs illi. Hic est sensus & hæc sunt verba Petri: sed vocula ὅτε cōmutata cū ὡς̄ imposuit multis, & fecit vt suū sigillatū mutaret in alienū. Quod nō accidisset, si sensū faceremus in sacra lectione ducem & verba comites. Sed hæc minutiora sunt, quibus alia plurima possunt addi, vt intelligeres, quod in studio tuo successissent tibi feliciā, si nullū ducem aliū quā verbū Dei fuisses secutus. Imbibita em̄ & in imas medullas recepta opinio, transuersū solet rapere lectorē, vt oculi nō possint ob ēū colorē, quē in videndo secū afferūt, cernere cuius sint coloris, q̄ offeruntur. Vnum tantū attingā & a Castalione ad Bellū veniam.

CAP. V. De dæmonibus.

Dicis pag. 35. Sunt q̄ dæmoniū nihil aliud esse putant quā q̄ apud vulgus, aut quidā naturalem sēt morbū, q̄ a medicis curatur. Pag. 36. Cum dico, periculosū esse pro dæmoniacis furiosos interpretari, propter eos, q̄bus dæmoniū nihil aliud est, quā furia, (Castalio) dicit se a me per imprudentiā excusari. Nā si ita est, inqt, nō minus est periculū in dæmonij quā in furia vocabulo. Quasi vero q̄ furiosū pro dæmoniaco nusquā in re simili vsurpatū suppomit, nō confirmet eōr errorē, qui quāuis dæmoniū pro furore accipiant, tñ vel ipso dæmonij nōe refellum̄. Superest arcanū quoddā diabolicū, cuius iste me admonet, nempe diabolū a dæmonijs sic differre, sicut Deū ab Angelis.

Itaq;

Itaq. semp in singulari nuro dr Diabolus, dæmonia no item: et dæmoniorum
princeps dr Belzebubus, sicut Angelorum princeps dr Michael. Ego vero didici
quidem Diabolo subijci angelos ipsius, et in illo tenebrarum regno lego et prin-
cipatus et potestates, sed in istiusmodi præsertim rebus placuit semp mihi sobri-
etas: Ita dæmonium siue dæmonior nomen vniuersale esse existimo in sacris
literis, vtpote quod oibus illis impuris spiritibus tribuar. Et dictum illud Petri
Diabolum tanquam rugientem leonem circumire, Ego collectiue de ipso principe
et oibus eius angelis accipio. Michaelem vero nusquam obseruaui principem
angelorum, sed vnum ex principibus angelorum vocari. Pag. 178. Sed fortassis exi-
stimas (Castalio.) Paulum de angelorum ordinibus et eiusmodi platonicis intel-
ligentijs, instar illius Dionysij, quem tu nimirum inter illos præfectos Pauli dis-
cipulos Corypheum facis aliqd ἀῤῥητον seorsim patefecisse. Fruaris ergo tua
perfectione, mihi satis est chrs, et is qdem crucifixus.

Morborum distinctio

Distinguendus est morbus, quo infestar homo in capite et corporis partib. Rx
qui dæmonium dr meridianum, a spiritu immundo, q inuadit hoem, sed q nec in-
uadere hoem, nec nocere hoi posset sine Dei permissione: Distinguendi quoq.
sut morbi, quos infert sua sponte natura, no impediente Deo, a morbis q no acci-
derent naturalr, nisi Deus, vt euenirent, mandaret. Vt intelligar, sacra bib-
lia in hoc incumbere, vt doceamr hoes, nihil in hoc orbe euenire, siue bonum siue
malum, nisi ministra natura, vel annuente vel mandante Deo, et nisi dimissione An-

Angeli impuri spiritus mali qui.

gelorum ad hoes, aut bonor aut malor. Hi angeli, nempe impuri, Satanas, diabolus
dæmonia, draco, serpens antiquus, sprs mali dicuntur. Quare dissonat a scri-
pturarum veritate, ita opponere diabolum dæmonijs, sicut opponir suis angelis Deus
cum inter angelos Dei, sit diabolus et eius angeli. Sicut autem filius et filia beli-

filius belial, et filius diaboli.

al, prouerbiali modo dicebar olim: Ita imperantibus Iudææ græcis, filius et filia
diaboli dici cepit, vt voci belialis successerit vox diabolus: vtrumq. nomen a noxa,
quod calumnijs et conatibus semp actum sit a noxijs spiritibus, vt Deus aduersa-
retur hoem seductum: Quamuis nomen diaboli pro spiritu noxio ante versa
sacra ex hebræa in græcam linguam nusquam legatur, quod Ego aut alius notaue-
rimus. Putabant aut illi veteres eum esse maximum deorum cuius cultores, rer
potirenr, et q consilio et auxilio plus iuuaret hoes, quam deor alij. Unde Deus

Belzebubus, Accaronitar Deus.

Accaronitarum primas cæca hominum opinione tulit, et valuit opinio ad postre-
mavsq. tempora gentis Iudaicæ. Is erat Belzebubus, ad quem pro consilio et

Deorum maximus apud gentes quis.

seruis, factis chrianis vt parerent et nõ fugerent à suis Dnis: Quẽ ẽt locũ
tractat ad Corinthios scribens: Seruus, inquiens, vocatus es, ne sit tibi curæ.
Neq iste locus cũ eo, in quo nominatur Philetus et Hymeneus, erat miscendus, cũ
sint varij argnti. Hi em nõ de seruis disputabant: sed cũ Paulus resurrectiõis
mortuorũ se esse concionatorẽ diceret, h. e. gentiũ in præputio, salutis vitæ, pa-
cificationis cũ Deo: Isti eius verba calumniabant. Nisi tu aliqd melius coniectas.
Nã illos et pharisæos, et corporũ resurrectionis in postremo die, assertores, et Pauli
hostes fuisse mihi ipse persuadeo. Desidero ẽt intelligere, vnde habeas, loca illa
2 Petr. 2. loq de hæresi in noticia fidei, et nõ in bonor operũ exercitio. Nam di-
cta illa plane demonstrare videm, se de moribus inquinatissimis malor doctor
disserere, q veniũt in vestimentis ouiũ, sub specie pietatis et ꝑ textu prolixæ
orõnis

hæresis cur inter vitia numerari cepit.

poena hæretici. 1006. 1014.

διδαχή διδασκαλία et noticiæ et morum.

Infirmi in fide cũ qbus componant.

Ro. 14. 22

1 Tim. 6. 3.

1 Cor. 7. 21.

2 Tim. 2. 17

Act. 23. 6. 1 Cor. 15. 15.

2 Tim. 3.

2 Tim. 3. 1. 2 Petr. 2. 1

Matth. 7. 15 et 23. 14.

orōnis, intrinsecus aut sunt lupi rapaces: domos viduar̄ & mulierculār grauiū
peccati mole deuorantes: & nō de fidei corruptione. Quor̄ qdem malor̄ sctt do-
Matth. 23. 3. ctorū fermentū vitandū est, & vt ait chrs, si qd boni adferūt, & ex cathedra
legis proferunt aliqd ex lege, audiendū: attamen distinguendū esse vider̄ inter
sepulchra hinc dealbata traditionibus hominū, & inde plena ossibus mortuorū
Et sciā, oppositā iuris diuini sensis, & inter fidem, quā & respuebant & auersa-
bant̄, & tum pharisæi, & oībus seculis mali doctores. Habes ex nobis qd sit hære-
ticus & qd schismaticus, & qd hæresis & qd schisma, verbo Dei pronūciāte: &
quā late & anguste diffundant̄ hæ voces; Et quā, ingressus sententiariorum
scholas, tu à verbo Dei deuiaueris in harū vocū explicatione. Nunc expende
an bene colligam totā hanc tuā lucubrationē. Extra propositū aut Serueti
aut alior̄ nostri temporis, quos tu sub hac tua definitione concludis, & dignos esse
morte iudicas, te euagari multis parasangarū millibus. Cum em̄ aliud sit: negare
Dom̄ misisse Ieremiā, & aiere Ieremiā esse falsū prophetā: Et aliud venerabū:
de cū credas Ieremiā verū fuisse prophetā Dei, & iussu Dei locutū fuisse & scri-
psisse, quærere de voluntate Ieremiæ, an id voluerit Ieremias dicere, quod
iste aut ille ex eius verbis colligit: Ita aliud esse, existimādū est, hæreticos
& schismaticos esse ex verbo Dei, q deprauant pertinaciter vera recta fidē, sanos
mores, sanctū ordinem Ecclæ: Et aliud, an, postulare, de Deo, de arcanis Dei, de pro-
phetarū & Apostolor̄ sensis, rectene sentiant nostri seculi reformatæ Ecclæ, ad
voluntatē dictantis diuina decreta sancti Sprs, Doctores & Ministri, sit depra-
uare fidem Dei, & leges Numinis, & Apostolicos ordines, an minime sit istud,
sed illud potius studere, vt redintegrentur oīa, ad primā illā puritatem in
qua erant, cū sunt edita, à viris per quos locutus est Deus hōibus, & verba nō
aliū excludebant, vt gallinar̄ oua pullos, sensū, quā propriū. Quid em̄ mihi ē,
si is sit, quem tu vis, hæreticus & schismaticus, & oībus hæresibus, & schismatib̄
ad vos vsq. plenus, cū, laborare in hoc vnū, vt verbū Dei, quod canir̄ & colitur à
chrīanis oībus, ~~illū~~ vnū & illū propriū & sincerū referat sensū, quo sensu
illius verba & sentiæ sunt scriptæ, nō sit hæreticū et shismaticū esse?
Dicit lex, Vnū esse Deū, confirmant hoc oēs vates & Apli, & qdqd vsquā fuit
sancti & laudati: Credis tu, Credo Ego, credunt papistæ, & qdqd nostro seculo hau-
rit vitalem sprm̄. Dicis tu cū papistis & alijs nonnullis: Vnū esse, est vnā
habere naturā: Dico Ego, vnū esse, est vnū indiuiduū esse. Insurgis tu, & me
inauditū necare cupis, dicisq. me esse hæreticū: quo iure rogo hoc facis, conaris,
& dicis? Non nego verbū Dei, quod nec tu negas, sed de sensu verbi est disqui-
sitio, an sensū tuū admittat, meū reyciat verbū Dei, an vero econtrario meū
recipiat, tuū reyciat. Tu qd habeas, vides, nihil sctt. Nam oīa tua scripta de
hoc argnto examinauimus, oībus tuis & alior̄ scriptis respondimus. Nos vero
qd habeamus, nō te fugit, cuius vis tanta est, vt ne attingas quidem cū ppius
accedis, sed vites, ne eius ansulis, vnco hamatis, capiaris, & elabi nō possis.
Vnū em̄ in verbo Dei cū refer̄ & opponir̄ pluribus, nunquā naturā sigcat, sed
semp naturæ vnū & solum indiuiduū. Et tibi tanto viro, in Eplis enthimemate
iocari in mortem Syluani visū est dignū & sanctū, hanc vnā obcām, quod vnū
Deū sdm̄ indiuiduū, vt sacra oīa testant̄ credere fuerit ille visus, & iudicatus.
Qui tn̄ tantū abfuit, vt, nō dico altera, sed prima monitione correctus & punitus
suo mō.

Bezæ ignorantia & error fœdissimus.

Vnum nō ad naturā sed indiuiduū refertur.

Syluani mors

Beza homicida.

suo malo mederi potuerit, vt te Iudice p Cplam missam pnte fuerit necatus.
Quid igr disputas de hæreticis, et monitione prima et scda, cum, si velis, ex
duabus monitionibus nulla fiet, neutra aut proponer, aut valebit ad salutem reo.
Et si ita statues, orthodoxus erit hæreticus, hæreticus no erit, nequissimus
quisq; nequam, et corruptissimæ vitæ sentina. Quid iniquius vnquam in Deum,
nolentem iniquitate, cogitari potuit, quam Deum esse iniquitatis cam et autorem?

Beza facit autorem pcti, Deum Sanctum.

Deum cogere finalr hoes ad peccandum, aut benefaciendum, vt sua decreta no fiat
irrita? Hæc vos docetis, neq; examinari permittitis: et si qs contra, vel ad docendum
ex verbo Dei mussitat, longe a vobis abigitis, in carcerem duci iubetis, et si cæ
grauitas ferat, etiam si poenitere se dicat, trucidatis. Atq hoc no est hæreticos,
q qd sit hæreticus nondum bene videris expendisse, auersari, sed nolle ex verbo
Dei doceri, ne videaris parum prius sciuisse et mala ignorasse. Summa est:
Nos quærere de hæreticis, q digni morte iudicanr: huiusmodi vero hæreticos
no esse, q in verbo Dni se exercent die noctuq; quotidie scrutantes scripturas
et quærentes: An reformatarum Ecclesiar doctrina, ita se habeat, vt verbum Dei Act. 17.
docet; quod faciendum esse vetus Eccla explo suo monuit. Sed iam tempus postu-
lat, vt de tertio, quod proposui, aliqd dicar, id est, de eo, quod hic locus petat.

CAPVt. IV. De Magratu Propheta Doctor falsus.

Cum de nece quærimus a lege constituta in eos, q falsa docent, quos tu hæreticos,
sacra scriptura falsos prophetas, Petrus falsos doctores, Chrs et Paulus lupos
in vestitu ouium, operarios fraudis, falsos Aplos, ministros Satanæ et alijs huius-
modi cognominibus nominat: Loquenr, inqt, Paulus, peruersa, διεγραμμένα, Act. 20 1 Cor. 2. Iac. 3. Matt. 24.
vt abducant discipulos post se: Sapiam huius mundi: Terrenam, animalem, dæmo-
niacam: Dicentes, ecce Chrs, hic est, ecce illic est: Non est hic: et hos pseudochros se-
quentur multi: Summa est: Cum qs loqr ex noe Dni ea, q Dns no est locutus;
cum dicit se missum a Dno, cum a Dno no fuerit missus: Cum dicit se visionem vidis
se a Dno, cum no aliam, nisi cordis sui viderit visionem: Cum contra verbum quod locutus
est Dns, insurgit, armatus, somnijs fumis et vmbris humanis, ita vt nec ministerium
seu vocationem habeat a Dno: nec vocationis seu ministerij argm: Sed a se mis-
sus venerit: se iubente currat: se suam doctrinam docente, alios docere laboret, Is e
legis pseudopropheta et doctor blasphemus. Finis aut est, vt Dno no credar, vt Esa. 52. Matt. 24 & 13.
si fieri possit, abducanr a Dno etiam electi: vt verbum Dni infructuosum reddar:
et populus vita et salute careat. Exempla hor dictor subministrabit lectio sacra.
Nam numquam fuit verus Dni ppheta, q no sit passus calamitates et infortunia:
et habuerit falsos huiusmodi prophetas aduersarios: et quamuis verbum Dni
quod verus Dni vates docebat, euentu magistro victoriam fuisset adeptum:
boni tn pphetæ, verbi Dei nuncij, multa aduersa coacti sunt pati ab istiusmodi fal-
sis prophetis. Nonnullor verorum prophetar catalogum legere est apud Paulum
hebr. 11. Vt sit hæreticus nihil aliud, quam falsus Aplus, propheta, doctor, vsurpati

hæreticus quis

no dati ministerij, et doctrinæ contrariæ voluntati Dei, et q no e a Deo, vt fallar
et pereat populus, nec audiat vocem Dni Dei sui. Hanc huius vocis definitionem
aptabis tu melius: mihi satis est vt intelligas quid dicere velim, et notes, vel ipsis
verbis.

verbis unde hæc verborum coadunatio sit collecta. Interea tñ videre potes sub hac rudi delineatione, aut alia, quã tu tibi colorare et adumbrare poteris melius aptius commodius clarius, illos nõ contineri, q verbũ Dei, ex verbo Dei examinant, et si quã catechesim aut institutionem aut doctrinã reformatar Ecclesiarũ nõ consonare cũ verbo Dei videre se putant, alios adeunt, monent quærunt censent, si contrá, quã ipsi vident, alios nõ videre perspiciunt catechesim illã, institutiones illas, corpus doctrinæ illud, á verbo Dei dissentire, et esse repudiandũ, et contraria in eius locũ reponenda. Nam contrario uno repudiato, in his, q̃ nullũ hñt sequestrũ et in nullo medio reconciliari possunt, alterũ recipiar necesse est: huiusmodi sunt veritas et mendaciũ. Ut si Deus nõ est caussa fugiendorũ scelerũ, necesse sit Deũ esse cam appetendar virtutũ. Habes de re tota, et qd dici potuisset, et q̃ tu dicis et aliena esse á proposito, et nõ consonare cũ verbo Dei. Nunc veniamus ad tua.

Hæreticũ, quem definiuisti in multa grã dissecas: quod fieri nõ oportuit. Aut enĩ oĩs hæreticus capite est plectendus, aut nõ oĩs hæreticus est supplicio capitis afficiendus. Si hoc dixeris, male definiuisti hæreticũ, cũ q̃stio nostra sit de eo, q magr̃atui est tradendus ut carnifici detur: si illud asserueris, inutilis est distinctio tua: hæreticor esse multa genera. Cum, si essent mille milliũ oẽs morte puniri debeant. Sed legamus: Pag. 21. Grauius, inqs, peccat q hæresis vel nouæ vel interpolatæ dux est et autor, quã q alior fraude in aliquã hæresim est impulsus: Et quo diuturnior est peruicatia, tanto atrocius est crimen. Item, q libris scriptis passim hæresim diuulgauit grauiore crimine tenetur, quã q verbis tantũ vnũ et alterũ docuit. Deinde si rei ipsius naturã spectemus, quãuis in Chrĩanæ religionis ædificio, q̃libet nõ modo sũt vtilia sed et necessaria, vt oĩs, suis partibus structura constet: q̃dã sunt tñ eiusmodi, vt etiãsi subtrahas ædificiũ nõ corruat. Itaq. pro rei, de qua disceptar conditione, criminis est ineunda æstimatio. Est enim quædã (pag. 22.) inter se caussar perpetua connexio, quã si qs accurate expendat, sæpe comperiet id qd alioq leue aut tollerabile videri poterat, tanti esse momenti, vt nisi maturé occurratur, totius religionis ruinã secũ trahat.

Hezanorũ hæreticorũ genus tantũ vnũ, idq. capite plectendum 1015.

Ista tua sunt, in quibus, ne pilũ quidem ex verbo Dei inesse conspicimus, tantũ mentis humanæ sũt nõ inepti, in tuenda re cõi, discursus. Nos dicimus scriptũ esse: Non occides. et asserimus nemini, nec priuato, nec magr̃atui licere quenquã occidere. Deinde cũ legimus: Qui occiderit, occidar, quærimus cui loquar Deus, donator vitæ, et mãdet, vt seruũ suũ illũ vita priuet, q alium suũ nihilominus seruũ vita priuauit. Et cũ intelligimus ad iudicẽ seu magr̃atũ, sermonẽ dirigi, concludimus, magr̃atui qdem, seruos sui Dñi vita priuare nõ licere, Sed cũ Deus magr̃atũ iubet esse in punienda et emendãda sua familia, suũ ministrũ et vicariũ, licere magr̃atui parere Deo: Sed ita, vt nec ad dexterã declinet nec ad sinistrã: alioquin reus erit legis, vel illius: Non occides, si occiderit, quẽ nõ est iussus occidere, vel crudelius occidit quã debuit: Vel huius: Diliges Dom̃ Deũ tuũ, si illũ non occidit, quẽ occidere iussus est, vel clementius puniuit, quã fuisset á Deo mãdatũ.

Magr̃atus offm̃ in custodia legis

datum. Quare, quærere potuisses tu qdem de generibus hæreticor, si q̄stio nostra esset de poenis et poenar gr̄ibus, quibus sunt afficiendi hæretici. Sed nos in cā definitiua et coniecturali sumus, et quærimus, qd sit hæreticus, et an oīs hæreticus sit poena capitis afficiendus. Scimus aut homicidij reos esse et q hoēm occidunt, vel ob odiū, vel inducti prece precio ab alijs, et q lr̄is scriptis conciliant alicui per suos amicos et famulos necem. Quare, si homicidij reus est hæreticus, nō est quærendū, quā grauis fuerit hæreticus: sed quā grauiter aut leuiter poena mortis puniendus, vt fuit aut grauis hæreticus aut leuis. In hac vero prima disquisitione, qddam interseruisti, et nō possū constituere an serio feceris. Ita em̄ dicis pag. 16. Quisqs filium negat, inqt Iohannes, is ne patrē qdem ht: filiū aut negat, q chrm̄ pro æterno Dei filio, q in carne venit, vt per eū vnū seruaremur, non agnoscit: Ergo à Patre Deo alienus ē q Iesū ab æterno fuisse filiū Dei negat. Huc em̄ tendis, et scis Petrū scribere, chrm̄ Iesū προγνώσει fuisse ab æterno, sed φανερώσει certo tempore natū et à Deo in Regem et filiū Dei declaratū. Quo dicto diluitur et profligar tuū argm̄. Quid sit aut in carne venisse, si adhuc ignoras, esse mortem subijsse, declarat ipse Iohannes, q gloria et honore tanquā vnigenitū Dei dicit se vidisse sermonē Dei coronatū, qm̄ caro factus fuisset. ναὶ ἐσπίνωσεν ἐπ' ἐλπίδι ἐν ὑμῖν, seu κατεσπίνωσεν ἐν ὑμῖν Act. 2. (vt hic apud Iohannē et ibi apud Lucā scribir.) vt tale nobis confici posse argm̄ ex verbis Iohannis et Pauli videatur: Id dr caro apud Iohannē, quod fuit in caussa vt sermo gloria et honore coronarer: Sed mors, quā subijt sermo, fuit in causa vt Iesus Chrs sermo Dei gloria et honore coronaretur: Ergo caro apud Iohannē idem sigcat quod mors. Apud Paulū leue qdem argm̄, sed eo forsā leuius quo dilui abs te facilius poterit. Hæc de primo nondū bene explicato. Nā ondisti tū qdem, quod tibi esset hæreticus, nō aut hæreticos esse puniendos: Et iam ad magratū transgrederis de magratu et eius munere es disputaturus. Verū te audio libenter describentē magratū et magratus offm̄ et illud libentissime audio quod dicis pag. 26. adhunc modum: Voluit Deus optimus maximus in singulis hominū cætibus, magratus veluti imaginē quādā summæ ac supremæ eius potestatis apparere, de qbus loquens, Ego dixi, inqt, dij estis. Quidni em̄, quasi alterū deū dicas eū, cui nō tantū ppter iram sed et ppter conscientiā subiectos esse oportet, quicūq. in aliqua Repub. hoēs degunt, qq. à Deo vitæ et necis potestatem accepit? Cum hoc ius magratui diuinitus traderer, id nō est idcirco factū, quasi Deus terrar imperio et administratione cederet: Imo vero potius vt ipse, cuius splendorē et maiestatē ferre hoēs nō possunt, in hominū persona inter nos regnaret. In vindicanda legū suarū autoritte ac dignitate, hominū ministerio iā inde ab initio vti consueuit. Quos huic muneri à Deo præfectos esse peculiariter, ondimus paulo ante. Pag. 29. Constituti sunt magratus, vt Dei Vicarij, q cæteris suæ fidei commissis, pareant ad Dei gloriā et laudem cpdicandam. Ergo Beza Vicarij Dei Optimi Maximi, quāuis nō sint Deus Opt. Max. conditor cæli et terræ,

sunt tū.

In carne venisse Iesū qd.

Magratus vicarij Dei et dij.

1 Ioh. 2

1 Pet. 1. 20

Ioh. 1.

Hebr. 2

Phil. 2

Hebr. 1. 9.

Gal. 4. 29.

sunt tñ dij, qm̃ sunt imago, dicas etiã character & impressũ ius in vitam & necem hominũ, in quo relucet splendor & maiestas Dei. Quod si huc refers Pauli dictum: Non solũ ꝓpter iram, ver̃ ẽt ꝓpter consciam: Cum loquatur ad illum modũ Paulus, tam de his, q̃ in Eccl̃a, quã de illis, q̃ extra Ecclesiã gerebant magistratus: Cogeris fateri tam Dauidem, quã Neronem, vicarios Dei, in huius muneris administratione deos dici potuisse, quod essent vicarij & imago Dei. Atqui tu nobis occinere soles: Deos, q̃ cælũ & terrã non produxerunt esse maledictos, Atq̃ si dicere velles Mosem, Iosuã, Samuelẽ, Dauidem fuisse maledictos. Cum eo aũt, quod tu hoc loco fateris coniungimus illud: Deũ Iesũ chrm̃ fuisse vnctum à Deo, Deo inquã suo Maximo optimo, sup̃ oẽs alios huius honoris & gloriæ consortes, exultationis oleo.

Hebr. 1. 9.

Sequeris pag. 29. Principes, inq̃s, quoties id flagitat publica Eccl̃æ tranquilitas & verbũ ipsũ Dei & eius Interprætes (nõ sine verbo Dei) disciplinã totã Ecclesiasticã, aduersus infideliũ flagitiosorũ hæreticorũ omniũ deinq̃ hostiũ audaciã & improbitatem, debent oĩbus modis tueri.

Sed facito vt declares melius, quatenus liceat interpræti legũ, in legũ explicatione progredi, vt vltra procedere nõ liceat, aut interpræti loqui, aut auditorio interprætis audire. Nã discernendus est legislator à legis interp̃te in ferendis legibus. Quamobrem sine lege sẽtiam ferens interpræs, de nece hoĩ inferenda, homicida est, nõ interpræs: & q̃ talem interprætẽ, veluti cæcus cæcum sequitur, non auditor est legis, sed homicidij reus. Deinde in hunc ordinem inter flagitiosos numeras hæreticũ hoẽm: & q̃d hæreticus sit, ex verbo Dei nõ declarasti eplicasti; neq̃ puto te aliquãdo bene considerasse illud Pauli: Sicut tunc ille, q̃ sdm̃ carnem natus erat, persequebar̃ eũ, q̃ sdm̃ sprm̃ natus fuerat: Ita & nunc & oĩ plane tempore ita fuit, vt arma hominũ steterint contra veritatẽ, neq̃ veritas vnquã armis, extra legem Dei q̃ vera bona & sancta est, se protexerit, etiamsi ferrũ in manu habuerit & potuerit se tueri gladio.

Gal. 4. 29.

Apostolus, inq̃s pag. 30. Magr̃atum dicit esse Dei ministrũ, q̃ gladiũ gerat ad eos vlciscendos q̃ male agunt. Quamobrem alterutrũ necesse est: si in hæreticos nullũ ius habet magistratus, vel ipsos male nõ agere: vel quod in gr̃e dicit Paulus, ad certũ maleficior̃ genus esse reuocandum.

℞. Nullum habeo certũ responsũ Beza, quo occurrere valeã tuo arg̃nto, nisi prius ex verbo Dei declaraueris, q̃d sit esse hæreticũ. Nam q̃ adduxisti, ex macello Romano, mutuo accepisti. Quod si dixeris falsũ prophetam ẽẽ id, quod tu hæreticũ nominas, cũ lege & Paulo te cũ sũus: Sed illud monem̃ ἀτακτοὺς ministros, & fr̃es, nõ posse dici, falsos prophetas, & sceleribus contaminatos fr̃es, prophetas Dei, si cætera desint, dici nõ posse, se q̃o efferre sup̃ alios quarũdã rerũ gratia q̃ possideam̃. Et adhunc modũ incendere audientes inuidiæ faculis, nõ esse rem tanti momenti, vt quis veluti malus propheta, cũ tñ dicar̃ Paulo hæreticus, necari à magr̃atu debeat: Sed neq̃ ἀταξία illa, quã damnat Paulus, dignã morte, veluti ψευδοπροφητείαν quis æquus rerũ expensor iudicauerit. Quid igr̃? Circũcidenda est vox hæretici tui, & si vis vt carnifici tradar̃, à Pauli hæreticis eximatur, quor̃ omniũ cõis pœna est, nõ mors.

ἀτακτοὶ ministri & fr̃es

ἀταξία

pœna hæretici. 1008.

non mors, sed seclusa & bene sperans separatio & ad falsos prophetas legis bene dedolata, ne qd in ea euomiat emineat, traducar, vt tandē pœnā, qua falsos pphetas punit diuina lex, commereatur. Deinde dico nōe gladij, dati a Deo magratui intelligi virgā, monita, & qdqd errata populi cōercere pōt. Nisi forsan dvacoms leges, ex legibus diuinis: vindictæ go nōe & vltionis sigcari, qcqd obstat, ne boni miterī malos. Quamobrem si per gladiū, quem magistratus gestat, ius vitæ & necis accipis, dico nō oēs hæreticos ita malefacere, vt iuri gladij subyci debeant: sīn vero amplias vocis gladij sigationem ad publicas, cōertiones verborū, vinculoī, carceris, plagār, infamiæ, mutilatiōis notarū & demiq; pro facinoris grauitate necis & gladij, hoc est publicæ castigationis si priuata remedia adhibita parū profuerūt, oē genus hæretici a Paulo tati subycio. Oé ergo genus hæretici male agit: sed nō oīs mala actio gladio ferienda est. Quamobrem multæ sunt malæ actiones, q̄ sunt exemptæ a iure gladij, hoc est necis, quod ius nō nisi ad certū genus maleficiorū productū a Deo é. Repetis aūt quod supra male texueras ex 1 Tim. 2. Paulus, īngs, hortatur vt preces fiant pro regibus, & oībus q̄ sunt in eminentia, vt placidā & quietam vitā transigamus cū oī pietate & honestate. Vbi diserte audimus constitutos magratus, vt pacatos ciues suos, nō modo in moribus grauibus & honestis ideſt in his, q̄ ad mutua hominū inter se offa pertinent, sed eē in pietate & Dei cultu contineant. Atq; hoc totū falsū est quod ex Paulo deducis, quodne per vim qdem pē, vlla vi deduci inde, nisi gn̄ ita velles & cuperes. Paulus. n nō dissērit cuiā set intersit curare sacra & diuina: sed hortar vt oret Ecclā pro principibus. Argn̄ aūt, orōis pro principibus conceptæ, monet sese vt placida & quietā degat sub eoī imperio vitā Ecclā, quo vacare pietati & honestati melius valeat. Hæc igr̄ hortar, a Deo esse petenda, nō aūt dicit a principibus esse ~~petenda~~ sperāda aut expectāda. Et tn̄ tu hoc totū ædificiū in duobus his dictis paulinis Rom. 13. 1 Tim. 2. extruxisti, vt apud me credibilior sit concio, q̄ illa ex quibus deducta est. Duos, īngs, Pauli locos profera, ex q̄bus constet multo latius patere magratus imperiū, quā isti putent. Hæc summa est cui ego assentior, quāuis nescia an aliquorū os hic illinatur, & an sine aduersario hac in parte digladieris. Hanc tn̄ summā, si nō aliunde manare dicis, misi ex locis duobus illis Pauli, facile rejicia. Qm̄ suspectū solet esse, qcqd ex falsis colligit. Deus, īngs, docente Paulo, constituit magratus vt curent ciues pacate viuere & in pietate Dei & cultu proficere. Hoc falsū est: audiamus alterū quod antecessit: gladiū īngs datū a Deo magratibus, ad omnia malefacta hominū se extendere, Paulus dicit. De nece loqueris? falsū est, censere Paulum oīa malefacta gladio esse ferienda, cū de quomis malo disputet, & inter mala numeret, denegare tributa & vectigalia: sīn aūt de iure & potestate loqueris cui grāti subyciūr oēs, & qua donatus est solus magratus, videris in arenā descendisse, vt tecū certes, & de te victoriā referas.

gladij nomen magratui datū, qd sigīcet.

Rē.

Rē.

1 Tim. 2. 2.

Rē.

In pag. 39. Dixis te eos nominare hæreticos feriendos gladio, si tentata mitiora remed.

remedia nihil profuerint, q̄ totā á fundamentis religionē subuerterent, si id fieri posset, q̄ radicitus chriānā religionem conuellunt. Horū et omnium aliorū cām dicis ex puro verbo Dei rite et placide es cognoscendā pro eor̄ salute, Ecclesiasticā disciplinā adhibendā, et á magr̄atu ordinario primū remedia mitiora tentanda. Ergo Beza quod Ego putarā, hæreticus tuus nō est falsus propheta. Nam falsi prophetæ salus una est, nullā sperare salutem. Quare, vel cupis esse mitiores erga pseudoprophetas nos, quā esse voluerit Deus, vel tuus hæreticus pseudopropheta nō est. Euertere n. diruere et radicitus conuellere totā religionem chriānā, grauius est, quā hortari vnū aliquē vt secū abeat cultū falsos deos, et vnū Israëlis Deum deserat: qm̄ religio chriāna et conuelli nō pt̄, quin cultus vnius Dei pessū abeat, et multa alia continet inixa q̄dem cultui vnius Dei, alia tn̄ á Dei noticia et cultu. Quare si prophetæ illi mendaci, sine veniæ spe, et inclementer indicta est á Deo poena, mors, maiori inclementia deberet vti Eccl̄a aduersus tuum hæreticū quem definis. Maior em̄ culpa maiore debet plecti poena: hæretici aut̄ tui maior est ~~poena~~ vt ōndimus culpa, quā pseudoprophetæ legis. In hoc tn̄ sæuit Deus, in tuo illo minus sæuiendū esse iudicas. Sed in eo videris deceptus, quod hæretici paulini cām et nomē conuenire putasti in re ipsa cū pseudoprophetæ legis nōe et caussa. Quod aut̄ das libens accipio, cām sc̄lt hæretici ex puro verbo Dei rite et placide cognosci, salutem hæretici, Ecc̄lasticæ disciplinæ in monitione vna et altera, et magr̄atui ordinario in mitioribus remedijs tentandis esse curæ oportere. Has leges cur violari iusseris in Caussa Syluani, videre nō possū: nisi quod sæpe video, te á legibus tuis magna cū facilitate discedere. Ita em̄ mones Zanchum per Epistolā: si vere poenitet Syluanū, iudicabit se indignū vita, itaq. occidendus est, si nō poenitet Syluanū vel ob hoc necādus est syluanus quod eū nō poeniteat. Ista est summa consilij tui, impellentis Heildebergenses ad maiorem inclementiā quā Roma vti vnquā voluerit etiā contra legis pseudoprophetas et apostatas á fide chriāna.

falsus propheta morte [illegible]

hæreticus á falso vate diuersus.

Bezæ immanitas truculēta

CAPVT V.

De cognitione Dei et christi.

Pag. 40. Ista dicis: Vultis vt q̄sq̄s cū Iudæis et Turcis dicit se vnū Deū credere et præterea chr̄m esse filiū Dei ac mūdi Dom̄ et Iudicem, vitamq. ita statuit, vt neq. fur, neq. adulter neq. homicida sit, aut alioq eiusmodi crimine contaminatus de quo nullæ quæstiones aut libri fiunt, sub albæ istius vestis amiculo, oīa errorū portenta tegere, et de cæteris rebus, id est, de toto Euāgelio, q̄duis sentire, scribere docere possit. Hanc esse vr̄am sen̄tiā ex vr̄is libris et verbis nō obscure cōstat q̄ fide optima descripsi, vt vestræ blasphemiæ toti mūdo patefiant et nihil hic á me fingi oēs intelligant.

Quid Bellius dixerit et senserit nescio, nos á chr̄o et Ap̄lis docti ad salutis et vitæ æternæ consecutionē, hinc, fidei iusticiā ponimus, illinc operū bonorū lumē: Illa fuit et est in cognitione vnius Dei sd̄m numerū, et Iesu chr̄i, quod sit solus et vnus chr̄s institutus á Deo vno, Iudex et Dn̄s omniū: hoc fuit et est in legū diuinarū, olim in tabulis á Mose Iudæis datar̄, postremis temporib̄ in cordibus fideliū, ex gentibus præputiatis vocatorū, manū Dei, fixarū, obseruatione: Non ficta apud hominū, sed vera apud Dei oculos, vt nō solū factis, sed etiā cogitatis et sermonibus, viuatur in conspectu Dei sancte et inculpate.

Necessaria ad salutem tria. 1020. 1016.

Hæc d.

Hæc dicit chrs: habes tu quod addas? Reliquas oēs quæstiones & institutio-
nū aceruos, nō esse necessarios ad salutem dicimus: qm̄ si ad salutē consequen-
dā fuissent à sacris autoribus nostris necessarij existimati, inter illa, q̄ ad sa-
lutem comparandā necessaria esse sunt dicta, hæc, vna cū illis numerata fu-
issent. Illa qdem ad eruditionē valent, & pro illis sunt, qui aut ocio abundāt
aut publico ministerio sūt ad moti: sine cognitione tn̄ horū si illa habeant, nō pri-
uabit populus chrianus vita æterna. Quid igr̄? contra veritatē horū credēr
aiō, disseretur verbis, exarabit libris? Et qdo rogo hæc fieri poterūt ab eo, quē
dicimus, si qd & qdo scriptū in sacris biblijs sit, ignoret, nō istius ignorātiæ
cā, modo absint illa tria superiora, perdere vitā æternā? Quōdo ignorare pt
qd scriptū sit, sicut dicimus nos posse esse in vulgo hoībus, si credit, disputar
scribit contrà, quā scriptū sit, vt dicis tu? Vides diuersa hæc esse, & tua ver-
ba, tua esse verba, nō nostræ sentiæ sermones? Crede, nobis nō deesse aculeos,
sed scis amicā congressionē aculeos nō decere. Et vtinā esset quod dicis, vt oēs
gentes nostri seculi, varijs nōibus distinctæ, Deū esse Vnū Israelis crederent
& Iesū esse chrm̄, quem ille misisset, & Deo parerent in oībus eius iustificatio-
nibus. Hos enī nos (tanta est nrā simplicitas & fidei nostræ promitas) inter
chrianos numeraremus vniuersas.

Impie, inqs pag. 41. vos à Dei Vnius cognitione, chri cognitionē distinguitis.

Cognitio Dei à chri cognitione distincta.

Si impij nos sumus, impius erit chrs, impius Paulus, q in duas cogitationes di-
stinxerūt: & nobis gloriæ est, tales habere in loquendo & sentiendo doctores.
Ille dicit: Vt cognoscant te, solū Deū verū, & chrm̄ esse quem misisti, Iesum.
Et soles tu in particula nāj magna momenta in distinguendis sententijs col-
locare. Hic aūt ita: Eratis illo tempore sine chrō, & Deo carentes in mūdo.
Duo dicunt esse distincta inter se cognitionibus: Vnū, esse Deū, eūq esse &
verū Deū & Patrem Deū: Et Iesū filiū Mariæ esse chrm̄, missū ab illo Deo.
Sed tu portenta hæc vocas & diabolicas voces: Neq satis scire te dicis, an quic-
quā magis horrendū & execrandū, iaminde ab initio pdicati Euāgelij sit exau-
ditū. Et cū ista probare ex verbo Dei debuisses, ad rōnes humanas das manus,
illasq pro patrocinio corripis: Si illa tria inqs pag. 43. chrianū, piū & religio-
sū efficiunt, diaboli essent christianissimi. Non bene argntaris Beza, &
nostra tria & inuertis & in quatuor dissipasti. Nam quatuor gradus nobis at-
tribuis ad salutis ingressū. Vnum: fateri Vnū Deū cū gentibus: alter, agno-
scere Vnū illū Deū cū turcis & Iudæis, de quo Moses scripsit: Tertiū Iesum
chrm̄ esse Dei filiū credere cū diabolis. His attexere nos dicis veluti quartū
gradū, secūdæ tabulæ obseruationem. Vnde hæc hausisti rogo: aut gentes
vnū Deū, illūq Israëlis Deū vnquā coluisse? aut nos, q plane sumus illæ
gentes, de qbus policitus est Deus, quod p semen Abrahami essemus bndicēdę
colere vnū Deū cū gentibus? Quibus amabo gentibus? Nos sine Deo fuis-
se, conuersosq ad colendū vnū Deū Israelis, quē descripsit in lege Moses, colue-
runt vates, habuerunt pro tutelari Deo Iudæi, dicit, probat, declamat Paulus

Tria ad salutē necessaria 1036.

Tu turcos hic inseris, vt conflagrent oīa inuidia. Sed hæc tua parū nos curamus,
ex altoq, etiamsi dici falso displiceat, despicimus. Iesū aūt esse chrm̄, intersa-
lutaria dogmata primū & postremū non numeraremus, nisi scriptura sacra di-
ceret: si credideris Iesū esse chrm̄ postquā resurexit à mortuis tu, q ex circi-
sione nō es, saluaberis, inqt Paul. quāuis hoc olim confessus fuerit diabolus.

Neq

Neq. solũ secũdæ, sed vtriusq. tabulæ obseruationẽ in tertio loco, vt facit Paul. et chrs Iesus et Iohannes et oĩa sacra, collocamus, vt priori iusticiæ addar veluti illius necessaria et requisita lux, iusticia legis. Igr, inqs, maxime diaboli erunt chriãnissimi. Vide qdo loqueris Beza, et semp sine verbo Dei, et semp ex alto existimationis gradu, in quo te labores tui collocauerũt decidens et collabens sensim et pedetentim demitteris. Expectabamus vt diceres: hoc vos dicitis, negat Paulus, aduersar Iesus chrs, reÿcit verbũ Dei, et adferres loca et recitares sentias. Nunc rõne, si ita permittis dici, futili et enerui impugnare incipis ipsissimum verbũ Dei: et cũ putes et vocifereris nos sine verbo Dei loqui, tu sine verbo Dei, verbũ Dei ex suo loco dimouere tentas. Legisti Iacobũ dicentem: fidẽ esse, credere Vnũ esse Deũ, hancq. fidem in chriãnis esse, et in diabolo: sed in diabolo esse sine operibus, in chriãnis nõ item: quódq. si fides chriãnorũ fuerit sine operibus, fidem illor nõ esse eiusmodi, quæ quietos reddere illos possit, sed qualis in diabolo est, q eius fidei, quã ht, gratia, cohorrescat et contremiscat totus. Quõdo igr tu dicis hanc nostrã rerũ triũ trinitatẽ esse in diabolo, cũ Iacobus dicat diabolũ carere duabus, et nõ habere nisi vnam, quã metuat maxime ꝓpter scelera et διαβολάς quas committit. Is Iste Iacobus, fidem christianorũ sine iusticia operũ mortuã esse dicit, nõ qdem quantum ad iusticiã suã, sed quantũ ad euentũ quẽ consequr, ex iusticia aliena, q̃ est operũ legis. Exemplo illustrabo, si potero, sentiam istam. Multos ex naufragio Italiæ euadentes seruauit amãter et liberalr Geneua, eosq. nuro suorũ ciuiũ adscripsit: hoc ius, quod illi impetrarũt ciuitatis, simile est illi, quo filij iræ per fidem imputantẽ iusticiã fiunt ciues sanctorũ et domestici Dei: Estq. integrũ ius, nulla parte imminutũ aut deficiens, æque atq. illud ẽ, quod hnt ciues naturales cuiusq. ciuitatis. Quod si illi contra ciuitatẽ aliqd commisisse depræhenderentur, et aut pellerentur, aut fugerent, illius prius impetratũ ius ciuitatis, extinguir, moritur, inutile est. qm huius maleficij gratia, beneficiũ vrbanũ, quod sentire potuissent isti, quod recepti essent in numerũ ciuiũ nullũ capiunt. De his dicunt oĩa sacra nostra, melius illis fuisset, si nũquam ciuiũ (accedamus ad nostra) nuro sanctorũ et domesticor Dei fuissent adscripti, et filij iræ esse perseuerassent, quã, postquã sũt ciuitatis cælestis et filiorũ Dei iure donati, optima fide, nõ ita vitã instituisse vt ciues cælestes decebat. Ffis Chriãnis, ex illis tribus quot gradus desunt? vnus tantũ abest, vt diabolus vocari possit chriãnus, cui duo gradus desunt, vt etiã istos, q vno gradu sũt priuati inter chriãnos nõ recipiat chrs: Discedite, inquiens, à me oẽs operarij iniquitatis, nescio vos vnde sitis. Existimo ẽt te Beza illud nõ ignorare, certo tempore, Deũ verũ ostiũ fidei aperuisse gentibus præputiatis oĩbꝫ. Concludiq. posse vides, ante tempus illud, quod secutũ est mortẽ Iesu christi per aliquot annos nullũ præputiatũ potuisse sperare salutẽ per ingressũ in tabernaculũ altissimi sine circũcisione. qm hæres paruulus nondũ peruenerat ad tempus præscriptũ à patre, vt liberari posset à tutoribus et actoribus qbus subyciebar ex mandato patris. Ffanc ob cam Ephesios illos, q sine circũcisione ꝑ fidem et baptismũ, putabãt se inter discipulos chri seu chriãnos numerari posse, Paulus iussit baptizari. Qm ante apertũ fidei ostiũ præputiatis, salus tantũ circũcisioni erat promissa per fidem, populo scl̃t Dei, ouibus ouilis Israelitici. Quare vides nobis esse quærendũ, nõ quis habeat fidem sed cui

Iac. 2. 19.

Epes. 2. 21 hebr. 6. 6.

Matt. 7.

Act. 14.

Gal. 4. 1.

Act. 19.

Diaboli christianã fidẽ professi nõ fiũt chriãni.

trinitas triũ rerũ. 3. 989.

Gentiũ in cætũ Dei ingressus

Salus nõ qbusuis fidẽ habentibus cõtingit sed qbꝫ promissa est.

sed cui sit salus et quando promissa per fidem. Audis enim Euangelium fuisse nunciatum Iudaeis propter fidem Dei et policitationes factas patribus: Gentibus autem non propter maiores, quorum omnes filij irae fuerant, sed propter miam Dei. Quare intelligis necessario sequi, gentibus fidem prodesse non potuisse ante tempus illud quo Deus sine circisione misericorditer cum illis agere constituerat. Sicut igitur ante tempus illud fides in gentibus infructifera fuisset, quam nihil illarum fidei policitus fuerat Deus: ita daemoniorum fides salutaris non est, quam solis hominibus malis, non autem spiritibus impuris, Deus salutis viam aperuerat. Ita legimus nos, et ita credimus, et ita doceri ex verbo Dei patimur. Deum saluare posse impuros spiritus quis negat? Velle autem Deum illis parcere, et animos illorum ad bonum mutare et salutem illis impartiri, quis audebit ex verbo Dei asserere? Quare dicimus cum sacris nostris scriptoribus: In diabolo non esse posse illos tres gradus, in quibus prora et puppis consistit salutis: et si maxime essent salutares, tamen illos tres gradus diabolo esse non posse, quam nulla promissio ad diabolos est facta. Cognitio, inquis, diaboli antecellit hominis cognitionem. Verum est, sed hoc non quaeritur: sed illud: An diaboli cognitio habeat promissionem aliquam a Deo, an Ephesijs scilicet credentibus ante apertum ostium fidei in praeputio, Iesum esse Christum, aliquid fuerit policitus Deus, nempe salutem? Videris, inquis pag. 44. fidem christianorum in cognitione historica ponere, et vitae innocentiam, vel ex philosophiae praeceptis, vel certe ex sanctae tantum tabulae obseruatione metiri: sicut a Christo optimo interprete explicata est, quod vtrumque perperam facis. Ne posthac dicas perperam fieri quod a nobis fit. Intellige antequam repraehendas, quid a nobis fiat. Dicimus cognitionem historicam habentem promissionem certam Dei, cognitionem historicam desinere nominari, et pythagoricorum fidem, qua innitebantur, illi dicto αὐτὸς ἔφα, fuisse δόξαν καὶ πίστιν philosophicam. Quod si huiusmodi pythagoricorum fides, aliquam habuisset a Deo promissionem, mutare cogeretur virtutis locum, et ex inconstanti et infrugifera fieret firma et vtilis. Credere igitur Iesum esse Christum, credere Vnum esse Deum et hunc vnum Deum esse Israëlis illum Deum, quem nullus, vnum esse credere potest, nisi pariter credat remuneratorem esse et tutorem sperantibus in se: Haec inquam credere, est cognoscere Verum Deum tutorem scilicet et praemiatorem nostrum esse vnum: Et Iesum vnum esse Christum. Quae tamen exeunt cognitionis historicae metas, quam sunt circumuallata promissionibus Dei, quam qui haec credit, et Deum habet pro Patre, et ipse ex irae filijs fit filius Dei, et habet ius in haereditate bonorum Dei, Et Iesum accipit pro fratre, et pro fratre agnoscitur a Christo et fit haeres Dei, quem vnum esse credit, et fit cohaeres Iesu, quem asserit esse Christum et Regem Domini. Difficultatem autem, ne ista credantur cognoscantur intelligantur facit, non res ipsa, quae facilis esse videtur, sed praemiorum magnitudo, et humilitas eius cui sponsio fit. Vnam horam sane in vinea operari paruus labor est, sed non conductum et hostem, tantum sperare posse praemij et iuris vnius horulae opera, quantum dabatur et conductis et bene, duodecim horarum sudore colentibus vineam, opus et labor erat. Haec de cognitione non vacante promissione Dei: Nunc de vitae innocentia, quam petere ex philosophis nec possumus, cum nullam apud philosophos habeat Dei promissionem, nec opus habemus

cum hab.

fides

fides sine tempore et promissione infructifera. 737.

historica fides in promissionis fidem mutatur. 1035.

fidei opus 1025.

Cognoscere Vnum Deum et Iesum Christum quantum praemij habeat.

Vitae innocentia ex philosophis peti non potest

Rom. 15.8

Rom. 1.20.

Rom. 11

cum habeamus sacros auctores. Eam ponimus nõ in vnius tantũ sed in vtriusq; tabulæ obseruatione. Aliud enĩ est nosse vnũ esse Deũ, quod est fidei, & vnũ Deũ diligere quod est operis. Et fuerũt hões, quibus notus erat vnus Deus & qs ille esset, q tñ dicti sunt Deum ignorasse: qm̃ vnũ Deũ quẽ norãt, aut sicut decebat, aut oratio aliter quã oportebat, vitæ innocentia & sacrorũ cultu & pietate nõ illustrabãt. Hæc sunt nostra, impugna tu & expugna si potes ex verbo Dei & nos doceas. Cum desideres pag. 45. 46. nobis declarare deũ verũ ab idolis distinguere, ex institutionibus Caluini multa sine verbo Dei producis in mediũ, in quibus multa sunt errata: Vnũ quod dicis, Iudæos verũ Deũ, qs esset, ignorasse: Alterũ, quod Ephesios Corinthios Galatas Samaritanos, qui, quis esset ex õibus verũ Deus ignorabant: Sicut ões aliæ gentes q̃ erant extra tabernaculũ Dei, extra tutelã Dei, & sine Deo & legibus Dei, confũdis cũ Iudæis, quibus erat notus Deus, & q noticia diuinar̃ & spr̃alium rerũ, magno spacio præcellebant gentes ões: Tertiũ, quod locũ Rom. 1. dicis loqui de gentibus, cũ disserat de Iudæis, qbus Deus sua oĩa sacra & propriã diuinitatẽ detexerat: Sed tu ποιήμα nõ animaduertisti secutus errantem doctissimũ sc̃lt interpretem, miracula & prodigia sigcare: & nõ facta & motus cælestes & sublunares, & naturæ opera. Norant quidem gentes, Deũ esse oportere vnũ, q esset veluti pater deor̃ & hominũ, sed qs ille esset Deus, nõ, nisi illo vero & vno Deo, q vnus & verus erat Deus detegente & se aperiente & manifestante, aliqs nosse poterat. Vnde illud tuũ verissimũ est Nos naturã ducem secuti, ad veritatẽ lucis illius diuinæ penetrare nõ posse vt, qs & qualis sit Deus & qdo colendus, naturæ præsidio, aut ex mũdi contẽplatione, intelligamus. Est enĩ primũ & maximũ hoc Dei donũ, quod primũ gradũ occupat in salutis acquisitione, apud illos, qbus Deus bene vult, & se & sua iudicia q̃ & qualia sint patefacit. Nouimus igr̃ Verũ Deũ ab idolis distinguere magistra scriptura sacra, abs qua mutuati sumus, reiectis dijs, quos commẽti sunt & coluerũt nostri illi maiores & aui, Verũ Deum, cuius stipendia meremus. Sed tu videris nondũ nosse, inter verũ Deũ, q est in prĩo gradũ nostræ salutis, & Deũ, quẽ Iesus chr̃s dicebat suũ esse Deũ Prm̃ & Dom̃, nullã intercedere diffr̃am. Venis ad definitionẽ fidei pag. 47. quã poni dicebas in sdo salutis impetrãdæ gradũ, & aduocas principes & reges in auxiliũ, cũ debuisses verbũ Dñi in hac disputatione contra nos contorquere. Auditis, inqt, Reges principes & magr̃atus hanc blasphemiã, & diutius permittetis vt huiusmodi portentosa ingenia chr̃i Euãgeliũ libris etiã editis, nõ dico profanent, sed vt maxima ex parte minime necessariũ (ad salutẽ) videant & contemnant. Agnoscimus epiphonemata papistarũ, q̃ tu olim spreuisti & in pñtia spernis. Tam aũt est falsũ, q in illis tribus gradibus quos ita cognominas salutis chr̃ianæ initia & fines ponit, eũ ridere contemnere profanare Euãgeliũ Dei, quã est verũ, Euãgeliũ & Aplos ões illa docere, & in illis docendis occupari. Sed audiamus blasphemiam: De cæteris, inqs, quicqd cuiq; libuerit, doceri posse dicunt. Hic nos cogit men-

dacij

Rom. 15. 8

Rom. 1. 20.

Rc

Hebr. 11

vitæ innocentia in qbus cõsistit

Nosse & diligere Deũ diuersa.

ποιήματα opera

Gentes sine Dei præsidio ad eius cognitionẽ peruenire nõ posse 1033.

dacij magnitudo, in quod semp illaberis tua sponte, cũ a verbo Dei destitueris, asperius tecũ agere. seq retrahimur, cũ reducimus in animũ, cam, quam ob causã voluimus ista nostra ad te mittere, nõ eo tendere, vt tecũ iurgari & contendere debeamus. Nos dicimus verbũ Dei esse debere, pro lege, canone regula, disserere volenti de natura chri, de offo chriſti, de gloria chri, de veritate testiũ, de iustificatione siue per fidem, siue per legem, & de alijs. sed scire ad salutẽ necessaria, & ea, quorũ notitia tantũ coniuncta est & promissa salutis, alia nõ esse, quã credere vnũ esse Deũ, vnũ esse chrm tesũ scte, & facere q̃ vnus ille Deus mandauit, & vnus iste chrs approbauit & est interpretus. Hæc docemus nos, neq; habenas libidini humanæ relaxamus euagandi & docendi de re qualibet vt fert ingenium humanũ: sed distinguimus necessaria ad salutẽ, q̃ præsto esse debent omnibus magnis paruis, a necessarijs a doctrina q̃ petenda est a solis sacris bibljs, per eos, quos tenet studium perquirendi de qualibet, quid doceat Sanctus Dei spũs. Hic tu cũ mutescere cogaris, neq; habeas quod huic verbo Dei, ex verbo Dei opponas, in odium hominũ & imũ diosũ nomen nostrabis & dicis Mehemetũ hæc recitare, veluti atq; si nos Mehemetũ aut diabolũ sequamur, cũ dicimus Iesũ esse filiũ Dei benedicti, qm diabolus & Mehemetus ista fatem̃. Et quoties id diximus, Nos in his controuersijs nullos alios seq statuisse nisi verbũ Dei? Quicũ illo consonat nobiscũ consonat, eruditus ab eodem, quo nos, Magistro: Et ois veritas a Deo etiãsi ab ore puerorũ, lapidũ, asinorũ, diaboli, Mehemetis, Epimenidis, Arati manaret. Isti, inqs, noticiã in chriãm requirũt eã, qua, nõ intellecto chri statu & offo, ipsũ credimus filiũ Dei esse mũdi Dom̃ ac iudicem: Cam, nemo fidelis est, q̃ ignoret, nihil aliud quã desperationẽ posse in nobis gignere, nisi promissiones, id est, ipsius chri statũ & offm̃ ita cognoscamus, vt tanquam nobis proprias & peculiares amplectamur. Quid dicis Beza, Nos esse q̃ hęc requiramus, cũ verbũ Dei sit, quod requirit ista, & nõ plura? Quas promissiones inculcas de chri statu & officio intelligi oportere, q̃ sint aliæ a salutis & vitæ æternæ consecutione? Quis est, q̃ dicat hanc noticiã Iesũ esse chrm, gignere desperationẽ in nobis? Tune? Nulli credimus sine verbo Dei, loquẽti verbũ Dei. Proferas & nos doceto. Et q̃do rogo pt̃ qs, vt consequar promissa ad salutẽ credere Iesũ esse chrm, mihi hanc promissionẽ salutis, tãquã ppriã & peculiarem sibi ascribere, cũ intelligit & Deũ esse Veracem in pollicendo, & se credere Iesũ esse chrm: q̃ noticia nõ sit in cælo, nõ in abyssis quærenda, sed credendo apud se producendo? Dicit Cornelio, primo ex gentibus Gputiatis Act. 11 q̃ seruati sut: Petrus dicet tibi, q̃d te oporteat facere. Narrat Cornelius Petro, post alia: Nunc oes adsumus teste Deo, vt audiamus oia, q̃cũq; tibi Gcepta sunt Cnempe vt simus filij Dei, huc em̃ tendit conatus Dei?) Perquire nunc singula, & totã orationem Petri examina, & si constitutũ est apud animũ tuũ per eius rei confessionem imputatione iustitiæ consecutũ fuisse Cornelium, post cuius confessionem est baptizatus, intelliges multa esse, q̃ recte, iuste & bene & vere narrant sacra biblia de Iesu chro, & de beneficijs Dei p chrm collatis

Necessaria ad salutem 1015. 1024 1042.

fides seu noticia chri qualis

Imputatio iustitiæ, solius in chrm fidei.

Joh. 20. 31.

hói.

hoī, sed imputationē iusticiæ q̄ est ius adoptionis ad salutem & vitā æternam, soli fidei, in nōe Dn̄i, quod sc̄lt Iesus esset chr̄s attribuisse. Hæc fides, illos nō ad desperationē, q̄ nulli rei innititur, sed ad certā spem, q̄ nūquā pudefacit, concipiendā, compellebat hōes, cū pro tantula re, tantū haberent p̄miū, cuius Deus omnipotens esset promissor. Sed tu diuinis commisces commenta tuorū Ita eni dicis: Summa, inq̄s, Euāgelij hæc est: Chr̄m appræhendere, vt factam nobis, a Deo sāpiam, iusticiā sanctificationē ac redemtionem. Ita eni intelligendū est, quod scriptura sæpe dicit: credere filiū Dei esse Iesū chr̄m: Iesū chr̄m in carne venisse, ea sc̄lt fide, q̄ testimoniū illud amplectir̄, quod vitā æternā dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius sit. Nam tūdemū credit aliq̄s, quod Iesus est chr̄s, cū per sp̄rm S. edoctus certo statuit ad se p̄prié & peculiariter pertinere, q̄cūq̄ nobis à Deo gratis per Messiā sunt promissa: eāq̄ fidem necessario & spes & caritas consequuntur. Apud quor̄ talem fidem Beza consequitur necessario spes & charitas? vbi legis hanc necessitatem consecutionis in verbo Dei? Vbi aut̄ nō legis monita & adhortationes ne deficiatur à spe & ne charitas deseratur? Vbi aut̄ monita locū hn̄t, q̄do ibi locū habebit necessitas? Et hic tu nihil distinguis inter radicem & ramos, inter filios filiorū iræ, & filios filiorū amoris & dilectionis Dei: inter sp̄rm factū ex carne p̄ aquā & sp̄rm S. & inter sp̄rm natū ex spiritu: inter ciuē factū, & ciuem natū: inter ouē natā intra ouile Dei, sed humeris pastoris intra Dei ouile delatā, & ouem natā intra ouile Dei, ex ouibus, intra ouile Dei viuentibus. Deinde nullus Ap̄lus Euāgeliū scripsit, aut de gloriæ chr̄i magnitudine disseruit ampullis & multis verbis laxatis, oībus eloquentiæ cataractis, nisi apud hos, q̄ iā crediderant & de splendoribus & honoribus sui regis aliq̄d sentire cupiebant. His eni scripsit Paulus Iesū fuisse sapiām sanctificationē redemtionē sui populi, q̄ bona sc̄lt populus iā ab initio cū credidisset receperat. Sanctificatus eni à suis impietatibus, noticiā, quod Iesus esset chr̄s, quā sapiam vocat Paulus, habendo, redemtus fuerat à iure peccati & mortis, & iusticia fidei, vt esset adoptatus in filiū Dei, donatus. Sed tu nō distinguis inter ea, q̄ sunt fidei parientis iusticiā, à fidei doctrina, q̄ ampla est, & diffundir̄ latissime. Lege contionem Philippi ad Eunuchū, quem vnū ex purpuratis Reginæ interpræ: tor, sicut legisti orōnem Petri ad Corneliū, videbis in prologo multa & digna dici: Sed cū venir̄ ad salutis promissionē & spem, ex condōnatione peccatorū quā signabat baptismus, nihil aliud petir̄, quā vt credar̄ Iesū, occisū à Iudæis, esse chr̄m Dn̄i. Summa, inq̄s, Euāgelij est, appræhendere chr̄m tanquā factū nobis sapiām. Quis hoc dicit Beza? Nullus Euāgelista. Quōdo igr̄ tu summā Euāgelij esse illā dicere potes, quā nullus Euāgelista ponit. Hæc, inq̄t, Vnus, instar omniū q̄ Euāgeliū scripserunt, scripta sunt, vt credatis Iesū esse chr̄m seu filiū Dei, & vt hoc credentes vitā habeatis. Deus eni Iesū exaltare voluit. Quare, regni, quod illi dederat, & abs quo receptus nō fuerat, finibus ampliatis, & occisis prioris regni nefarijs ciuibus, optionem obtulit oībus gentibus, ad illū vsq̄ diem à suo regno, alienis aduenis peregrinis hospitibus, vt si vellent sui regni ciu-

fidem non necessario seqr̄ spes & charitas.

fides duplex iusticiæ & doctrinæ. 1025.

Act. 10

Summa Euangelij.

Ioh. 20. 31.

gni ciues, vna cũ reliquijs prioris regni, esse in eandẽ, q̃ istæ erant sortem
coniunctæ, Iesũ quem cauderant occisũ à Iudæis, et resurexisse faterenr̃
à Deo fuisse et esse institutũ Regem et Iudicem. Hic tu fidem, quod Ie-
sus sit chr̃s nominas apprehensionẽ christi: Et Iesũ esse chr̃m, dicis esse chr̃m
in carnem venisse: Et quod est promissionis vitæ æternæ, trahis ad vitæ æter-
næ consecutionẽ: Et quod dr̃, in hac fide, quod Iesus sit chr̃s est vita, tu dicis
in filio Dei est vita. In verbis eñi vitæ, constituir̃ vita, à nostris, nõ in carne
aut hõe. Et ões quidem, q̃ crediderũt Iesũ esse Chr̃m, tracti esse et edocti p̃
sp̃rm̃ S. à Deo dicunr̃. Sed nõ est hõis, alia promissa p̃ chr̃m, fidei vni, attri-
buere, quã illa q̃ legimus apud Sacros scriptores, salutẽ sc̃lt animæ, spem vi-
tæ æternæ, aditũ in sortem sanctorũ, receptionẽ inter ciues Dei, collocatio-
nem sub tabernaculo altissimi, adoptationẽ in filios Dei, vt simus filij Dei, et
filios Dei generemus, adscriptionẽ nominũ in nouã militiã, concessionem
nouæ vitæ, vt sd̃m nouũ hõem viuatur: hæc et similia, q̃ õia nõe salutis, et mũ-
diciei eor̃, quos Deus mũdauit, et sanctificationis cordiũ, q̃ Deus purificauit
intelliguntur, scimus esse promissa fidei; alia promissa, vt ingressus ad vitã
æternã, exoratio nostrarũ precũ, impetratio veniæ peccatorũ, q̃ quis ex filijs
Ecc̃læ peccãdo commiserit, atq̃. alia, fidem illã in hõe, q̃ h̃t fidem, sequuntur, et
ad alia dona Dei per chr̃m referunr̃: Sed tu ad fidem imputationis iusticiæ
q̃ sola in solis patribus erat necessaria, trahis õia, et iusticiæ legis, nullũ, nisi
alienũ locũ relinquis, et illã fidem imputationis iusticiæ necessario in sanctis
ramis sanctorũ radicũ requiris, quod quã conformiter cũ verbo Dei facias, tu
apud te constitues. Præmiseras pag. 8 te quærere velle, an hæretici esset
puniendi, et absoluisti quæstionẽ definiendo q̃d esset hæreticus. Quærere deinde ce-
peras, an ad magistratũ ciuilem, hæreticos punire pertineret, et desinis in de-
finitione, q̃d sit magr̃atus: Et in hac definitione cõquiescens, demonstrare stu-
des Bellium esse hæreticũ cũ suis suffragatoribus, et libri belliani consar-
cinatoribus. Hoc vitiũ vider̃ esse, libro librũ inserere, et, nondũ bene absolu-
to vno arg̃nto, in quo intelligendo intentus est lector, frustrari spe lectorem,
et ad diuersi arg̃nti tractationẽ deducere sermonẽ. Sed vobis magnis viris õia
licent. Et quod sibi licere cupit Beza, in alijs data via ~~in alijs~~ aspere resphen-
dit. Vult igr̃ Beza (amandato et reiecto arg̃nto, in quo erat de hæreticis
à magr̃atu puniendis) declarare, hoc loco pag. 48. et sequentibus, quænã sint di-
cta illor̃ hæreticorũ, quos ipse definiuit, et quos nunc vocat scelestos, improbos
blasphemos, et q̃ sensus illorũ in multis chr̃ianæ doctrinæ dogmatis: et primo de
christi statu et officio, deinde de trinitate, de prædestinatione, de Deo de ange-
lis, de statu animarũ post corporis mortẽ, his absolutis proposito cepto, insistet.
Audiamus igr̃: Bellij sẽntia est, Cornelio, vt ei iusticia p̃ fidem imputa-
retur, fieretq̃. radix sancta vt sanctos ramos germinaret, satis fuisse doceri
Iesũ esse chr̃m, h. e. Iesũ esse Regem et iudicem institutũ à Deo, cuius ductu e-
rat salus impertienda õibus. Hoc, inq̃t Beza, Cornelius intelligere nõ poterat
nisi statũ et offm̃ chr̃i percepisset. Atq̃ Beza, qui Iesũ offm̃ audiens, Iesũ
sitis cultores, sicut q̃dam illor; neq; stupris inquinemur, sicut q̃dã illor, posteri:
us dictũ ad corporalem idololatriã et stuprũ referri videri videor. Cum prius
dict

dictum offensionem fratris ex cibo, quem attingere licebat (1 Cor. 8.) et ex offensione quandam in specie consociationem cum Beliale (1 Cor. 6.) significare iudicari possit. Illud quoque adumbrationem spiritualium iudiciorum per corporalium, in iudiciorum exercitio legum demonstratae existimari posset. Sub duobus aut tribus testibus moriuntur, qui aspernantur Mosis leges: Ergo maioribus afficientur poenis, qui parui pendit Iesum Christum. Sunt et alia aliquot huiusmodi, quae te non fugiunt, si maiori cura et attentius ad sacrorum lectionem accesseris. Illud tuum nobis placet pag. 229. Potestas illa ligandi, quam Ecclesiae concessit Dominus, non tam iudicium est, quam eius iudicij declaratio, quo sese iam antea obstrinxit, quisquis iusto Ecclesiae iudicio ligatur: Et cum usurpatur in interitum carnis ut saluus sit spiritus in die Domini, non video, qui possit vel spiritualis poena vocari, vel corporali poenae opponi. Et placet quidem hactenus cum dicis, potestatem ligandi, esse declarationem Ecclesiae, qua quis a Deo esse eiectus ab omni beneficiorum gratia, quod ipse in Ecclesia suam confert, manifestatur. Unde necesse est, Deum antecedere, et subsequi Ecclesiam. Quod si aliter fiat, abusus malus erit, potestatis a Deo datae, non bonus in Ecclesia usus. Eijcit autem Deus aliquem a se, et malorum morum caussa et doctrinae malae: quorum utrumque est contra apertum verbum Dei. Quamobrem si, quod quis aut dicit aut facit, non est contra Dei verbum, et ob id ab Ecclesia eijcitur, non ipse ab Ecclesia expellitur, sed Ecclesia ipsa, se Ecclesiam, tutela et beneficijs Dei priuatam esse declarat. Ita Iudaei ἀποσυναγωγοὺς se esse declarabant, cum ἀποσυναγωγίας condemnarent Apostolos, et omnes, qui fatebantur Iesum esse Christum. Erat autem huius Ecclesiastici veri iudicium idem effectus idem, quod ἀποσυναγωγίας tempore Apostolorum. Et huc refero illa: Manzer Ammonites Moabites, non intrabit in congregationem Domini, in gratiam decimam. quod videtur esse: tractari sicut Ethnicum et publicanum. Erat autem infamiae nota, quae poena corporalis est, sed ex causa spirituali, quae est in vita degenda offensio et interitus carnis, non est corpus a Iudice violari, sed ex aliorum caetu deturbare. Unde consequi existimabatur, sicut contigit oui, ab ouili sepositae facilitas incidendi in lupum, in ursum, in leonem, in draconem. Pag. 232. dicis Imperitiam esse, infirmos, de quibus loquitur Apostolus Rom. 14. non distinguere ab haereticis, de quibus tractatur phil. 3. quorum gratia noluit Titum circumcidere, Gal. 2. et canes et concisionem appellat. Pag. 233. Infirmi elementis legis ~~Iudaicae~~ Mosaicae inhaerebant, haeretici ἐθελοθρησκίᾳ Deum colebant. Ita tu: Ego vero nulla in re disiunctos in gratiam doctrinae inuenio, infirmos in fide, ab his, qui Paulo vocantur haeretici, nisi in viribus ferri et sermonis, quas si transtulisses ab haereticis ad infirmos in fide, ex haereticis infirmos in fide, et ex infirmis in fide haereticos reddidisses. Infirmi enim in fide, sicut et haeretici illi, Iudaei erant omnes, existimantes partim sine circumcisione salutem gentibus contingere non posse: partim immundos ex lege cibos et alia cibaria, non minus Iudaeis, quam gentibus fidelibus esse immundos, et aequo iure utrosque ea lege de cibarijs et conuictu teneri. Elementorum autem vocem Χ σοιχεῖον Paul. nunquam ad Iudaeos, sed semper ad gentes, pro ea parte legis, qua, ipsae gentes non tenebantur, cum illa tenerentur Iudaei, refert. Quare, non erat eiusdem, infirmum esse in fide, et, sub elementis teneri: Cum illud esset circumcisionis, hoc autem praeputij. ἐθελοθρησκία autem erat ἐθελολατρία, et refert illud: Ioh. 16. Quis qui occiderit vos, putabit se obtulisse Deo, debitum cultum. Loquitur autem et Christus et Paul. de infirmis in fide, qui ferro armati putabant legem Deut. 13. de pseudo prophetis seruare non posse.

Ligandi potestas Apostolis concessa.

Ecclesia quando se expellit et bonis priuat

Deu. 23.

ἀποσυναγωγία.

tradere Satanae.

Rom. 14. 1.

Infirmi in fide quae.

Elementa quid.

ἐθελοθρησκία.

Ioh. 16. 1.

Joh. 1. 1.

1 Cor. 10 7 8

posse vt suo offo recte defungerent, nisi occidendo Iesu pphetas Dei & Aptos, qs putabant lege de pseudopropheta, de blasphemis de idololatris teneri. Hoc notandu e pro vobis, ne erretis & putetis vos chri doctrina seq, cu nihil minus qz chri doctrina sequamini.

3 Argntum. In tertio argnto, Exempla te collocare velle dicis, q ppositu tuu stabiliat. Sunt aut eiusmodi: Moses idololatras sine vllo ætatis, sexus, sanguinis, coniunctionis discrime mandauit oes occidi Exod. 32. Asa in eos, q Deu Israelis quærere noluisset mortis poena statuit 2 Par. 15. Iehus tota Achabi familia, & oes Baalis sacerdotes trucidauit 4 Reg. 10. Iosias Rex, Sacerdotes excelsor mactauit 4 Reg. 23. Helias cessante magratu, extra ordinaria potestate fungens (a Spru Dei) Sacerdotes Baalis interficit. Ioiadas extra ordine, iure magratus functus, Athalia impia parricida occidit 4 Reg. 18. 4 Reg. 11. Pag. 243 Nabugodonosor decretu edidit, vt q Deu Israelis blasphemasset, occiderer. Dan. 5. Ita Darius, ita Artaxerxes Esdr. 6. 7. Quor formulas Sprs S. extare voluit, vt principes puderet, in vindicanda religione profanis regib, priores concedere. Et Pag. 244 Hæc edicta ita sut scripta, vt videar Sprs Scti voce ea promulgari. Vnde nos no pigebit, quanta maxima contentione possumus, no ad crudelitatem a qua multo magis abhorremus, qm isti faciant, sed ad vera religione, oibus ijs præsidijs, q a Deo acceperut, prudenter qdem & moderate, sed fortiter tn & sæuere conseruanda adhortari. Hæc forma colligendor explorum ex veteri testamento, displicere tibi vider, quare mutas hanc in illam Pag. 235. Quod præstantissimis heroib ex principu autoritte & imperio gestu est, & expresso Sprs Scti testimonio laudar, id huiusmodi e, vt sine blasphemia vituperari no possit. Longa nimis est ista circuductio Beza, planior erat prior: sed illa breuior est: Blasphemi in Deu idololatræ homicidæ, ad idololatria prouocantes populu, occidi oportere, expla prior & ducu & Regu & pphetaru & Pontificu ostendunt. Sed hæretici isti quos definio, sut in Deu blasphemi idololatræ, atq. ad idololatria prouocantes populu, & animicidæ seu homicidæ: Ergo isti hæretici explo commendator a Deo ducu Regu Principu Pontificu & pphetar sunt occidendi. Atq Beza hæc proponis veluti roms tertiæ materia, q sunt legu, q sunt in sda rone, expla, & natura no permittit vt lex, & exempla obseruatæ legis binas heant in argtando vires, nisi ad hortandu & monendu. Vnde etia ad dehortandu, ne a legis itineribz deuietur plurimum valet, occasus & successus infelix illor, q legib Dei no paruerut, vno em impetu apud illu, q leges recipit, fertur, & lex & expla, siue seruatæ legis ad laude, siue no seruatæ legis ad vituperiu. Videris aut in sda argnti huius ppone & nimis dilatare hæretici nomen, & in his exemplis, q recitasti, nullu locu tuis exceptionib reliquisse. Cum em infirmo in fide, cui monito semel & iteru, cui sub finem poenitenti, pepercit Moses, Iehus, Iosias Helias Nabugodonosor Darius Artaxerxes! Sit igr sine retinaculis exceptionu, ampla, quantu postulas & cupis tua argtatio & complectar oia vitia, & oes legis virtutes, quatenus istæ pteruntur, illa seruant ab oibus. Sed qua nam vtilitate legedo ista tua & intelligendo nos capiemus? Non alia, qua illa: No omne furem parricida impiu veneficu immorigeru parentib, adulteru, fornicarium

Beza artificij Rhetorici ignarus.

aliom

alieni appetentē: Nisi et in hæretico et in fure et in adultero et in fornicario et in alijs vitijs contaminato, pertinax contumax vesanus, furens, addictus sine aliqua spe bonæ frugis, animus malus fuerit. Et hoc nos olim dici audieramus à papistis, sed illis nō credebamus, quod putaremus nomē hæretici sicut certū vitiū sigcat, oppositū certæ virtuti, ita certū hominū genus sigcare, quod esset illi vitio deditū et studiosū. Sed hæc sinamus, et veniamus aliquantisper ad tua. Pag. 236. Deum ab idolo nescitis distinguere: Deū et dei cultū ex cuiusq; opinione metimini. Quid tu Beza? Illud inqs asseuero, simulatq; extra Dei verbū quisquā Deū contemplar, idolū aīo concipere, et q in Dei cultu quicquā affingit, eū vere esse idololatrā: et quicūq; peruerso ordine, verbo Dei nō se subijciūt, sed quod hæreticor ꝓpriū est, subijcere sibi conant verbū Dei, eos et idololatriæ crimine teneri, eosq; ipsis infidelib esse deteriores, quod suis mendacijs, pietatis et veritatis nomen prætexant.

℞ Ex his duobus, illo, quod nos asserere, altero, quod te affirmare dicis, si superiora legeris intelliges, te opinione maximopere decipi. Nam vtrūq; falsū est, qm illud, nullus nostrū dixit, hoc vero nunquā tū seruas. de quo et multa antea et nonnulla postea. Pag. 239. Non est impietas, inqs, aut crudelitas, nocentissimos hōes à magratu interfici. Pag. 241. hæretici Ecclam Dei populātur. Pag. 242. Pietas est promulgati Euāgelij autoritatē, aduersus perfidiosos eius contemtores asserere. Nos ista declamādo, sicut res ipsa ōndit, neq; nostros triumphos, neq; q nostra sunt, sed gloriā Dei quærimus, et eius rei testem Deū inuocamus. Pag. 243. Ingratis aīs et tibi (Montforti) cæterisq; Diaboli emissarijs hoc debet acceptū ferri, q in his euertendis oēs neruos intēdatis, q maximis laborib fideles serui Dei construxerūt. Quid proderunt

℞. hominū vires Beza ad destruendū ædificiū Dei, contra quod ne Diaboli qdem vires, vt pilū decutiant, ~~[illegible]~~ præualent? Nā si bene oīa apud te sano iudicio examinas, illud certissimū esse inuenies, Nihil esse in rebus firmitatis, nisi quantū ipsas res verbū Dei firmat. Quare constructas ædificationes eo ruituras certius, quo magis constat humanas esse, à quantūuis sanctissimis

Matt. 15. 13. hōibus erectas ædificationes scito. Oīs enī, inqt, plantatio, quā nō plantauit pater meus eradicabir: Et in perpetuū duret oportet, quod cælestis agricola manū sua conseuit. Nunc videbimus quantū durabit illud: Vnus est Deus Israelis, id est, Vna est essentia Dei Israelis; multi sunt dij gentiū id [illegible]n vnus Deus, sicut est in Israel, h.e. multæ sunt essentiæ deor, q sunt apud gentes, et nō vna essentia, sicut vnā essentiā ht Deus Israëlis. Gentes colunt multos deos et multas deas: h.e. apud gentes dij hnt multas essētias, deorū, mariū alias, et alias dear fœminarū. Perinde atq; si cultus ad vnā aut plures essentias referretur apud hōes, et nō ad vnū aut plura, q dicebant esse in vna essentia diuina indiuidua. Vbi enī quæremus deorū indiuidua, si, vbi scribir, vnū et plura, referre cogimur ad essentias? Vtrū horū sit Dei vnius, de quo est disputatio, verbum, tempus ipsū prodet, cuius opus erit aurū, illud persistet; quod erit palea, ventus ex tempore partus proijciet à facie terræ. Pag. 245. Propositurus exempla ex nouo testamēto Petri Act. 15. et Pauli Act. 13. multas habes exceptiones. Fateor, inqs, illa nō ꝓpter hæresim accidisse, neq; aut à ministris verbi et ꝓfectis Ecclticæ disciplin.

plantatio Dei sola durat.

plinæ aut ciuili magratu posse in explm trahi: Petrus de occultis, Magratus de manifestis iudicat: Petrus verbo Dei, Magratus machæra punit: Sed valere pt, quod, sicut Petrus religionis contemtu occultu & latente capitali supplicio puniuit, quanto magis magratus conuictos factiosos religionis contemtores, gladiu stringere debet? Utrobiq; em de contemtoribus verbi Dei agitur, q tn sanctissimi videri velint. Crimina in grē sut eadē, religionis & Ecclæ contemtus, sacrilegiu, hypocrisis, summa in mentiendo impudētia. Differa est, quod illic in uno facto peccat, hic in doctrina: illic occultu est scelus hic vero manifestu. Ex hoc aut consegr crimen hæreseos tanto acerbius puniendu, quanto periculosius e in doctrina errare, quā in una quapiā re facienda peccare: & quanto perniciosius existit manifestū scelus, de quo ipse glorieris, quā latens vitiu, quod ita dissimulas, vt totū intus contineas. Videris hic Beza tui hæretici definitionē ex amplis illis in angustiores contrahere fines. Nam hic factis religionē, verbu Dei Ecclticā disciplinā contemnere & sanctitatem simulare distinguis ab hæretico tuo, q doctrina peccat, & verbu Dei spernit & religionē contaminat & Ecclticā disciplinā auersat, & hæc committit verbis & dictis. Cum tn supra, facta impia & dicta errorū plena, q iudq; in leges Dei committi potuissent, vno suo ambitu te autore, concluderet hæretici nomen. Et occultu dicis factu, quod ipsu quidem manifestu e, & euidens, sed fraus q in opere est latet. Hoc aut nō minus est in doctrina, quā falsā esse prodit ministri censura, vt Paulus cū Galatis fecit. Nam non minus Paulus detexit doctrinā illor, q auertere laborabāt Galatas, a libertate in qua erant, in seruitutē circūcisionis, esse contra Euangeliu gentiu, quā Petrus manifestauerit, maiore precio agrū ab Anania fuisse diuenditu. Et miror quod hic prætermiseris hiatus terræ, haurientes hostes Mosis: vrsos dilacerantes, derisores Elizæi: ignes protegentes existimationē Elia, atq; alia, vt constaret apud oēs, illos milites, duces, pueros, leuitas fuisse te doctore hæreticos, vel ex eo, quod aduersantes dictis veræ religionis & verbi ministris occisi sunt a Dño. Pag. 246. Dius propriu esse hæreticor per dolu & improbitatē, alios a fide auertere, & vias Dñi id est, doctrinā in verbo eius expressa, peruertere. Hos, factum Pauli, ondit in religionis cā, corporali etiā pœna puniri posse.

Addi his posset cæcitas in quam incidit Paul. percussus a Deo. Ad his tn poems facis consuetas tuas exceptiones: Non suademus, inqs, vt statim ad sæuerissima remedia veniatur: sed tu demu, cū id postulat criminis grauitas, aut commodius prospici alior saluti nō pt, quā si putre membru ferro resecetur. Quæ exceptio necessaria erit et in contione huius tertij status quā recitas pag. 247. Ex his oīb, inqs, efficit, id quod probandu suscepimus, Nimirū: Magratus ciuilis hoc esse vel præcipuū munus, vt contentu & perturbatore veræ religionis corporali, atq; adeo interdū eo capitali supplicio in hæreticis vindicet. Necessaria enim esse videt in hac et concione, cautio illa tua: Sed nō alijs sect hæreticis, quā quos postulat criminis grauitas, ita gladio punire, aut alit prospici saluti alior commode nō possit

quā

quā vt resecentur ferro putria à sanis membra. Et si superius dicta reducimus in memoriā, hæc est cautio & exceptio nō satis est, nisi addatur in erroris grauitate pertinacia āi, spretus Ecclesiasticæ disciplinæ, verbi contemtus ad mortē vsq. Nam statuis in eos, q igni viso, cuius flammis sunt exurendi, resipiscunt & mutant animū, non esse ferro animaduertendū. Quare nō solū criminis grauitas & salus publica, verū et animus peccātis in deliberationē venire debet, cū de ferro tractari incipit. Hæc tu sine verbo Dei. Nam verbū Dei in blasphemos idololatras, secessionē à Deo molientes, sacrilegos, poenā mortis statuit, sine aut exceptione, aut mitigatione. Quare, aut tenentur legibus de blasphemis idololatris sacrilegis defectoribus isti hæretici tui, aut minime. Si nō tenentur, tu nō potes illos his legibus subijcere, qbus nō subijcit verbū Dei: Sin aut illis, isti tenentur legibus, tu nō potes ibi exceptionibus tuis locum dare, vbi nullā, verbū Dei ponit exceptionē. Venis postremo loco pag. 262 ad historias humanas, & dicis: Romanos, peregrinas religiones & sacra recipere noluisse; Inferentibus nouas religiones & sacra, deportationē alijs, alijs mortis indixisse poenā Liui. decret. 4. libr. 9. Paulus Iuriscultus libr. Sentent. 5. tit. 23. de vaticinatoribus. Constantinū Cæsarē alienū fuisse ab Ario, eius libros iussisse comburi: in eos q id facere neglexissēt mortem statuisse: idololatras persecutū fuisse. Idem, Mandasse in idololatras mortē scīt, in Anabaptistas & alios hæreticos poenas morte acerbiores, Valentinianū Gratianū Theodosiū; Idem decreuisse, in illicita docentes, Martianū, Idem censuisse in eos, q Serueti scripta seruassent Iustinianū. Contra istorū expla & statuta proponis gratianū, q liberā oībus facultatem reliqt, vt quam qsq. vellet, sequerer religionem, præterquā Manichæis Pbrotinianis & Eunomianis: Et Theodosiū, q sine exceptione, oībus liberū esse voluit, & seq quā qsq. vellet religionē, & conuentus agere, & sacra operari. Vtrum hic sequetur lector, Beza? Nam suū cuiq. pulcrū, Et si mea ti, & tua mihi displicent expla, Vanitas, inquis, manifesta ē. In his Scriptoribus græcis defuit & in Imperatoribus Zelus & scīa, & oīa erāt strepitibus bellorum plena, & Episcoporū ambitio diuexabat oīa. Hoc tuū est iudiciū, In his Cæsarū explis, q sunt contra te: Sed contrariū, tuo, iudiciū erit eorū, q aduersantur tibi: Exempla tuorū esse contra verbū Dei. Vanitas inqs est, in scriptoribus græcis. Quid in latinis, cū venis ad Cæsares & pompeios? Ad papas (nrā sunt attingenda) & Lutheros? vt alia prætermittam. Et feruet Scriptoris animus desiderio, vt detrahat à victore, quē odit, aut victoriā aut victoriæ lucem. Dicit igr hostis tuus, magnā esse vanitatē in his scriptoribus q ea scripserūt, q tibi prodesse possunt: & manifestā veritatē in his, q ea transmiserūt ad posteros, q maximo pere impugnāt tua & cogitata & scripta. Sed inqs pag. 264. Magratus verbū Dei amplectantur potius & eorū imitentur expla, quorū pietas & sanctitas, ipsius Sprs Scti testimonio cōprobatur. (quā istorū Cæsarū facta) Est enī verbū Dei, norma regula præscriptio voluntatis diuinæ, à qua q (nō verbis, sed intelligentia verborū) aberrauerit, fieri nō pt, vt is habeat, quod in vita sequatur. Quare igr huc attulisti expla, quorū pars nō te iuuat, quod sit sine verbo Dei: pars etiā impugnat

Lex Dei in idololatras

Exempla profanorū

quod sit

quod sit contra te? Sequar igr verbū Dei magistratus, et nulla exceptione scripta aut accepta, improbos blasphemos, Veri Dei, nequā cultores alterius Dei quā veri Dei, deserentes verū, et ad alios deos, aut ipsi discedentes, aut adhortātes alios, ex legibus Dei iudicet, mori, occidi, comburi, lapidari, culeo insui et dissecari, et alia hominū facta et iudicata prætereat. Quantū potes igr aduersus hunc impiorū manipulū contende et vociferare. Et dicas pag. 247. verbis aduersus inuictā hæreticor istor rabiem, ministros verbi subsidiū, a ciuili potestate posse flagitare. Et magrātum pag. 248. aduersus huiusmodi præfractos et factiosos religionis Dei contemtores, gladiū, in sua ditione posse stringere: et machera quā a Deo accepit pag. 256. ad coërcendos malos euaginet in hæreticū, id est, impiū blasphemū peruicacem factiosū apostatā, multo certe magis, q spiritui scto mentir, id est, suis impudentissimis mendacijs pietatis studiū ꝑtexunt. Sed examinemus illa q̄ dicis pag. 251. Dico, si extra ordinē, punire tā sæuere licuit, occultū religionis contemtū, occultū sacrilegiū, occultum mendaciū, multo magis oportere magrātū, hæc eadem crimina, nō iā occulta sed manifesta, et ꝑterea, cū blasphemia, cūq; alior pernicie, et ciuilis societatis periculosissima perturbatione, deniq. præfracta peruicacia (tinacia) confirmata ꝑ suo iure coërcere. Hæc multis exaggeras, et id, quod Petrus puniuit morte, cū fuit occultū, illud posse multo magis punire Magistratū debere, cū est manifestū, cū Petrus extraordinariā, magrātus ordinariā, habeat ad mala punienda autoritatē. Dicis aūt illud Ananiæ peccatū fuisse, occultū contemtū religionis, occultū sacrilegiū, occultū mendaciū: Cām subdis, cū, inqs, totū preciū initio vouisset Dnō (cur enī totū prædiū vendidisset) et postea partē eius sibi reseruasset, Videri tñ volebat oīa contulisse. Itaq. nō modo incredulus simulator ambitiosus erat, sed etiā sacrilegus, et eius sprs, contemtor, a quo regir Eccla, quē nimirū existimabat inhil istor intelligere posse. Pag. 253. Petrus Ananiā vt sacrilegū, et Ecclæ contemtorē punit, vt fuerit Ananias clam religionis contemtor, sacrilegus propter votū mendax, incredulus, simulator, ambitiosus, sprs scti neglector, existimans Deū ignorare humana, Ecclæ paruipensor. Miror sicut fecisti in tuo hæretico, quod nō idem feceris in Anania, et dixeris, ob eā cām, quod vitia nūquā sint sola, sed veluti catenæ circulis longa serie, sic vnū cū alio coniunctū vitiū, Ananiā fuisse omniū vitiorū notis compunctū. Mihi ita obuersar aīo Ananiæ factū cū facto Ionathæ, siue malicia et opere Achani, ex desiderio esse simile. Nam Deus, his tribus exptis voluit declarare se, q̄ fierēt scire, quantūuis alios fugerēt. Et edicta ducū, quos ipse daret ad beneficiū populi, et detestationē aliquā, edita, se propugnare, et vindicare. Quare poenā, quā Deus inflixit populo, voluit esse sigcationē eius, quod clam factum fuisset. Quare Petrū nō Iosuæ aut Sauli comparo, punire cupientes Achanū et Ionathā, sed Eliæ, contra quinquagenarios duces, et Mosi, contra Dathanē et socios eius, sententiā Dei proferentes, conferendū esse dico. Sed neq. historia sacra tot criminibz onerat Ananiā, neq. voti nō seruati, aut mendacij occulti, eū condēnat, sed manifestū mendacium illū dixisse arguit, vt cū dixisset, totū se precium agri dedisse, vt cū alijs, q multū dederāt, viderer esse conferendus, nō totum.

Edicta Ducū Deus propugnat et vindicat

Ananias nō blasphemus neq. sacrilegus sed palam mēdax.

2 Cor. 3. 5.

Luc. 1. 6.

tum tñ agri preciũ Eccl̃æ numerasset. Verba Lucæ ista sunt: Vendiderat possessionem (nulla voti nũcupatione) et seposuerat de precio, et allatã partem aliquã ad pedes Apl̃orum (tanquã totũ agri venditi preciũ) posuit. Ut mentireris spiritui Scto (q̃ nos de oĩbus monet, et, sicut tu bene scis, nouit oĩa) non loqr̃ de voto nõ seruato) et fraudares de precio agri? Nonne prorsus ager tibi manebat, et venũ datus ager in tua potestate, eius preciũ, seu ager mũtatus in p̃ciũ, erat? Dicit igr̃ Petrus, et antea agrũ, ne venderer̃, et postea preciũ totũ agri, fuisse in potestate Ananiæ, ne aut prius venderer̃, aut totũ preciũ, sed pars, ad pedes Apostolor̃ ponerer̃. Mendacij igr̃ aperti conuincir̃, et nõ voti nõ seruati, aut Sacrilegij aut blasphemiæ, aut religionis contemtæ. Sed ad q̃d inq̃s, vendere agrũ? Q̃m maior erat in Eccl̃a indigentia, quã vt illi succurri posset, per id, quod q̃sq. domi paratæ pecuniæ haberet. Petis aliud? Sed dic tu nobis, an velis, sicut Petrus fecit extraordinario iure, ita magr̃atus iure ordinario, in mendaces, pœna mortis animaduertere? Vides Petri factũ, cũ magr̃atuũ ferro conferri nõ posse. Inculcas tuas illas solitas cantiunculas pag. 152. Quamdiu, inq̃s, hic versabimur, semp erũt in nobis reliquiæ peccati, q̃ nos exclamare cogãt cũ Apl̃o: video aliam legem in membris meis, rebellantẽ legi mentis meæ, et: miserũ me q̃s me liberabit ex hoc corpore, morti obnoxio? Horũ em̃ dictorũ, et prius falsũ est, et posterius. In persona aliena dicit Apl̃us, vt supra demonstratũ est. Pag. 259. Dicis ões Seruos Dei dicere cũ Daniele: Tibi Dñe iusticia, nobis aũt faciei cõfusio: Neq. id modeste magis quã verè faciunt. Nam si vel Abraham Ipse ex opib̃ iustificatus ẽ, h̃t de quo glorier̃, sed nõ apud Deũ. Fatem̃ Ergo fideles suã ἀσθενείαν, nõ vt pctm suũ inficient̃, sed vt suã ἱπανότητα in chr̃o quærant, et nisi id facerẽt, spr̃itui Scto mentirem̃. Quantũ tribuitis naturæ, tantũ detrahitis gr̃æ, à Pælagio nõ dissentientes, quod perfectionẽ hic aliquã homini contingere sommatis. Hæc tu, nõ distinguens tempora, iustificati et non iustificati Abrahami, et inter testem hõem, et testem Deũ. Sed vbi rogo ἱπανότητα legisti, accipi de præmio iusticiæ operũ, aut de ipsa oper̃ bonor̃ iusticia? Vbi iusticiã operũ quærendã in chr̃o? vbi ἱπανότητα ministerij esse à chr̃o? Vbi illos in Sp̃rm S. mentiri, q̃ suã ἱπανότητα nõ quærant in chr̃o? Vbi illud, tantũ detrahi à gratia, quantũ tribuir̃ naturæ, reformatæ in nouã creaturã per gratiam? Quæ tu ita fundis, vt videaris precario tibi velle sine verbo Dei hæc asserere, et in hor̃ doctrina te desiderare, nos her̃e discipulos, Nos vt scias, nulli, sine verbo Dei loquenti, volumus esse discipuli, et existimamus nos, cũ verbũ Dei habemus, esse doctissimos omniũ hominũ, sine verbo Dei loquentiũ sentientiũ viuentiũ. Vbi demũ legisti in Paulo ἀσθενείαν proclinitatẽ ad peccandũ sig̃care, et nõ potius præter alia, iudicij vitium? Dicis nos cũ Pelagio sommare: in hac vita contingere posse hõi iusticiã legis, et iuriũ diuinorũ obseruatorũ perfectionẽ. Nos Pælagiũ, q̃d fuerit hõis, ignoramus, et satissuperq. huiusmodi tua verba, nos confutasse videmur: attamẽ et hoc dicimus, si illã verba: Erant ambo iusti corã Deo, versãtes in oĩb̃ mandatis et iustificationib̃ Dñi inculpate: Quæ dicit Sp̃rs S. per os Euã gelistæ, lucas voluit

Si votũ fuisset, in potestate Ananiæ esse dici nõ posset, lege illud exigente.

CAPVT XIII.

1 Cor. 3. 5.

ἱπανότης

ἀσθενεία

Zacharia cũ vxore legis iusticiã præstitisse.

Luc. 1. 6.

Iusticia legis perfecte præstita à sanctis.

voluisset referre in personam Dei & dicere: & dixit Dñs ambobus, vos estis iusti coram me, & iuste vos viuere video & cerno & approbo, in oibus mandatis & iustificationibus meis, vt nõ sitis digni repræhẽsione. Si inquam Lucas ad hunc modum efferre orõnem voluisset, & hoc facere potuisset, & illi duo fuissent horrore perculsi potius, quam ãi tumiditate in Deum: Et nos sine somnio, sed in vigilia, & commendari dicere possemus illos duos de iusticia, & orõnem Dei esse verissimam. Zachariam scilt & eius vxorẽ, iusticiam legis in hoc mũdo, cum multis alijs q de iusticia commendantur, præstitisse. Laus enim in ãio laudata, nõ sit prudentis sensus & sobrij vigilantiam parit, ne perdat locum in quo ẽ, & nõ superbiam. Hoc ipsum dicimus de alijs, quorum vita, post vltimam lineam laudatur de iusticia legis sine exceptione. Nunc vide tu si qd purgatius & magis limatum contra hæc, q supra sunt multis verbis disputata, habeas ex verbo Dei. Pag. 260. Dicebant, inqs Pælagiani: Sicut pctm in hões ab Adamo, nõ ppagatione, sed imitatione transit, ita et chri imitatione, nõ insitione tollatur. Cum August. ita loqr de chri passione, sepultura & resurectione, vt illis velit totam fidelium vitam configurari, ita eum intellexisse, vt voluerit mortificationẽ nram esse nõ tam christi mortis & sepulturæ imitationẽ, quam effectum, ex infinitis alijs locis apparet.

Adami peccatum qdo transit, & qdo tollitur.

Producito locum vnũ ex infinitis, ondito sentiam hãc consonare, sicut dissonat, cum verbo Dei. Quid enim, si nec tu, nec August. velitis vobis loquẽtibus credi, sine verbo Dei? Vt igr id nos faciamus, quod vultis, vt vobis credamus, adferte verbum Dei. Paulus ita dicit: Credentes Iesum esse chrm, salutem sibi, ex filijs iræ, factos filios Dei, comparasse: baptizatos aut hoc est, in aquas proiectos & immersos (vt vox ipsa signat) ex hoc mũdo, ex hac vita, ex eo iure seruitij, quo tenebantur pcto, dimissos, mortuos & sepultos signare: Emersionẽ aut illam ex aquis, initia vitæ nouæ, chri, Dei, sprs, iusticiæ denotare. Quare credentes oportere meminisse vitæ nouæ, in quam sunt translati, vt viuant sdm iura & militiam noui hois, q sdm Deum creatus ẽ. Segr & aliam similitudinẽ: Quod sicut, q illotum corpus abluunt aquis, & illud mũdo postea indumento tegunt: Ita oportere facere credentes, vt renouati spru mentis, & purificati cordibus & depurati conscientijs, & regenerati ãis p fidem, induantur vestimẽto chro ipso, Nouo hoẽ, vt imitando eius vitam, eius esse fres, Dei filios, ad glam Patris, Abrahami successores declarent. Hæc Paulus: q vides non consonare cũ tuis. Pro Pælagio illo nos dicimus, te eius scripta nunquam legisse: quanta aut licentia fuerit Veterum, vt melius confutarẽt dicta aduersariorum, ea apposite accommodare ad suum propositum, vt ansulas præbere viderentur, qbus corripi valerent, tu ipse notare potuisti. Tu vero nihil sancti ducis in hoste, sicut in amico nihil profani. Diximus tibi, pctm in scripturis sacris signare & vitium & poenam pcti seu vitij: signat & alia qdam, q pposito nro nõ seruiunt. Propagationẽ aut vitij seu peccati, diximus iam pluries nullam extare in dictis sacrorum bibliorum, q ab Adamo transfusa corripuerit oes Adami posteros, ita vt tolli nõ possit, nisi p mortẽ. Propagationem aut peccati seu mortis, q ẽ poena illius peccati, quo Adamus inobediens fuit Deo, fatemur in oes Adami posteros esse insin-

Baptismus qd signat.

Peccatum, & vitium poenam vitij significat.

Rom. 10.

Rom. 6. 3. 2 Cor. 5. 15 Gal. 6.

Eph. 4. 23.

Iac. 1.

Ioh. 8. 39. 42. 44.

Rom. 5. 14

insinuatam et receptam, vt mors illa, nisi per mortem, tolli non possit. Hoc modo dici potuerunt posteri Saulis, Saulis peccatum sentire, quoniam sine regno fuerunt, quod habere potuissent, si Saulus in iusticia et obedientia Dei, sicut ceperat, perseuerasset. In illis autem verbis: Si filij Abrahami esset opera Abrahami faceretis: Si Pater vester esset Deus, diligeretis me vos, sicut ille me diligit: Vos ex patre diabolo estis et desiderijs patris vestri, obsequi vultis: In his inquam verbis, docemur a Iesu Christo, Eius aliquem esse filium, seu seruum, quem imitatur, et in viuendo veluti praeceptorem sequitur, siue iusticiam Deum, spiritum; siue iniusticiam, diabolum, peccatum. Unde qui peccat, sicut peccauit Adamus, filius Adami dicitur, quoniam peccat, sicut Adamus peccauit, et, non quoniam illius peccatum, in eum sit transfusum: Ita filius diaboli dicitur, quoniam desiderio diaboli, veluti seruus suo Domino paret, et, non quod aliquod peccatum ex diabolo in hominem transeat. Ita dicimus peccatum, h. e. mortem illatam Adamo, propter peccatum, sine quo immortalis fuisset cum suis successoribus Adamus, posse concedi quadam tenus propagari, et ad posteros per Adamum transmitti: quoniam nulla mors fuisset, si primus parens, promissam immortalitatem, non obediendo Deo, non perdidisset. Quae quidem immortalitas, sicut regnum, Sacerdotium, et alia dona Dei, recuperari a filijs Adami, pro ipsis, et ipsorum posteris, relictis alijs filijs Adami, sub iure mortis, posset, si alicui Deus, sicut Adamo fecerat, immortalitatem in praemium obedientiae proponeret. Peccatum vero Adami, esse in eo, qui non peccauit, sicut peccauit Adamus, neque est filius Adami secundum imitationem, nisquam legimus: Econtrario autem, vt iusticia praemium fidei, respondeat morti, praemio peccati, quod fuit iactura promissi praemij. Omnes qui crediderunt Deo, et imputationem iusticiae impetrasse in praemium suae fidei leguntur, iusticiam, suae fidei praemium, ad omnes suos posteros transfudisse, sine aliquo iure peccati, als quo per fidem liberati sunt, dici debent: Sicut Adamus mortem in quam incidit, immortalitatem perdendo, immisisse omnibus suis posteris cernimus. Unde, sicut praemium peccati Adami, quod est mors, peruasit omnes, etiam illos qui non peccarunt ad similitudinem, qua peccauit Adamus: Ita praemium fidei Abrami et Cornelij ad omnes manare, qui ab illis descenderunt, etiam ad eos, qui non crediderunt ad illam, qua illi crediderunt similitudinem necesse est. Ita enim cogimur dicere si collationes Pauli Rom. 5. valere volumus: Sunt enim filij Dei, sicut illi filij mortis: et eorum opera habent promissionem, quae promissio nulla esset, nisi iuuarentur a Iusticia fidei, quae fides fuit in patribus, et propagauit suam iusticiam in posteris omnibus. Haec est iusticia quae vocatur Christi, donata a Deo omnibus filijs irae, qui credere voluissent. Iesum esse Christum, et tota est insitionis et non imitationis: sicut mors praemium peccati Adami insitionis est, non imitationis, cum dicatur peruadere omnes, et illos, qui non possunt illum imitari. Hanc, sequitur illa imitationis, cuius Christus est veluti speculum propositum, et imago bonitatis Dei, qua qui caret, cum eam praestare tenetur, per illam iusticiam insitionis in arborem vitae per fidem, parum aut nihil iuuari potest, nisi ad maiorem damnationem. Sed vos, qui haec non discernitis, ibi locum quaeritis iusticiae fidei, vbi locus eius non est, et iusticiae legis, quam negatis sperari posse, nisi in altero seculo, nullum locum relinquitis. Impugna igitur ista, ex verbo Domini, et nomina odiosa Pelagij et Caelestini, praeterito, quoniam nos illis non terremur, vt ob inuidiam vitandam verbum Dei deserere velimus. Sequuntur tuae, in tuos laudes, et tua, in alienos, et qui tibi displic-

Ioh. 8. 39. 42. 44.

filium aut Dei, aut Diaboli, esse quomodo dicitur.

peccatum ab Adamo imitatione transit

Peccatum Adami duplex, insitionis et imitationis.

originis peccatum nullum.

Iusticia originalis

Rom. 10.

Rom. 6. 3. 2 Cor. 5. 15 Gal. 6.

Rom. 5. 14

Eph. 4. 23.

Iusticia Christi duplex insitionis et imitationis

Iac. 1.

plicuerunt semp conuitia. Pag. 248. Itane vero Sycophanta? tene adeo obliuisci
tui potuisse, vt ab ijs veritatē dicas supplicio capitali puniri, a qbus veritas ipsa
clamat, sese nostris temporib assertam? Anabaptistas aliquot, puniuerūt nri prin:
cipes, quod totius humanæ societatis vinculū abrumperent, quod pfidiosi essent
apostatæ, quod verbū Dei manifestissime corrumperent, quod Ecclæ autoritatē
herent ludibrio, quod coēm consensū factiose lacerarēt. Seruetusq, teterrimū
illud monstrū pœnas dedit, quod ita impie de tota trinitate, de chri humana
natura, de puerorū baptismo, de fide, de iusticia, de tota deniq religione sen:
tiret, loquerer, scriberet, ita flagitiose et scelerate, totis annis triginta ver:
bū Dei, Ecclam, magratū ludibrio haberet, vt nihil vnquā magis impurū et
detestandū sol iste conspexerit. Nostrā religionē, cū tota chriana Ecclesia
coēm esse scito, ex qua tu pridē cū tuis eiectus esses, si tā sæueri essemus
quā tu nos esse crudeles calumniaris: ad eius professionē neminē cogere, di:
dicimus. Dant operā pastores, vt oēs, verā hanc esse religionē intelligāt, ita
tn vt nullius vnq colloquiū defugerint, neq qcquā prorsus ex priuata sua
autoritate administrent. Magratus ex officio curant, vt verbū Dei pure
et sincere docear, publica offendicula tollanr, turbar et offensionū occasio:
nibus medenr: de occultis iudicare nec possunt nec volunt. Pag. 269. Seruetō
optimus ipsor fraterculus pœnas dedit: Suscepta est indignatio in nos ex inno:
centissimo illius Serueti martyrio. Dicis in his verbis, vos ex veritate
mendaciū semp, nō ex mendacio veritatē aliquādo damnasse: Hinc seque:
ris dicendo, in vobis esse chriana religionē: in alijs, q a vobis dissentiunt,
chriana religionē esse nō posse. Ministros vros verbū ipsū Dei docere,
et eius præscripto in docendo, monēdo, adhortādo, alloquēdo, viuēdo, oīa sua
deducere. Magratus vros curare, vt verbū Dei sincere et pure docear,
publica vt emendenr, arcana Deo relinquere. Neminē vos cogere vt vobiscū
sentiat, sed ex verbo Dei, quod est apud vos instruere. Tandē laxas habe:
nas, veluti ad tua tempe, in Anabaptistas et Seruetū. Vellem hic abs te sci:
re Beza, an velis vt magratus norit verbū Dei nec ne? Nam si damnare
debet, cām damnationis noscat oportet. Quōdo aut nosse poterit, nisi noscat
et vitiū et vitij grauitatē? crimē et criminis modū? Idq ex verbo Dei: qm
aliæ sunt, in multis controuersijs Dei, aliæ hominū cogitationes, in constitutio:
ne virtutis laudādæ et vitij puniendi. Dicis eni ita pag. 267. Magratus
obseruare debēt, vt intra potestatis suæ fines et cancellos sese contineāt, ne
sclt audeant de hæresi iudicare, cū hæ, sint Ecclæ, nō principū partes, curēt
hæreseon iudicia sancte et incorruptæ exercenda, non ex vlla hominū autori:
tate. Hic nō vis magratū de hæresi iudicare, h. e. de re ipsa an sit vitium
statuere. Unde sequir, vt vobis et ipsū iudicare posse quantū sit vitiū. Nā
qualitatis cā, cām definitiuā, et definitiua cā, cām coniecturalē seqr. Quam:
obrem, q iudicare nō pt, qd sit vitiū, is, quantū sit vitiū, nequit suis oculis
dispicere, et an id, quod est ante oculos, sit vitiū cogitare. Nam is, quo nōe
id sit cognominandū, nūq disquirere poterit, q ignorat, sitne illud an mi:
nime. Quōdo igr potes dicere magratus vros curare, vt verbū Dei, et nō hæ:
reses isthic doceanr, si tu nō vis magratū vestrū, de hæresi, h. e. an id quod
min.

arrogans asinus Cumanorū

Magratus Geneuensis damnans hæreticos, cām damnationis ignorat.

ministri vestri, tu ipse, scribitis & concionamini, sit verbū Dei, an hæresis, iudicare? Quōdo nō vis magr̄atū vestrū, ex certa, certor̄ hominū autoritate, censere de vitio, de vitij magnitudine, de poenis vitij, & nō ex se, sancte & incorrupte, si nō vis vt ipse studeat has leges, de hæresi, de quātitate hæresis, de poenis hæreseos ex verbo Dei, sed ex ministrorū traditione, constituere? Nā magr̄atū arces ab illar̄ duar̄ ꝓpositionū discussione, quæ sunt: Oīs pertinax blasphemꝰ desertor Dei, & defectionē moliens est occidendus: Seruetus est pertinax blasphemus, desertor Dei, & defectionē moliens. Et si propius vult accedere magr̄atus vt has duas ꝓpositiones examinet, nō pateris, dicis hoc esse ministerij verbi, & nō gladij magr̄atus. Quid igr̄? Vereor ne nō videas te cognitionē caussæ remouere à magr̄atu, executionē aut̄ sentiæ, à ministris verbi pronūtiatæ, illi relinquere, cū nolis magr̄atū, illas duas ꝓpositiones, an veræ sint, ex actis & ꝓbatis intelligere posse: sed illi tantū relinquas complexionē, Ergo seruetꝰ est occidendus. Quā, & cæci vident, & surdi audiunt, & stipites fatenr̄, fluere necessario. Confodiunt se mutuo hæc duo dicta Beza, vt magr̄atus nō possit cognoscere de hæresi, nempe, an Seruetus sit hæreticus, q̄ debeat comburi: Et, Magr̄atus exercere sancte & incorrupte ex verbo Dei, nō ex illa hominū autoritate de hæresib̄ iudicia. Cum expectare ad ostiū ministror̄ verbi velis illum, quoad illi dicatur, abeas & scito Seruetū esse comburendū: Magr̄atus curare vt verbū Dei docear̄: & magr̄atus nō posse cognoscere ex verbo Dei, an verbum Dei doceant ministri. Et vt scias, hoc est aditū parare ad papismū, cū velis verbū Dei esse supra te, tanquā iudicior̄ exercendor̄ legem, sed nolis aliū esse in Vrbe iudicem ex verbo Dei, præter te vnū, h. e. ministros verbi, q̄ iudicare te ex verbo Dei possit. Dicis de arcanis nō interesse gentes machæram, iudicare: Ergo nec ministror̄ verbi intererit arcana cognoscere, postquā Dei iudicio sūt subiecta. Sed declara nobis, q̄d sit arcanū tibi; An conclusū lr̄is? an fidei vnius concreditum? Si hæc putas esse arcana, multa tela erūt tibi, q̄ tuū transverberabūt pectus excipienda. Si alia arcana esse nō existimas nouā tibi condis linguā, & vt tibi faueas, à papistar̄ castris subsidia petis. Illi dicūt, illud nō esse inter arcana numerandū, quod q̄s in sylua solus oris sono edit, quāuis nullus sit præsens q̄ audiat. Is enī ipse, q̄ illud audiuit, q̄ ille ipse est, q̄ illud pronūciauit facere, ne illud sit arcanū, cogiq̄. in conscia (vt dicūt) aperte ministro verbi illud, veluti rem manifestā patefacere, quo valeat damnari. Dicis neminē venientē ad vos & conferre cupientē, cogi si à vobis dissentiat, vt vobiscū sentire debeat. Hic plane videor ignorare, q̄d sit vis & metus, aut cogor fateri, falsas esse historias, quas legi. Nā legi, allectū lr̄is Caluini venisse ad vos Seruetū, vt præsens melius tractaret, quā ꝑ lr̄as intellexerat, se facere posse. Cū aut̄ venisset, in carcerē esse coniectum & optionē illi esse propositā, hinc publicæ recātationis cū tota pompa illa, q̄ ex inquisitionis papisticæ legib̄ addidicistis, Illinc ignis. Hic Ego aut vim video, aut nō liberū esse ad vos accessū cuiuis, nisi his, quos scitis aut à vobis nō dissentire, aut nō dubitatis, à vobis addiscere velle. Et verba ista tua video esse, vt dicebat ille Malaciā Maris petentē ficus. Hic nō quæro, an huiusmodi optiones sint ꝓponendæ hæreticis illis, abs te, suis metis definitis, q̄bus nullas.

formidolosi Caluinistæ. 1068.

las optiones offerre verbū Dei ostendi: Sed an accedentib̄ ad vos, et dissentien-
tibus, et persuaderi à vobis nō valentib̄ vis inferar̄, cū proposita optione; Quæri-
tis, vt aut vobiscū sentiatur, aut mors oppetar̄. Dicis verbū Dei apud vos esse,
ab illis, q̄ à vobis dissentiunt, verbū Dei abesse, vobiscū aut̄ dicis sentire omnes
chrīanas reformati Euāgelij Ecclas, hinc venis ad cām anabaptistar̄ et Serueti,
quē et rides et scommatis impetis. Quid anabaptistæ illi dixerint et fecerint ex
actis publicis nihil mihi constat: Serueti et Valentini cām oēs, acta publica do-
cere possūt. Ex his licet lectoribus degustare, anabaptistar̄ scelera. Nam si in
horū duor̄ condemnatione falli potuistis, potuit ēt vobis ignorātia caussæ ana-
baptistarū imponere. Et licere alioq̄ vobis creditis, qui duis conuitior̄ in illos ex-
puere, quos videtis exosos esse alijs, et intelligitis vobis dicendo et scribēdo nocere
posse: Qm̄ aut̄ nihil isthic de doctrina chrīana credir̄, quod libri institutionum
Caluini nō contineāt: neq̄ quicquā in Seruetū vere dici posse oēs intelligūt, q̄d
in actis editis à Caluino nō legar̄, Ideo vna litura, et q̄ hic tu dicis in Seruetum,
et q̄ isthic ex verbo Dei vos credere cū multis alijs dicis, abstersisse videri possū,
qua expunxi institutiones Cal. et acta in Seruetū edita à Caluino: demōstrauiq̄
et in illis, nihil esse ex verbo Dei collectū, et in istis, nihil aliud nocuisse Serue-
to, quā inscitiā Caluini. Vnū ex oībus hic attingā, quod tu commemoras: Di-
cis, Vos veritatē nūquā damnasse, sed mendaciū ex veritte damnare studuisse.
Subdis postea, Seruetū de tota trinitate sensisse, locutū fuisse, scripsisse, flagitio-
se et scelerate. De hoc disseramus: qm̄ licet de alijs loca notata docebūt intellige-
re cupientes. Sit igr̄ hæc inter nos inuiolata propō: Si Seruetus Scelerate locutus
est, scripsit, sensit, de trinitate deor̄, sdm̄ numerū, Vos ex veritate verbi Dei, mor-
tis damnasse Seruetū: Sin aut̄ Seruetus nunquā de trinitate deor̄ sensit, scrip-
sit, locutus est, scelerate, Vos ex mendacio, sine verbo Dei, damnasse Veritatē et
necasse Seruetū. Videre potes me nō meo iure, sed tuis legibus insistere. Ali-
udem̄ sū dicturus, cū ad meū ius tuendū venero. Nunc audi:

Qui sensit Scripsit et docuit tres hypostases Vnū esse verū Deū, q̄ tres hy-
postases, quāuis q̄bus rebus inter se, ab æterno realr̄ distinguerent̄ in verbo
Dei, se inuenire nō posse, asseruit, attamē ex his, q̄ externe à dictis tribus hypo-
stasibus, post conditū mūdū facta esse in verbo Dei commemorant̄, distinctionē
realē se inuenire et demonstrare posse affirmat, Is Dei Vnius trinitatē hypostasī
nō negat aut verbo aut dicto aut scripto: Sed Seruetus tres hypostases in vna
Dei natura semp̄ sensit docuit ~~sensit~~ scripsit: distinctionē realem tollebat eā q̄
ab intra est, qm̄ nullā rem videre poterat in verbo Dei, q̄ daretur Pr̄i, q̄ negarer̄
à filio, aut à Spiritu Scto, qua Pr̄ à filio aut Spiritu Scto realr̄ distingui pos-
set, Illā aut̄ distinctionē realē esse concedebat in his tribus hypostasib̄, q̄ à con-
dito mūdo in his tribus hypostasibus, externe illuxit in verbo Dei, in quo narrār
prm̄ semp̄ erga hōes fuisse inuisibilē, filiū et sprm̄ S. varijs formis, vnus et alter
et nō vnis fuisse hōibus visos. Ergo Seruetus nō de tota trinitate, neq̄ de ipsa
trinitate, scripsit, sensit, locutus est scelerate et flagitiose. Nisi mihi hoc argm̄
dissolueris Beza, illa facilitate, qua eructas conuitia, et oīa tua, vis per vim
autoritatis, quā videris tibi possidere, oībus probari, cogā te fateri Ecclam ve-
stra

Seruetū perdidit inscitia Caluini.

Serueti de trinitate sententia

+ aut nulla: neq̄ q̄ dicit, tres esse hypostases, is affirmat nihil esse, quod faciat has hypostases, tres potius, quā duas aut vnā +

strad ex mendacio damnasse veritatem, Cum ex nō dictis sensis, disputatis a Serueto, damnastis Seruetū, & eius manes persequimini & conquiescere nō similis.

Tollebat, dices, distinctionē ab intra, trid hypostasiū diuinarū realem. Sed non dis q tollit distinctionē realem, ab intra, in hypostasibus diuinis, tollit oēm distinctionē ab hypostasibus, ne sint hypostases diuinæ, & ne sint tres, sed vna, aut nulla + esse: & si q pt distinctionē realem in tribus personis diuinis, immissa a papistis ex verbo Dei tollere, & aliam, realem tri, in illius locū sufficere, nō pt, magistro verbo dei, is nō pt dici aliud ab hypostasib diuinis tollere, nisi papistar realem distinctionem, quamuis nulla in verbo Dei inueniat realem distinctionē, q illi ex æquo rōndere valeat. Si imgs, realis hypostasiū in deo distinctio nō est, multæ in deo hypostases nō erunt. Hoc em est argm Caluini, quo sæpe vtit, quod falsa ht consecutionē. Nam vbi sunt plura indiuidua, quor oēs res, quas vnū ht, habet & aliud, in illis indiuiduis realis distinctio esse nō pt: distinctio tri adest, nō em essent indiuidua subsistentia plura, si aliqua distinctio trō redderet illa plura. Hoc viderūt papistæ, q cū cogerent dicere oia, q sūt in pre, esse in filio, esse in spu Scto, & putarent realem distinctionē in illis esse nō posse, vbi oēs res essent coēs, finxerunt, in Deo, res relatiuas ab intra, & nō ad intra. Quod victus rone fateri coactus est Caluinus esse verū, vnde videri cepit illi dura locutio symbolica illa: deus, de deo, verus deus, de deo vero, & vt legeret id quod videbat, & nō ab oīb intelligeret, qd sibi videri videret, dicebat: dici nō posse deū de deo esse, essentia cā, cū essentia Dei nō sit de dei essentia. Perinde atq. cū patres illi, deū esse de deo dici oportere censuissent, essentia respexissēt & nō personā, q sicut de deo ab æterno nata esse dicebat: ita de de esse deū ab æterno dici necesse esse censuissent. Verū qm ille videre ceperat, natiuitatē filij, verbū Dei, alia nō narrare, nisi illam temporalem, qua sermo dicebat factus homo, cepit dicere, durū esse, dicere, ab æterno fuisse deū de deo quod sacra biblia, nō, nisi in plenitudine temporū commemorāt esse factū. Hæc diximus pro Serueto ex Serueto, quem EX mendacio occidistis.

distinctionē reale in trinitate ab intra esse nō posse.

+ aut nulla: neq. q dicit, tres esse hypostases, is nihil mihi esse, quod speciat hanc hypostases, qui potius quod dicat aut, quod

LIBER TERTIVS pro se Autore & Pro veris Vnitarijs.

Nunc ad ius meū venio: Vbi tū Beza addidicisti, Trinitatē personar ex vero Deo, q aliā nō ht personā, nisi vnā, tollere, esse sceleratē & flagitiose agere? Dicis verbū Dei te seq, & nihil credere velle, quod in verbo Dei nō sit. Verbū aut Dei, nō esse verba, sed verborū sacror veram intelligentiā, q sine verbis esse nequit, in ipsis sit inclusa verbis necesse est. Deum, vnū habere indiuiduū, non tria.

Dic igr vnde habes ex verbo Dei? vbi verbū Dei te docet, Verū Deū, nō vnū Patris solius, sed tria habere indiuidua? Vociferare nunc vt facis pag. 52. Si hoc nō est, deleatur diuinissimū illud diuli Iohannis initiū: deleat baptismi formula: deleat diuinū illud epla ad Rom initiū. Ffas em tuas vociferationes vltra progredi nō patiniur, q nolumus hæc aut alia sacra, deleta, sed vere & bene intellecta extare. Et bene vides tū, neq. em es captus oculis vt nō videas, quatū valeat: hic nominatur pr, nominatur filius, nominatur Spūs: Ergo hic decernit Deū verū habere tria supposita. Quapro-

nero

ne rō, nec tonsoribus aut sutoribus, nisi precario probarer. Quōdo igr verbum Dei segueris, cū id quod credis, sine verbo Dei credas, & illud ex verbo Dei demonstrare nō possis, nisi prius vim inferas verbo Dei? Dicis pag. 264. hanc esse Dei voluntatē, vt magratus religionis contemtū, vel capitali poena debeat vindicare, vt nō nisi extremis malis extrema remedia adhibeant: & in extremis remedijs moderationē tenendā, vt charitas & clementia christiano hōe digna nullū violet, habita rōne personar, errorū, poenar. Vbi si tu loqueris de religione constituta ex verbo Dei, & contemtū vocas blasphemiā in Deū, defectionē a Deo & alia, q̄ hæretici nōe intelligi volebas: audacia & impudentia humana esse videt ibi aliquā exceptionē ponere, vbi Deus, cū statueret poenas, exceptionē nullam nominauit: Si aut religionē vocas, quicqd ex verbo Dei constitutū nō est, impietatē esse dico, nō asserere contemtū eiusmodi religionis, nō esse cultū veri Dei. Quod aut dicis pag. 265. Oportere scripturis & manifesta veritate euincere, illa, q̄ in accusationē veniunt, esse talia, qualia diuinū, comperta veritate, & productis apertis testimonijs scripturæ, licebit in blasphemos & euersores ecclesiæ Reipublicæq. grauissime animaduertere. Hæc, q̄ recitas, ex Bulingero inscribito, & ferto tecū in oībus causis, & si accipis mecū acta in Seruetū, & quæsiuero abste: quando Vnus locus apertus scripturæ sit contra seruetū productus, habeas paratū saltem vnius pili vestigiū. Ita scribitis & disputatis verbis, cū ad rem ueniūt, leges istæ dormiunt, & miseros magistratus, ad parricidialia scelera committenda impellitis. Q̄m aut Bulingerius excessit ex viuis, q̄ nō es minus doctus illo, doce nos vbi sit scriptū, quod dicit citatus abste? Pag. 267. Iosiā, nō oēs, erroribus implicitos occidi, sed incurabiles, maximē. Nam iustiniani locū scimus, vbi resipiscentib⁹ nō infert necem. Cupimus scire, vbi hoc de Iosia sit scriptū in verbo Dei? Tandē vt pergas esse ad nauseā vsq. lectori molestus, millies repulsa & conculcata subfinē disputationis huius, veluti noua reponis. Pag. 268. Hi rings, Deū cum idolo confundūt, nō aliā in christianis, quā in diabolis fidē requirunt: salutem a nobis inchoant: Christi statū, christi offm: trinitatem (deorum) prædestinationem, liberū arbitriū, pomū in earū rerū numero, q̄ neq. ad salutem obtinendā sunt necessaria: neq. si sciamus meliorem hoēm efficiunt. In religionis controuersijs etiā, cū papistis, veluti de inuocatione sanctorū, de iustificatione, de libero arbitrio, de baptismo, de cœna dñi, vindicias tam libertatem dandas, id est, suo iudicio quemq. relinquendū putant. Quod de his obscuris sectę quæstionibus, & quarū cognitio ad salutem nō est ita necessaria, certi nihil dum constitui possit. Hæreticos non modo, nūquā occidendos, sed ne puniendos quidem arbitrant. Cuilem magratū ab oī religionis cura remouent. Verbo Dei iniuriā faciunt, negantes ex eo controuersias religionis decidi posse. Ecclam Dei aspernant. Pios magratus, & fideles pastores, sæuitiæ, crudelitatis, & immanitatis falso accusāt. Ecclesia, inquā, q̄ filij Dei sanguine acquisita est, & in cuius sinu & visceribus istimis diu fouent, vt nisi mature occurratur, prius simus capiendi, quā nos sentiā.

Spirant meridacia folles.

sentiamus oppugnari. Hæc Beza in Epilogo, quā nō patiṙ sine impietate finire, vocans Gamalielis sentiam, quā salutarē & laudabilē fuisse innuit Lucas, in vtraq; partem claudicantem: neq; pro regula in quæstionib; de fide, esse recipiendā. Cum sit ipsissima verbi Dei vox, discernentis inter se & verba hominū, inter sermones veroṙ & falsorū prophetaṙ, inter ꝓmissa Dei & hominū. Non reuerteṙ, inqt, ad me vacuū: manet in æternū: nūq; pudefacit illud. hæc aut: spes sunt fallaces; arundinei bacilli: vacui fructū: nūquā constātia verba. Unde hoc haberi? Ex ipso tempore, temporis erugo verbū Dei corrūpere nō pt corrūpit aut qdqd est hōis, aut virīū, aut spei, aut gloriæ. Quare ex legis constantissimæ doctrina, illud Gamalielis dilemma deductum est. Aut doctrina hæc Aplorū, humana est, aut diuina: Si diuina, etiāsi istos, atq; adeō oēs occideritis, eā extinguere nō poteritis: Si humana, sine alicuius cæde extingui eā oculis vr̄is cernetis. Sed ad rē postremi actus. Quæriṙ, inqs, An hæretici à magr̄atū sint cōercendi? Nolo Ego te ita loq Beza, qm̄ ambigua est hæretici vox: Sed ad hunc aut aliū similem modū: An blasphemi in Deū, idololatræ desertores Dei, subornatores populi vt deserat Deū, hæretici, quos definiuimꝰ oī scelere ꝓhibito, ab vtraq; tabula notati, sint cōercendi. Nos eni dicimus huiusmodi sine exceptione esse occidendos oēs: tu dicis exceptionib; aliquib; vim legis huius, q̄ Dei est, esse mitigandā. Quid tu sequaris nescimus, nos verbum Dei habemus: Non misereberis eius: Non parcet ei oculus tuus. Vtri tueanṙ sentiā suā ex verbo Dei, iudicent lectores. Ita in verbis tuis, Eccla, verbū Dei, religio, sicut hæreticus, ambiguæ sunt nobis voces. Nam si verbū Dei intelligis prophetica & Aplica scripta, germano verboṙ & sentiarū succo candentia, in aërem iacis cestus & sine hoste prælium inis. Huiusmodi eni verbū Dei, lucernā esse debere oīb; chr̄ianis dicimus: huiusmodi Ecclam, q̄ huiusmodi verbo Dei nutriatur, ~~sons~~ sponsā esse Iesu chr̄i affirmamus: huiusmodi religionē, q̄ ex huiusmodi verbo Dei foueṙ, colendā ab oībus, q̄ membra esse ouilis Iesu chr̄i cupiunt esse contendimus: huiusmodi hæreticos, q̄ illud verbū Dei spernūt, hanc Ecclam Dei contemnunt, hanc religionē Dei impugnant, & contra vtraq; tabulā cū offendiculo mali expli erga alios viuūnt, iuris esse dicimus ordinarij magr̄atus, ex legis diuinæ mādato, nō solū pœnis alijs, sed et morte multare. Sin autem verbū Dei dicis totū id, quod institutionib; suis chr̄istianis perscripsit Calu. & ex quo tu cū alijs libellos editis pro paruis pro magnis pro medijs: Næ tu habes nō solū nos, veṙ et verbū Dei, quod nobiscū est, cū quibus, virib; oīb; contendatis. Nā nos huiusmodi doctrinā, verbi Dei cognomine nō dignamur: cætū illoṙ, q̄ huiusmodi doctrinā seqṙ & defendit, alienū à cognitione Dei esse asserimus. Ideoq; esse ab alijs, quoṙ interest docendū, etiāsi sequi publicus tumultus deberet, religionem, q̄ constat ex illa doctrina tollendā esse, & verā substituendā suademus, vt ꝑsuddeamꝰ hōes, quos monet suo modo Deus, vt talem doctrinā euertant, huiusmodi cætus disturbent, eiusmodi religionē, in meliorē, bonā, [illegible] in bonā, malā quantū possunt maxime connitendo mutent. Quos vos cognominatis hæreticos, docemus monemus obtestamur, pseudoprophetas idololatras, desert

Gamalielis dilemma.

Ecclesia caluinistaṙ impia scelerata & ad ima tartara deturbāda.

hæreticos Bezæ, bonos viros esse & ab oīb; fouendos.

sertores Dei, perturbatores hominū, euersores bonar̄ legū, neglectores Ecclesiae disciplinae nō esse: Neq; ius aliquod esse datū magistratui, ordinario, extra ordinario, à Deo, contra eiusmodi hōes. E contrario aut̄ magr̄atui et priuatis, iussū esse constat, vt huiusmodi hōes, operi Dei incumbentes, foueant, nutriant defendant protegant. Haec sunt nostra: doce nos ex verbo Dei alr̄ sentire: doce institutiones Calu. cū vera intelligētia verbi Dei, consentire, et magnā apud nos, nūquāq. intermoriturā gratiā conciliabis. Quod dicis nos non separare Deū ab idolo, falsū esse, et nosti, et demonstrāt superius disputata. Aliā fidem dicis nos nō requirere, quā diabolus sit confessus. Tu q̄ Pauli sunt, nostra esse dicis, vt et nobis odiū, et verbo Dei labem concilies. Nam cū conferimus oīa, q̄ de fide varijs verbis, modis, sentijs, periodis sunt scripta ab Aplis, illud concludere necessario cogimur: Si Nero credidisset, quod Diabolus de Iesu est confessus, aut diabolo fuisset p̄ fidem promissa salus, vterq. quantū ad fidem pertinet, fuisset verus chrīanus. Est ne aliqd in verbo Dei quod hanc sēnciā impugnet? adfer in mediū, et iuua errātes, si putas nos errare, Sed sine calumniā di studio, quo veluti clypeo, te saepe munis, vt à nostris te subducas. Quid enī est quod seqr̄? Dicunt, inqs, Salutem hōis, incipere ab hōe: hoc inquā qd est, nisi calumnia tua? Ingenuus sis, nobilis natus, ingenuē agas, et ex lege in certamine iusto contende. Dicimus enī oīb; filijs irae, q̄ erant mortui in pctis suis, salutē et vitā contigisse p̄ fidem, credentib; Iesū esse chrm̄. Haec est redemtio à morte, vita, dicta salus: Ne aut̄ isti ipsi incidant in futurā mortē, q̄ ē stipendiū prioris mortis, ex qua sunt redemti, necesse esse, vt suā ipsor̄ salutē operentur. Dicimus nos, edocti ab Aplis, ita prioris salutis originē qdem esse Deū, q̄ amat nondū amatus, et praeterea odio habitus, finē aut̄ esse conciliationē cū Deo p̄ mediū, illinc promissionis, hinc fidei. Unde fit et Deus, Pater, ex Domino, et homo, filius, ex seruo. haec est salus prima: secūdae salutis finis est praemij et haereditatis ex iure filiationis, receptio. Qm̄ Deus noluit filios suos, sibi gratis seruire, quāuis ipsi noscant oīa se debere Pr̄i. Principiū est ipse filius adiutus à Pr̄e, stimulatus à Spr̄u Dei Pr̄is, monitus à Iesu chr̄o, suo capite. In hac salute, quā operar̄ et in qua ē homo, filius Dei, si nō paret Deo, et impoenitens morir̄, ius ex priore salute acquisitū, et ipsa prior salus, ipsi nihil prodest ad bonū: sin aut̄ poēntia tāgir̄, ex spe veniae, q̄ proposita est in Eccla à Deo, oīb; recte poenitentib; et fructus poenitente aīo dignos producentib; condonanr̄ illi peccata. Ista sunt nr̄a, ingenuē impugna tu ea ex verbo Dei, sed ingenuē, et alta generosaq. mente dignē (non tuo more solito conuitijs et calumnijs.) Dicimus q̄o id, quod toties diximus, vt cū summa molestia sit nobis repetendū, sed ita tu cupis, cū fingas te, nec audire nec intelligere: In tota sacra scriptura nihil extare, cui spes aliqua promissionis sit coniuncta, nisi duo, vnū fides, alterū opus: et in vtroq. esse iusticiā, nō vnā: Neq. n. iusticia operis, q̄ dicit, si credideris: sed diuersā. Quare oīb; his, q̄ discipuli chr̄i, seu Nazaraei, seu chrīani sūt dicti et dic-

Redemtio et salus p̄ fidē parta.

Salutis prīae Deus ē origo, finis, reconciliatio.

sdae salutis finis p̄mij re princip. filius 965.

fides et opus, sola promissionē hnt.

Phil. 2

et dicunt, dicimus, oia illa esse necessaria ad salutē, et ius ad salutē comparandā quibuscū coniuncta hæret salutis et iusticiæ promissio. Verte aut tu Beza oia sacra Biblia, vide, dispice, contende, si inuenire possis alia, prætor illa tria, q̄ nos in catechesibus nostris recitauimus, tanquā necessaria oib̄ salutē adipisci cupientib̄, et ex filijs iræ, iure fieri et re declarari, filij Dei desiderātib̄. Quod si quærendo inueneris, communica nobiscū, et errorē nostrū in quo sum⁹ nobis commonstra: Sin aut alr, quā nos asserimus, nō inueneris, osculare verbū Dei, et impugnare desine. Reliqua aut q̄ passim extant in sacris biblijs, nō iudicio humano, quod vanū esse solet et futile, agenda et ferenda nr̄is committimus, sed hominū sensus, q̄ possunt, valent, auent, cupiunt illa nosse, reuelatæ doctrinæ, in verbo Dei, subijcimus, et vt ab illa erudiant mandamus: Neq̄ vlli hominū, quos regere possumus consilio, vindicias sdm libertatē, sicut tu calumniaris, sed sdm iustā legitimā debitā seruitutē damus, offerimus, porrigimus. Cur enī emendaremus doctrinā vestrā ex verbo Dei, in beneficium nostrarū Ecclesiar, si vindicias sdm libertatē, in his rebus, quas commemoras, quiduis quod luberet aio sentiendi extra verbū Dei, cuiuis daremus? Sed heus tu bone et docte Vir, Vbi trinitatē deor sdm personas, in verbo Dei inuenis, ais nos permittere, vt quiuis, quod vult, de oib̄ rebus sentiat, extra verbū Dei, Et nihil inuenire potes, ex his, q̄ esse dicimus necessaria, aut ad salutem aut ad doctrinā, esse extra verbum Dei. Ais te extra verbū Dei nihil assere velle: demonstra igr nobis, vbi in verbo Dei lateat, Deū Prm duos hēre socios pares secū natura ipsa, cū q̄bus oia semp agit, aget, egerit, et sine q̄bus nūquā agat, aget, egerit nihil. Ne tibi dicar, medice cura te ipsū: et in eo condemneris crimine, in quo nos esse dicis, et cuius nos, sub iudicio orbis terrar, scriptis missis accusas.

Necessaria ad salutem. 1066.

Phil. 2

Hæc ad te scribere voluimus Beza, Nō tam Castalionis aut Bellij gratia quā vt nrā, q̄ illi attigerunt, et in quibus nobiscū sentire visi sunt, defenderemus, seu potius, quod idem est, vt Verbū Dei, cuius nos profitemur esse discipulos, a tuis telis protegeremus. Et vides nos a grauib̄ abstinuisse conuitijs, qm rōne certare volumus, cū his, q̄ a nobis dissentiunt, vt cū cōes hēam⁹ sacras ædes, in q̄bus arma chrianorū seruant, aut erudiamus alios, et superiores in cā simus, aut erudiamur ab alijs, et erigamur super nos ipsos. Vtrobiq̄ enī est victoria. Tu hæc leges, et dispicies et tractabis vt voles. Qm autem desiderare posse videris, quid de hoc hæreticor argnto nos sentiamus, ex verbo Dei placuit sentiam nostrā paucis explicare, vt desiderio tuo, qd excitare tibi potuit, auiditas inquirendi, qd ea de re crederēt alij satisfieret. Vt aut intelligamus qd sit Paulo, HOMO HAERETICVS, necesse est, vt, nō ad poenam, qua dicit Paulus hæreticū hōem esse subijciendum, hunc auersare: Sed ad cam contentionis et inimicitiar, susceptarū, ab hostibus Pauli, contra Paulū, disquirendā et dispiciendā, oculos āi conuertamus. Nā vitare alicuius conuictū, poena qdem erat, sed cōis et ante Iesu chri tempora, imponi consueta oib̄, ex plo ecclesiā offendentib̄, aut mala vita, aut falsa seu nondū approbata et vulgo recepta doctrina. Ex poenæ igr qualitate, nisi aliud addatur, intelligi nō pt culpa, In vita ne sit nefaria an ind.

Conclusio Epistolæ

Excomunicatio etiā ante chrm fuit.

an in doctrina vitiosa. Contentionis aut̄ cā, q̄ fuit inter Paulū et eius aduersarios apertissimis verbis narrar̄ à Luca, et à Paulo, multis in locis. Unde factū est, vt à Paulo, hostes canes, ab hostib̄ Paulus, pestis fuerit cognominat⁹. Phil. 3. Act. 24. Ita aut̄ Lucas, vt alia nonnulla prætereant̄: Orta est seditio et disceptatio (στάσις σοζήτησις) nō exigua Paulo et Barnabæ, aduersus illos pharisæos, q̄ venerant Antiochiā à Iudæa, et dicebāt, se esse missos ab Aplis. Erat aut̄ quæstio ζήτημα, Num gentes præputiatæ p̄ fidē, sine circūsione, sperare salutē, q̄ apud Iudæos erat, possent. Paul. vnā partē, alterā pharisæi illi, defendebant: hor̄ rō erat lex de circūsione, lata Gen. 15. Illius aut̄ rō erat, conuersio gentiū accepta Deo, et comprobata signis atq̄ prodigijs, et sp̄rs Scti varijs donis. Hæc eadē q̄stio, proposita corā Aplis, cū deliberarer̄, habuit chr̄ianos pharisæos ex vna, et Apostolos ex altera parte. Illi dicebāt, oportere circūcidere gentes, et mādare vt legem Mosis seruarēt Exod. 12. Hi veroas serebāt iugū circūsionis graue et molestū, nō esse gentib̄ imponendū, quarū corda Deus purificasset, et adæquasset reliquis, Ecclæ ex Iudæis, membris, dato sp̄ru Scto, et linguar̄ munere, sicut cū Aplis ab initio fecerat. Quib̄ accedebat Paul. et Barnab. narrātes, q̄ signa et q̄ prodigia Deus p̄ eos edidisset inter gentes, q̄ crediderant. Tam aut̄ prophana opinio à principio hæc esse videbar̄ in doctrina Ecclæ, vt Petrus, quē Deus p̄ suū sp̄rm monuerat vt ad Cornelium accederet, et quod ipse oīa ante illū diem immūda p̄ purgasset et sanctificasset, q̄q̄ sp̄rm S. sup̄ Cornelium descendisse viderat, et istis demōstrationib̄ se aduersus alios chr̄ianos, quod ad cp̄putiatos vocatus accessisset et illos baptizasset, ad spem salutis, sine circūsione, defenderat, et Paulicam cū Iacobo et alijs Senatoribus et consultorib̄ suo suffragio vindicauerat, vt cū esset Antiochiæ, et audisset, quosdā Hierosolymitanos eo p̄uenisse, ab Antiochenis chr̄ianis diuertere, quod præputiati essent, tentauerit. Et principio q̄dē, et à Iesu chr̄o moniti Samaritanor̄ et præputiator̄ commertia vitāda sibi duxerant Apli, et à lege edocti nullū posse sine circūsione, ex peregrinis gentib̄ sperare grām Dei, credebant. Unde, fugati metu ex Hierosolymor̄ vrbe, atq̄ adeo Iudæa tota, per Phœnicē, Cyprū et Antiochiā solis Iudæis concionabant̄ discipuli: putātes salutē q̄ nūciarer̄, ad solos circūsos ex lege Mosis spectare, et ad ipsor̄ familias. Verū cū Deus ob id, quod Iudæi salutē, q̄ nūciaretur spernerent, nō contenti, quod salutis autorē occidissēt, aperire ostiū fidei gentib̄ in præputio, q̄bus ad illū diē apertū erat, p̄ circūsionē, statuisset, Petrū primū omniū monuit, de gentib̄ alijs, cum de Samaritanis p̄ certas sigcationes Ecclam docuisset, Samaritanos p̄ fidē ad paria bona, ad q̄ alios Iudæos vocauerat, se in grām recepisse. Edoctus igr̄ Petr⁹ de voluntate Dei, ab ea opinione, in qua vsq̄ ad illū diem fuerat, se retraxit et confessus est, se reipsa verū esse comperisse in quauis gente, Eū esse Deo acceptū, q̄ iusticiā edoctus, iusticiā operarer̄. In eā sentiam descenderūt et alij Iudæi, q̄ cū Petro ad Corneliū venerant, obstupescentes primū, quod spiritus Sctus darer̄ à Deo præputiatis, sed tandem voluntati Dei cedentes. Hos secuta ē tota Eccla, q̄ prius Petrū castigauerat verbis, quod ad præputiat.

Quæstio inter Paulum et ζηλωτάς.

præputiatū Ecclæ coniūgi, qualis opinio fuit.

Ostiū fidei cur gentib̄ apertum

gentiū receptio Petro primū patefacta.

Act. 11. 1

Act. 9. Gal. 1. 9. Act. 6.

Act. 14. et 15. 9

Act. 15. 8.

Act. 10. 20.

Act. 11. 5.

Act. 15.

Rom. 4

Act. 11. 19.

Rom. 1. 2

Act. 8. 17.

Rom. 16.

Act. 10. 34.

Eph. 3. 5

putiatos cōcessisset: Sed postea audita voluntate Dei, quod illi placeret mittere
in vineæ suæ cultū, nouos operarios, rejectis operarijs prioribus, abs quibus rey:
Act.11.18. cerer, acquieuit decreto Dei & dixit: Igr̄ & gentibus præputiatis Deus poeni:
tentiā concessit, p fidem solam, ad vitam. Hæc constituebant in Iudæa,
ut Eccla nō ignoraret voluntatē Dei: & iamdiu antea monitū Saulū oran:
Act.9. Gal.1.9. Act.6. tem, in templo, Deus ad gentes miserat, quē postea ab Eccla, q̄ erat Antiochiæ
collecta ex Iudæis, quos Lucas alibi ἑλληνιστὰς vocat, una cū Barnaba, ad nō
nominatū ministeriū censeri iussu sprs Scti voluit. Hi reuertentes ex mini:
sterio publice sibi delegato, nūciauerūt Ecclæ Iudæor̄, q̄ erat Antiochiæ ut
Act.14.27. & 15.9. dixi, quæcūq; fecisset Deus secū, & quod aperuisset gentibus præputiatis osti:
um fidei, sine circisione, fide purificando illor̄ corda, ut Deo Patri, ut filij,
coniūgi possent. Ad hunc modum Deus salutē, quā solis circisis nūciari
mandauerat, ouibus scilt perditis ex domo Israelis, agricolis nō reddētibus fructus
vineæ, filijs regni Iudæis, mūdo veteri, orbi veteri, domui prioris constructio:
nis, filio ancillæ, Hierosolymæ fœcūdæ; Cum illi salutē repudiassēt, & spes
nulla esset, ut ad sanitatem reduci possint, ut viuere videre & audire sdm de:
siderium Dei vellent, dilatare voluit suæ vineæ terminos, & nouos operarios
conducere, quibus salutē ~~sat~~ suā, quā illi priores repudiauerāt, impartirer̄. Hi
sūt, q dicunt̄ Oēs gentes, Gentes in præputio, Noui operarij in foro sedētes
otiosi, & a nullo conducti, venientes ab oriente & occidente, ut recūbant cū
Abrahamo Isaaco & Iacobo, commorātes in exitibus viar̄, cæci & claudi, græci,
præputiū, & alijs odiosis & ignominiosis cognominibus. Separari igr̄ ceperūt
chriāni pharisæi a chriānis pharisæis, utrisq; Iesū esse chrm̄ confitētibus,
Rom.4 & ob id, ex fide iustificatis & impetrata venia priorū delictor̄, felicibus & beatis.
Qm̄, quāuis utriq; a principio ex lege Dei instituti & edocti, pertinacissime
credidissent fidem, quod Iesus esset chrs, ad salutē comparandā præputiatis
& ita Paulus Petrus & Apli oēs, cū senatu, populoq; chriano Hierosolymis
Antiochiæ & vbiq; gentiū, vbi commorabant̄ chriani, essent persuasi: Attn̄
alij Deū monentem, diuersā a recepta vsq; ad diē illū doctrinā, sequi, mutata
sentia voluerūt: alij ab opinione, in qua erant, quod viderent̄ verba legis Dei
pro se here, dimoueri, nec signis nec miraculis nec reuelationibus nec dictis ali:
orū, nō se patiebant̄. De ista reuelatione & de isto grē hominū, quod mul:
tū poterat, ut formidolosū fuerit Aplis oībus legimus: De reuelatione illa
sunt: Euāgeliū, quod ante promiserat in scripturis Sctis, ad salutē oī cre:
Rom.1.2. denti, nō solū Iudæo, sed etiā græco Rom.1. Euāgeliū meū iuxta reuela:
tionē arcani, temporibus æternis taciti, nunc vero manifestati, & per vati:
Rom.16.25. cinas lirās in oēs gentes patefacti Rom.16. Quod in alijs ætatibus nō inno:
tuit filijs hominū, nunc reuelatū est Sanctis Aplis & pphetis Dei, gentes
per Euāgeliū, cuius sū factus Ego minister, esse cohæredes et eiusdē corpo:
ris, consortesq; diuini promissi per fidem, vna cū Iudæis. Eph.3. Hæc satis
Eph.3.5 esse videnr̄ de reuelatione, q̄ in cā fuit, ut Apli ex opinione in qua erant
cū oībus alijs chriānis pharisæis, mutarent̄ in aliā opinionē, q̄ pro se habebat
testimonia miraculorū Dei. Genus aūt hominū q refragabant̄ opinioni

Aplor̄

Nōia gentiū odiosa.

Oēs gentes noui operarij in foro ociosi.

Iudæorum christianor̄ duo genera.

Reuelatio Apostolorū.

Apostolor̄ notar̄ à Luca, ex Iacobi verbis Act. 21. Vides, inq̄t Iacobus ad Act. 21. 20
Paulū, fr̄, quot millia sūt Iudæor̄, q̄ crediderūt Iesū esse chr̄m, et sunt chr̄iani,
et oēs sunt studiosi sectatores legis, ζηλωταὶ τοῦ νόμου, sicut Paul. prius fue:
rat Gal. 1. Audierūt aūt de te quod defectionē doceas à Mose ἀποστασίαν
oēs, q̄ inter gentes sunt Iudæos, dicens nō debere eos circūcidere filios, neq̄
sdm̄ instituta τοῖς ἔθεσι viuere. Hæc verba indicāt, oēs pharisæos chr̄ia:
nos, ζηλωτὰς legis circūsionis, fuisse aduersarios Paulo, quod gētib̄ nūciaret
salutē sine circūsione. Addebar̄ aūt veritati, calumnia. Nam vt exacuerer̄
istor̄ odiū in Paulū, aliqui nūciarāt Paulū docere, nō solū gentes, ver̄ etiā
Iudæos, nō esse circūcidendos, et satis vtriq̄. genti esse, si Iesū pro chr̄o comple:
cterer̄, vt in grām rediret cū Deo. Quod Paul. nūquā docuerat. Nā quæ:
stio nō erat de Iudæis, de q̄bus loquebar̄ lex: sed de gentib̄ præputiatis, de
q̄b̄ Deus, suā voluntatē Ap̄lis et p̄phetis, per suū sp̄rm, manifestauerat.
Patefit q̄o calūniā di studiū in Paulū hostib̄, q̄ eo Hierosolymis cōspecto,
nihil morati sanctitatē templi, in quo Paul. ex lege sanctificabar̄, clamare
ceperūt: Hic est ille homo, q̄ aduersus templū, et legē, et locū hunc, oēs vbiq̄
docet: cū Paul. aliud nō doceret, nisi præputiatos indigere fide, quod Iesus
esset Chr̄s, nō aūt circūsione ad salutē sperādā: Nulla, de populo, aut lege
aut templo Dei, facta memoria, nisi ad bonū. Quamuis aūt, q̄d de gētib̄
statuissent, oēs cōiter, Synodo habita Ap̄li, nō eos fugeret; et audire potu:
erant Paulū circūcidere iussisse Timotheū; et videret, quod se, cū veniret
ex longa peregrinatione, in qua cū gentib̄ cogebar̄ conuiuere, sanctifica:
ret ex legis mādato, vt sc̄lt eas immūdicias deponeret, quas contrahere
potuerat, cū alijs præputiatis conuersādo: Attamē, quod hanc Paul. pro:
uinciā suscepisset, sacra patria cōicans gentib̄ præputiatis, hostili odio no:
mē Pauli proscindebant, et eius memoriā persequebanr̄, et nō alior̄ pharisæ:
orū christianor̄, q̄ eiusdē erant cū Paulo opinionis. Vnde narrat Lucas
Cum orare cepisset hæbraicè Paulus, et audientia illi attentissima p̄be: Act. 22. 21.
retur ab vniuersis, quod oīa eius dicta æquo aīo tulerūt oēs: et quod Iesus
illi proficiscenti Damascū visus fuisset, et quod Iesū esse chr̄m credidis:
set, et quod baptizatus fuisset: Verū cū ad illud conuertisset orationem, vt
diceret, sibi orāti in templo Hierosolymis, visū fuisse Iesū et mādasse, di:
cens: Ego procul ad gentes te mittam, tū inq̄t sublatis vocib̄ clamare cepe:
rūt: tolle de terra istiusmodi hoēm, nō enim fas est eū viuere. Erat igr̄
inimicitiar̄ cā inter Iudæū et pharisæū Paulū, et Iudæos pharisæos illos,
vtrosq̄. et illos et hos chr̄ianos, q̄m Paul. concionarer̄ gentib̄, per fidē, illas
sine circūsione, consequi posse salutē, cū illi nollent hoc nūciari gentibus,
nisi circūsione recepta. Hinc illud Pauli dictū, cū eor̄ euasisset in Asia 1 Thes. 2. 16
manus: Nos, inq̄t, persecuti sūt, et Deo nō placent, et oīb̄ hoīb̄ aduersanr̄,
q̄ obsistunt nobis, ne loquamur gentib̄, quo salui fiant. Q̄m aūt illi circū:
sionē legis, p̄res Veteres, Abrahamū Isacū Iacobū, leges Dei, datas in com:
mendationē gentis hebraicæ, cui p̄ circūsionē adnumerari solebant oēs
gētes.

hostilitas Iudæor̄ in Paulum.

gentes, prætendebant: Adeo Paul. & illor dicta vbiq. conatus est confutare, & sua stabilire: apud quidem sibi addictos molliter & plamis verbis: apud alios tñ nó adeo sibi addictos & obsequentes, neruosé, & solide. Dicebat em, circúsio:
Rom. 2. 25. né ái, seruare semp óes: nó óes aut, vllo tempore circúsióne corporis, seruasse, ab ira Dei, continuisse aut potuisse. Hinc factú est, vt illa sprs κατ' ἐξοχήν Rationes
Phil. 3. 2. hanc carnis κατατομήν appellauerit: Cauete inqt, canes, cauete malos operari- Pauli cótra
2 Cor. 11. 13. os: quos alibi falsos Apostolos, ministros Satanæ, falsos frres, h. e. chriános, nomi- Iudæos.
nat, cauete κατατομήν, nos em sumus περιτομή q sprú Dei colimus. Hanc
Colos. 2. 11. alibi circúsionem nó manufactá nominat, & deridens aduersarior κατ' ἐξοχήν, &:
Gal. 5. 12. vo nomin illis desiderat. Si inqt circúsióne vera, nó manufactá, in spiritu, mdcio, qd est in cá, quod mé perseq perseuerant aduersarij. Vtinam & euita-
rent, ἀφωνόψορδι, diceres κατὰ τὸν ψορδι mutata voce, ex alio loco, q vos la-
tefactant ἀναλλάγησις, vt vitiú illud σάββως ni κατὰ σάββως, quod torque-
bant in Paulú, Paulus per ἀναστόφως vocem, voleierit in illos retorquere. De
Patrú commendatione dicebat, nó óes ex Abrahamo, cú fuerit & Ismael: nó óes
ex Isaaco, cú fuerit & Esau: nó óes ex Israële, cú multi exciderint, esse, sicut
sdm carné, ita sdm sprm, semen Abrahami Isaci & Iacobi, semé inqua illud
cui Deus seruat sua promissa, vt suo tempore reddat. Quare nó minus glo-
Rom. 9. 7. riari posse gentes, cú fiunt filij Abrahami Isaci Iacobi sdm sprm, esse filios
Abrahami Isaaci Iacobi, quá Iudæi, q sunt inimici Deo, & sút sdm carnem ex il-
Ro. 2. 14 lis Patrib nati. De lege aut dicebat, illos Dei legis nó carere, q leges Dei
obseruarent. Nullus em seruare pt ex ái id, quod nondú nouit quale sit.
Quare magis ille diendus est, q seruat, quá ille qui nó seruat leges Dei, a-
pud se hré Dei leges perscriptas: & dignus est óndere posse, in corde quá in
carne, seu tabulis, leges Dei hre perscriptas. His & alijs verbis, & álias &
has, quas ꝓposui rónes aduersariorú suor diluebat Paulus: Sua vero cám
constit ré bat & ꝓbabat ex ipsis factis. Dicite, inqt, mihi, Nonne cú
Gal. 3. 2. Iesú esse chrm, postquá ille crucifixus fuisset, credidistis et accepistis sprm
Dei? ad qd igr gratáréda a vobis est carnis circúsio, cú intelligatis esse in vo-
bis cordis circúsióne? Nempe sanctificatione naturæ & receptióne in grám
cú Deo? Sermo meus, inqt, & ꝓdicatio mea, (quod Iesus esset chrs, & gétib
in præputio, postquá ex mortuis resurexisset) nó erat in persuasorijs hu-
1 Cor. 2. 4. manæ sapiæ verbis, sed in demonstratione sprs ac potentiæ, h. e. nó credidis-
tis in Deú, ꝓpter meá eloquentiá, sed ꝓpter sprm Scrm q in vos est delapsus.
Quá em arguito vtir, qño Petrus Act. 10. & 11. sicut & ibi, cú dicit: signa
2 Cor. 12. 12. Apostolatus mei peracta sunt inter vos, cú qi potentia & signis & prodigijs
& potentijs factis. Huc prouocat suos aduersarios 1 Cor. 4. Veniá inquit
1 Cor. 4. 18. trem ad vos, si Dns voluerit, & cognoscá, nó verba istor inflatorú, sed vir-
tutá (sprs, qua regnú Dei constabilir) Nam aduemente sprú in gentes ꝙ: Signa gentiú
putiatas, illæ aut loquebant linguis, aut prophetabát, quod pro signo recep- & fidem re-
tissimo habebat, receptionis gentiú in præputio, in gratiá cú Deo. Hoc ceptarum
aut erat potissimú Pauli argm, & velut κανὼν vt ait ille, cui imitetur. Argm Pauli
præcipuum de
ꝓpulatorú
receptione

Pulcherrima ratio.

tur oia alia, q̃ ex prophetis adducebant: Ut, in semine tuo, oes gentes bene-
dicent Gen. 22. Gal. 3. Et q̃ Rom. 15. referunt. Quae qdem, quauis eluderet
illi, dicendo de se talia dici, cu futuru esset, vt Iohannes gentiu mutati una
cu moribus nomen ignominiosu gentiu commeriti fuissent suscipere. Sicut Ezech. 16
cum dr: Pater tuus Amorraeus, et Mater tua Hetthaea: quauis in quam in va-
rias formas, se mutando, illi haec euitare conarent: attn cu veniretur ad vo-
luntate Dei, per praesentia sprs Scti, in Samaritanis et alijs praeputiatis ge-
tibus declarata, conticescebant illi et obmutire cogebant. Itaq illi, literae i-
psi, et verbis praescriptis legis, Abrahami seminis, circisionis, gentiu pputij,
genealogiar inhaerescebant: Sed a sensu litrae et verbor, quem sprs Sctus dif-
fusus in hoes et missus a Deo explicauerat, quam longissime discedere comperi-
ebant. Et poterat qdem illi oia sacra biblia recitare et dicere, quod pro se
faceret: Sed cu ad virtute sprs et eius pntiae dona veniebar, frigebant oia.
Econtrario aut, silentib et Aplis, et nihil proloquentibus, apposita manu sup.
hoes, quaerendo a Deo, num illud hominu genus ita praeputiatu, placeret, e-
debant iliadas testimonior, ex pntia sprs Scti, quod voluntatis Dei esset, non
magis sibi Iudaeos, quam gentes placere, modo Iesu, que crucifixissent Iudaei
viuere, ex virtute Dei, et esse chrm faterent. Hinc factu est vt Paulus se
spiritus, suos aduersarios literae ministros esse scriberet, et multis verbis 2 Cor. 3. 6.
conferret cu illis 2 Cor. 3. 4. Exarserat aut odia mutua, et ex odijs alteri in
alteros prorumpebant in conuitia. Paulus pro testificatione veritis quam
intellexerat: illi pro studio quo ferebant in Mosem, sed isti oderant Paulu
vt occiderent, ille istos oderat ne contaminaret alios: Isti igr Paul. vocabat pe-
stem seditiosu, conturbatore orbis, infame Seductore, non Aplum Dei, sed a
seipso creatu Aplm, egenu ex alieno viuente, vagabundu, nullibi certas se-
des hntem, περίψημα orbis, quisquilias viaru: Econtrario ille, canes, lupos,
caecos, haereticos, impersuasibiles, impoenitentes, odio a Deo habitos hoes, falsos
Aplos, falsos fres, falsos doctores, ministros Satanae, istos cognominabat, et pro
tutela sui Euangelij, de gentib, istor ca, dicit no solu istos, sed et Angelos, si
angelus qspia de caelo descenderet, et diceret Iesu no esse chrm, gentib in pputio
credentib, esse ἀνάθεμα et ἀποσυνάγωγον Dei et eius Ecclae, et cu diabolo
hoste veritatis numerandu.

Nomina Pauli odiosa a ζηλωταῖς

Noia ζηλωτῶν ignominiosa.

Est igr Paulo haereticus no is, q conturbat pacem publica, impugnat religio-
nem recepta, exagitat verbum Dei, sdm illum sensu in quo conquieuit per-
multos annos Ecclesia. Nam hac rone, se et Aplos et Iesu chrm notasset, et in-
ter haereticos, et angelos Satanae numerasset: Sed is, q Ecclam hortar, vt in ea
religione remaneat, in qua vsq. ad illu diem fuit, vt verbu Dei ita intelligat,
sicut adhuc intellexit, vt pace fruar publica, in qua ea Deus collocauit, seditio-
sos esse hoes, q alr nunciant, spretores Ecclticae disciplinae, miracula si q narrarent,
ex Belzebubo esse, sprs esse mendaces, q hoib miseris imponerent. Nam si conside-
rant oia, no Eccla chriana, q tu ex pharisaeis erat tota, a Paulo, Sed Paulus, pha-
risaeus

Haereticus quis sit 1007.

risæus & ipse & chrianus, ab illa Eccla desciuit, quod nõ sequerer illa verbum Dei, sicut Deus illud intelligi volebat, Paulus illã suã plane matrẽ, in qua sub Gamaliele nutritus in lege fuerat diuexabat, Paulus illius religionẽ receptã diuexabat infestabat, Paulus, ex eius aĩo, opinionẽ, quã de præputiatis male edocta conceperat euellere conabar, quod fieri, cũ illa, quod doceretur ab alijs, ita non esse faciendũ, renueret, conturbatio & tumultus ciuilis & rer omniũ pturbatio & commotio sequebar. Discessus qo Pauli, seu ἀφορισμός ille, quo relictis Iudæis, ad gentes docendas de salute, transijt, nõ posset vocari secessio, neq; ipse Paulus seditiosus, & seditionẽ fouere dictus ũquã fuisset, nisi illi, quos ipse vocat hæreticos, Ecclam illã Iudæor, q̃ chriana erat, & ex solis pharisæis tota constabat, docerent, monerent, adhortarent, & Ecclam illam, ne à religione recepta desciscerent, ne verbũ Dei, bene ad illũ diem intellectũ, excuti sibi è manib paterer, ne pacem publicã sinerent, ab vno homũcione, desertore patriar legũ, violari, & auditoriũ Pauli, nunc ipsi, nunc alij, quos ipsi submittebant, nunc scripta, & Eplæ eor, et suppositicijs nõib, ne Pauli erronis doctrinã falsã & contra Deũ, & omniũ Ecclesiarũ dogmata sequi, si seruari cuperẽt, vellent: sed seditiosæ illæ & eius factũ secessionis, nomen referre cepit, cũ illi doctores, doctrinã Pauli recipi ab Eccla nõ paterent. Multus & longus esse ex proposito volui Beza, qm desidero te manibus, si fieri possit, palpare q̃ dico. Summã aũt in pauca contraham: Paulus seditiosus dictus, qm patriã, quietem, pietatem & religionẽ (quantũ ad hunc locũ attinet de salute gentiũ, quę gentes videbant à Paulo eximi, à legibus Dei, quibus ad illũ vsq; diẽ subditæ fuerãt cũ spe salutis) deseruisset, illos vocat hæreticos, q quietẽ religionem, pietatẽ, in quibus conueniebant oĩa secula, & consistebat Eccla, in qua Paulus nutritus erat, permanendũ esse dicebant. In Paulo erat rõ, ex sensu verbi Dei, sicut interpretari volebat Sprs Sctus: In hostib Pauli, erãt nuda verba sacra, tegentia sensus humanos. Nam si legem de circisione bene discutis, intelliges illã de gentibus alijs nõ loqui, nisi de vna & sola Abrahamica. Illa eni erat, q̃ studere debebat, ne excluderetur ex populo. Qui circisus, inqt infans octo dierũ nõ fuerit, exterminabir de populis meis, q2 pactũ meum irritũ fecit. Igr erat intra terminos: si peccasset, extra terminos populi sui eyci debebat: igr pacto Dei erat inclusus, si peccasset, irritũ reddebat pactũ. Nõ igr gentes præputiatæ hac lege, q̃ his loqr, q sunt sub legib Dei & viuunt in tabernaculo altissimi, tenebanr, sed alia simili, cuius grã ἀγοθεσίας ius dicit Paulus fuisse apud Iudæos, de qua fortasse nõ nihil extat Exod. 12. abs cuius legis onere, tandem placuit Deo liberare gentes. Sit igr Paulo hæreticus Paulus Ipse, cũ esset propugnator paternar traditionũ, religionis receptæ defensor, verbi Dei in ea intelligentia, qua esse debere summi doctores speciosissimæ sanctitatis tradiderũt, assertor, vt, Eliã oportere venire: chrm esse nõ posse, q galilæus esset: Eccltica disciplina vindex. Cui Paulo opponar Paulus, selectus in Euãgeliũ Dei, & ob id seditiosus, orbis conturbator, pestis ciuiũ, per vniuersũ orbem, vocitatus, nouor dæmoniorum

nouæ &

Pauli ab Eccla catholica secessio 1.1100

hæreticorũ studium

Paulus cur dictus seditiosus.

hæretici à Paulo qui dicantur.

circisionis legẽ Iudæor tantũ ne excludantur.

hæreticus Paulus.

nouæ & ab æternis temporibus & seculor grãtuitibus mauditæ, filijs hominũ do-
ctrinæ, mdũs & prædicator. Ex hac Vnius Pauli collatione, in vno argũto faci-
le intelligere poterimus, haereticum esse eum, q sustentat & manitenet
haereticus quis. religionẽ, pietatẽ, Ecclesiasticam disciplinã, intelligentiã verbi Dei eã, in qua con-
quiescit non vrbs sola, sed orbis totus, receptã a longo tempore, & contínuo
vsu approbatã in ea vrbe, in qua est. Quod si quis exurgat, & hanc doctrinã
anastatus quis & religionẽ impugnet, & euertere studeat publicã quietem, is seditiosus, pestis,
scãdalũ commouens, ἀναστατῶν dici potest, quo haereticus dici nõ potest. Est enim
haereticus est a pub- haereticus (cũ de doctrina & sermo) cũ potestate publica apud multitudi-
lica potestate. rem, in qua & eius magistratus, magistratui conjunctus. Sicut igit, si nos vere
rimus ad te, & q isthic videmr esse recte constituta, labefactaremus in doctri
næ institutione, nos vobis seditiosi, vos nobis haeretici, dici posseti, sãm sensu
quẽ his vocibus dedisse videt Paulus. Ita si vos ad nos veniretis, & nostras
doctrinas conuellere conaremini, nos vobis haeretici, nobis vos seditiosi vocare-
mini: vt vox haeretici sit apud eũ, q plus potest viribus.

De Deo vno. Apud nos est doctrina de Deo, quod sit vnius naturæ & indiuiduo seu per-
sona. Cũ docemur in verbo Dei, eũ vnũ opponi pluribus in eodẽ genere,
significari per vnũ, indiuiduũ vnũ: Et, cui nomen certũ est impositũ, illud indi-
uiduũ esse oportere. Hæc in verbo Dei docemr: Christi nomẽ esse myneris
De Christo nõ naturæ: ingitũ aut fuisse multis: Sed illum, q declaratus est Chrs cum
potentia post mortem, cuiq; gentes oes sut donatæ in hæreditatẽ, vt in eas
sine circũcisione deduceret benedictiones Dei, esse Vnũ, Dom nostrũ Iesum
Dei filiũ. Magistratus oes vicarios Dei esse, ob idq. vsu sacror, deos ita-
De magi- stratus re suo dici: habere aut potestatẽ vitæ & necis pro tutela vtriusq. Dei ta-
bulæ, pro conseruatione bonor & exitio malor. Si alr fecerit, Deum fore vlto-
rem. De libero arbitrio Liberũ arbitriũ esse in hõe a Deo: hoc hebetari & tandẽ amitti vsu
& consuetudine, siue ad bonũ in malis, siue ad malũ in bonis. Non quod bonũ
& malũ semp nõ offerat, & possit vis ai ad alterutrũ inclinare: sed gm as-
suefactio versa in naturã ita faciat, vt in bonis displiceat malũ, & in ma-
lis bonũ: vt nec cogitare, nec facere, nec loqui valeant isti bonũ, & malumil-
De prædes- tinatione. li. Prouiderat Deus ab æterno, qd futurũ erat in tempore. Quare cum ami
maduertisset Adamũ deceptũm iri, & amissurũ immortalitatẽ, q ei, sicut
spiritibus beatis contingere potuisset: Et in varia scelera posteros Adami
pronolutũ iri, statuit, suo tempore vnũ, & certo alio tempore oes, ex posteris
Adami, sub sua tutela recipere, sicut prius fuissent si Adamus nõ peccasset.
Hoc statutũ recipiendi in filios Adami posteros, nunc vnũ tantũ, nunc oes
nullo excepto, prædestinatio dr, decretũ scitũ Dei, de saluandis his, q perierant.
De fide. Vtreq; aũt tempore fuis hoc filior Dei, posteris Adami, contigit p fidẽ ear
rerũ, & q bus Deus copulauerat promissionẽ, & quas Deus credere hõem cupie-
bat. Vt aũt hõ, aut crederet aut nõ crederet, hõis potestati reliquit, quẽ tentatũ
peccati oneribus, & sua gratia perfuderat, & suo spiritu donauerat, & viribꝰ
additis erexerat, vt & bonũ vellet, nõ coactus, & bonũ nollet, si vellet.

Hosius

Hoc ius in oēs hoēs diuulgatū est, nūcijs Dei personātibus in oēs orbis angulos, Deū velle oēs hoēs saluos fieri, sicut prius vnū hominē Abrahamū scīt saluū fecerat. Accipiebant aūt hoc ius vt essent filij Dei hoēs, pro se, & his, q erant in suis lumbis, vt veluti radix sancta sanctos ramos producerent. His oībus data est lex Dei, ne suo iure exciderent, si per errorē & ignorantiā, ea, quæ nollet eor Dn̄s & Pater, operarenr. Quamuis aūt adoptator in filios erga adoptantē, sit necessaria obedientia: attamen Deus hanc obedientiā, & iusticia & præmijs ornare voluit, vt hoēs haberet obsequentiores. Fidei, corde receptæ & ore protestatæ, coniūgere Deus voluit baptismū pro testimonio & symboli tessera, quod pileo donatus, ex seruitute diaboli & peccati exemtus homo, in filiū Dei adoptarer, & inter liberos numerarer: nō autem vt liberi Dei per baptismū, fierent iterū filij Dei. Hæc & his similia ex verbo Dei docemus, & nostræ doctrinæ sumus ἀιρετικοί & addicti. Si qs ad nos venit, & aliā doctrinā adfert, illum audimus, si meliora adfert, ex verbo Dei, nostra mutamus, neq; ignominiæ attribuimus, si magnæ felicitati, mutare male hærentia: Si somnia humana narrat, monemus vt quiete viuat, & sileat, nec perstrepet verbo Dei. Si silere nō vult, sed conuenticula per vrbem agitare intelligimus, palā illū sdo monemus, vt a nostris Ecclesijs discedat, si tacere non vult: Integrū esse illi nobiscū habitare modo sileat, & sua apud se tacitus contineat. Si nihil promouer, & concionib ex verbo Dei eius doctrinā confutant ministri, & magr̄atus illi mādat, vt intra certos dies a finibus nostris excedat, ni id fiat, cū ludibrio illū expulsū iri. Nullus aūt est tam demens & famæ atq; existimationis suæ prodigus, q malit inde per vim & ignominiā expelli, vi publica, ex magr̄atus ordinarij autoritte, Vnde liberū est illi saluis oīb suis rebus discedere: aut q malit inde expelli, vbi perturbat & miscet oīa suis sermonibus, vnde nollet discedere, quam silendo & tacendo & conuenticula nō agitando, ibi manere, vbi consistere vellet. Vltra nō progredimur. Nam Magr̄atus postea negotiū est, ne permittant sua edicta ludibrio haberi: Et si quis punir, nō doctrinæ cā pēdit pœnas, sed quod magr̄atus ordinarij edicta spernit. Ita hæretici illi, erga Titū facere potuissent, si Ecclīticæ disciplinæ iure vti erga Anastatū voluissēt, Sicut iuber Tito, vt erga hæreticos illos hoc iure, duarū monitionū & deuitationis, quæ illas duas monitiones seq debebat, vt mallet, quā disputādo quotidie cū illis nihil proficere. Nam capere hoēm, & deinde captū monere, etiāsi mille millies moneres, tantū abest, vt bis monuisse ex Pauli decreto dicaris, vt ne semel quidem monueris. Monetur enī q liber est, & q monēti integris suis rebus potest nō parere: nō is q cogir monentē seq ne ab ignib deuoretur. Vitationē aūt nō subit is, q aut hinc hæreticus, aut illinc anastatus ~~est~~ græcis nominib appellar, si silentiū seruat & loquendo nō pstrepit alijs, q ab eius abhorrent doctrina. Nam sicut loqui velle, vbi nullus est q audiat, stultū est: Ita vitare eius commertiū in rebus alijs, q in eo quod displicet, spondet se taciturū, est inhumanū. Et species emendationis ē taciturnitas

De originali iusticia.

De lege

nitas in his q̄ ore peccant. Siue igr̄ tacere velit, et apud se continere suam sen:
tentiam malam, siue transferri se patiar̄ ex mala in bonam sentiam: aut hæreti:
cus in anastati, aut anastatus in hæretici ius est, effugere posse vitationē
si bona fide agar̄. Facile aut̄ est intelligere, vbi vigilat magr̄atus et mini:
sterium verbi, an in sermonib̄ bona subsit fides ex euentis rerum. Eadē enim
facilitate vitari qs p̄t de nouo, qua vitari desijt, cum bona fide agere et loq
crederer̄. Atq, inquis, isthinc fugatus ille ad alios penetrabit, plebeculam
contaminaturus. Sed cur nos Beza debemus diligentiæ alior̄ ministrorum
aut illius sponsionib̄ diffidere? (nobis ne solis arrogare oīa) Nonne impium
est illum occidere, quē vereris ne viuendo peior fiat? Hæc est nr̄a sentia de
hæreticis, quales fuisse (sequentes Pauli vestigia) dicere possumus Scribas
Pharisæos Sadducæos Sacerdotes et Pontifices summos et imos. His hære:
ticis ex opposito lectio sacra ponit illos, quos pestes nominatos fuisse ab ipsis
hæreticis narrat et σάσμ πιστάτας, quos placuit anastatos nominare, qui
nulla re alijs nocere poterāt, nisi (vt se tuerent̄) alios vitare, qualis fuit Jesus
apostoli, priores posteriores, et alij vniuersi, quib̄ prouincia nūciandi Euangelij
fuit imposita, q̄ videnr̄ ad hoc in orbem missi, vt gladios darent in manus ciuium
contra ciues, vt bella ciuilia in vrbibus mouerent, vt dissidia sererent inter pa:
tres et filios inter vxores et maritos, inter fr̄es et sorores, inter clientes et
patronos, inter socrus et nurus, inter soceros et generos, inter familias et patris:
familias: Vt desolarent̄ vrbes cultissimæ, et frequentia loca deuastarentur
constitueretur̄q atq firmis fundamentis verbum Dn̄i iaceretur.
Hanc sentiam vides ex diametro oppugnare tuam. Quare aut tu in nostras
deliberationes accedito, et da gloriam Deo: aut tua cogitata et iudicata, firma
melioribus ex verbo Dei præsidijs, vt nos mutare opinionē et ad tua sensa tra:
sire possimus. Non desperamus aut̄ alter utrum fore, cum tua legimus, et te bene
re consulta ex composito illud sæpe repetere candide. Videmus, hoībus te nō
quærere placere, sed Deo: et si hoīb̄ vnquam quæsiuisses placere, nō defuisset
quies domestica tibi, in qua honorificē viuere potuisses. Gratia aut̄ Deo, q̄d
oīa scripta inter nos sunt coīa, paris apud vtrosq̄ venerationis: et præterea in
verbis maxima concordia. Faxit aut̄ Deus, vt vestigijs, q̄ hactenus insectaba:
ris, ad venandum verborum sensum germanum, relictis, ad ipsius Dei voluntatē
q̄ impressa est verbis perquirendam, accuratius in ipsis verbis quæras et per:
uestiges. Neq. n. opus est nobis aut Heltia ad inuenienda scripta, in q̄bus
quærenda ē veritas, aut Heldama, ad intelligenda q̄d Deus velit, aut Dani:
ele ad peruestigandum, quid scriptum est, cum sola diligentia, nostræ sit satis:
factura disquisitioni. Et bene vale. Dōns Deus Omnipotens, augeat in te
sua dona, ad beneficium Ecclæ et gloriam Maiestatis suæ. Helcionib̄ oppido
Agri Cibiniensis, in Regno Transyluaniæ. Ann. 1575 die 1. Maij.

hæretici quales

anastati qui.

Radnothj An. 92.
die 15 Julij.

Responsio ad quæstiones Triginta duas.

(I) Est hō aliqs antequā sit, aut nominis, aut muneris promissione: hoc est, promissiones Dei, aut sunt certorū munerū nulla notata persona: aut sunt vna cū munere, etiā certæ personæ nomen. Cum dr: Reges ex te egredientur Gen. 17. aut: In semine tuo gentes bñdicenr, munus & dignitas promittitur, certa, puta regnum, benedictio &c. Sed nullus nominar proprio nōe, p quē esset futura in gentes bñdictio, aut q esset habiturus regnū, & futurus Rex, in gēte Abrahami. Poterat igr Deus, si voluisset facere Regem, Samuelem, Isai, Gedeonē, & nullus potuisset eū arguere nō seruati promissi. Quoniā munus pollicebar sine certa persona. Cum aut dr: Ecce filius nascer domui Dauidis, Iosias nōe: Et, super te, ō altare, inuocabunt Sacerdotes: Aut, hæc dicit Ioua, chrō meo Cyro, tu destrues Babylonem: hæc inquā promittut, & rem, & certā personā nomine, per quā res, q promittitur, erat conficienda: Ibi Iosias nōe, per quē post ferme 400 annos erat destruendū altare quod erexerat Ieroboamus, & occidendi sacerdotes, quos ille contra mandatū Dei ordinauerat: Hic aut Cyrus nōe, qui post, prope 200 annos erat destructurus babylonios.

promissiones Dei sūt aut certorū munerū aut cū munere personarū

hō duobus modis dr ēē antequā sit.

Munera alia incertarū alia certarū personarum

3 Reg. 13.

Esa. 45.

Hæc annotatio, & necessaria est, & ad multa valet. Quare, cū Iesus Dns Noster, nō fuerit reipsa, antequā natus referatur: neq in aliqua promissione, quas Deus per ipsū postea præstare populo suo voluit, sit nomen eius insertū, consequi vider, vt potuerint esse promissiones, quas repræsentauit Iesus, antequā Iesus in persona sua & nōe, aut esset aut promitteretur: qui ita missus est ad populū Israel, vt nō nisi p sprm Sctm veluti digito, Iohanni primū, & alijs postea, per Iohannē, & nō nōe fuerit demonstratus. Quamobrem promissiones ōes illæ: in semine tuo: ppheta suscitabit: ex tē dux egredietur, & aliæ huiusmodi, cū de donis Dei loquanr, q Deus decreuerat dare populo suo, p eū, quē declaraturus erat in Chrm, & nullū nomē certi hōis, habeant secum coniunctū, Segr, vt, si Deus illas præstare populo suo voluisset, per Iohannē, per Zachariā, per Petrū, per Iacobū, & potuisset sine violatione suæ fidei, & illi tunc fuissent dicti chri, sicut Iesus postquā creatus est a Deo in chrm, dictus est chrs. Oēs eni pollicitatiōes Dei, q nō hnt certā psonā, ad policitationū repræsentationē, liberū est Deo per quemuis illas concedere. Hoc dici nō potest de illis, quæ certos hōes, proprio nōe fore dicut, q promissiones Dei offerent. Nam, nisi & illæ promissiones dentur, & illi hōes, proprijs nōibus designati repræsentauerint illa, q promittuntur, Deus defuisse fidei suæ dici posset.

promissiones p chrm exhibitæ, in certæ psonæ

Gen. 17. 6 et 22. 18. et 18. 18. Mich. 5. 2.

(2) Creatio aut in Regem, seu christum, seu filiū Dei (q tria idem significant hebreis) aut est sine potentia, sicut cū Dauid inunctus est in regnū ~~gem~~ viuo Saule, quo tempore per multos annos fuit sine regno Israëlitico, sine

Creatio in rege cū potentia & sine pōtia.

sive in hebron, sive Hierosolymis: aut est cum potentia, quod Davidi conti-
git, post aliquot annos à Saulis morte et eius filij. Dicitur aut nostris
scriptoribus sine potentia aut cum potentia, cum qs in regnum recipitur, ut Rex
aut reijcitur, neq. vires hēt, ut se recipi in Regem, cogat eos abs qbus re-
ijcitur. Paulus scribit Jesum Chrm fuisse declaratum filium Dei, hoc est
Chrs Rex cum potentia et sine potentia. 1166 Regem cum potentia postquam resurexit à mortuis Rom. 1. Et Jesus chrs Rom. 1. 4 Luc. 24. 26 et 19. 12.
dicit in gloriam sui regni, cum maiestate et potestate venire nō potuisse
antequam resurexisset ex mortuis. Et Luc. 19. scribitur: Cum accepisset re-
gnum novum reversum ex mortuis mandasse occidi prioris regni incolas, q se no-
luerant ut sup eos regnaret. Et alibi scribitur, nō prius lapidē fuisse posi- Matt. 21. 42.
tum in angulo, ut duos parietes, duo regna, duos populos, cum potentia regeret
et necteret, quam ab ædificantibus fuisset reiectus, cum nullas haberet vires
ut se tueretur et rebelles servos occideret, ne ab illis occideretur, quamvis po-
tuisset vel duodeci legiones angelorum accipere à Pre Deo ad perdendum malos
agricolas. Illud igr: In propria venit, et sui eum nō receperunt, fuit regni Joh. 1. 11.
aditi sine potentia, et duravit ferme per annos quatuor. Illud aut: memi-
neris mei Done, cum veneris in regnum tuum, cum potentia, pertinet ad aditum
regnum, in quod ab incolis novis, redolentibus fructus regni temporibus suis, 1. 1105
fuit honorifice receptus, et cepit à morte Jesu, et durabit in æternum.
Qua de re est scripta tota Apocalypsis.

Confessio de Pre, Filio et Spru. S. Credimus Deum Patrem esse rem subsistentē, Unum et Solum in natura (3)
divina: Et Jesum Chrm, hoēm natura, chrm munere, subsistentē et humanę
naturæ substantiam primam: Et Spiritum Sanctum in natura, spirituum bea-
torum carne et ossibus carentium unum quiddam subsistens. Quæ quidem
sicut ista tria sola, sunt tres res et tria individua: ita si his adiunxeris
aut Petrum aut Paulum aut Michaelem, aut Gabrielem, aut alia plura seu pau-
ciora individua numerum illorum trium multiplicabis, ut sint quatuor individua
si petrum, quinq., si etiam Paulum, sex, si his Michaelem, septem, si cum his nume-
raveris Gabrielem, partim Deum, partim Sprs, partim hoēs. Nunc recepta persona qd signat
est vox persona, et individuum hoīs, aut Spiritus, aut Dei, signare dr, ut ubi
dicuntur esse tria, quatuor, centum individua hoīs, aut Spiritus, ibi centum, qua-
tuor, tres personæ dici possint esse. Ex illis aut tribus testibus, q testifica- 1 Joh. 5. 7
ti sunt Jesum esse chrm signis et miraculis, olim Deus Pr ē auditus et mani-
festatus, deinde tempore suo Jesus pro chro fuit declaratus à Deo, primum
omnium, cum accessisset ab baptismum, deinde concionibus Johannis, et tandem
propria attestatione: Ego, inqt, et Pater testimonium reddimus de me, quod
sim chrs: Tandem mortuo Jesu chro, et cælos conscendente, advenit Sprs
q dr Sanctus, manifestatus in linguis igneis, ut tertius esset testis apud po-
pulum, quod Jesus esset chrs, ut in ore duorum aut trium, quod summum erat in te-
stibus, staret firmum verbum Dei, quod Jesus esset christus.

Nostri.

esse simul pluribus in locis quoť, mat̄is dr̄.

(4). Nostri scriptores faciunt nos esse pluribus in locis, nō uno modo: Ubi
Matt 6.21 ingt est thesaurus tuus, ibi est ē cor tuū: Tu es in terra corpore, sed eris
in cælo āiō ē corde, si thesauros tuos in cælo collocaueris. Et, mortui estis,
Coloss 3.3 ē vita vrā ablata est ā vobis, ē collocata in cælo apud Deū. Viuebāt igr̄
illi, ē mortui erant, ē aliū vitā habebant apud se, ē aliam apud Deum, in
terra infames, in cælo splendida fama. Apud Iohamē gō idē ē, esse de
Ioh 3.31. cælo ē ā cælo aliqd recepisse. Et dr̄: vos de mūdo nō estis, sicut ego nō sum de
& 17.16. mūdo, sed sumus de cælo, hoc est, educti sumus ā Deo, qui est in cælis. Quare
si idem est, datū est ei de cælo, ē venit de cælo, idem quoq. erit, esse in cælo, ē
accipere ā cælo, vt Chr̄s Iesus fuerit ā terra corporis natiuitate, q̄ erat
Matt 21. 25. in cælo muneris functione: Sicut dr̄ baptismus Iohannis de cælo fuisse, nō ex
hoīb⁹, hoc est, Iohannē nō venisse de terra, sed descendisse de cælo. Erat em̄
Deut 13. aliud, falsū esse pphetā, aliud verū prophetā esse, ille dicebat̄ ex se, ex hoīb⁹
ex terra, ex carne, ex sanguine, ex voluntate hominū venisse: hic aut̄ ā Deo
ā cælo, ā Spiritu Dei missus venisse. Qui aut̄ ā cælo mittit̄ in terras, neces-
se est, vt in terra nō sit, sed sit in cælo, vnde possit dici in terras descendisse.
Quōdo em̄ aliquis p̄t̄ dici, descendere de monte, si in monte nō est. Cum Nico-
Ioh 3.13. demo igr̄ erat individuo suo ē corpore suo, ē hypostasi sua Iesus Chr̄s, qui
loquebat̄, testabat̄, disputabat cū Nicodemō: sed erat in cælo, antēq̄ descē-
disset de cælo, ē venisset in terra, cū declaratus fuisset ā Deo P̄re Chr̄istus,
ē vt sponsus sponsā conuenire cepisset, neq̄ distulit esse in cælo, tutela ē
protectionis rōe, quod nullus potuisset nocere Iesu, nisi Deus P̄r voluisset.
Pater meus, inqt̄, maximus ē potentissimus est, ē nō reliquit me solū, ē ob
hanc caussam, millus oues meas ā me, protegente me Deo, rapere ā me po-
terit. Sunt aut̄ relatiua illa: Sum in cælo apud P̄rem: Et, Pater est mecū
Ioh 8.16. 20. in terra. Idem em̄ est, Nos esse apud Deū, in cælo, ē Deū esse nobiscū in
terra. Sicut ē illud, ex Deo nati sunt, in cælo scīt, vbi est Deus, ē vnde no-
Ioh 1.13. 1 Ioh 5.1. ua ffierosolyma descendunt filij nati ex Deo: Et Deus gignit sibi filios in
terra, in mūdo. Et, cū sunt de mūdo, facit vt videantur nō esse de mūdo, sed
sint in cælo, vbi est eorū Pater. ffac pluribus, vt bene percipereture pro-
prietas loquendi scripturarū, q̄ dicit nos esse de cælo ē ā Deo, nō ex terra, aut
ex hoīb⁹, ē esse de mūdo carnis natiuitate, ē de mūdo esse assūtos. Su-
2 Cor 5.6. 8. mus igr̄ in terra, in mūdo, inter hoēs corpore, peregrinātes ā Deo, sed sum⁹
Phil 3.20. semp̄ in cælo desiderio nostro, tutela Dei, bonorū spebus. Dixi aut̄ Chr̄m Iesū
Christi munus explesse. Illud, quad dr̄, sine potentia virūd regni fuisse: Et de
quo scribit̄, opus consumaui, quod dedisti mihi, cū mitteres in terra ad hoēs, h-
